COMMENTARII
IN
GALENI
DE
USU PARTIUM

HOFMANN

1625



1-2, 4) HOFMANN, C
3) GALEN
3268 (1)
3269 (1)
2599 (1)
6906 (1)

The Library of the
Wellcome Institute for
the History of Medicine

Accession Number
54800 (1-4)
Press Mark
3268
3269
2599
6906

C. Macco.

1784.

CASP. HOFMANNI
DE
GENERATIONE HOMINIS
LIBRI QVATVOR.
CONTRA MVNDINVM MVNDINIUM.

ADIECIMVS SENTENTIAM EIVSDEM De FORMARVM ORIGINE ſecundum Ariſtotelem.

Cum Indice locupletiſsimo.

St. MARY'S HOSPITAL
RADFORD LIBRARY
MANCHESTER.



FRANCOFVRTI AD MOENVM,
Typis Wechelianis, Sumptibus Clementis
Schleichii, & Petri de Zetter.

ANNO M.DC. XXIX.

WELLCOME
LIBRARY
INSTITUTE

*ILLVSTRI ET GENERO-
SO DOMINO,*

D. ACHATIO JUNIORI, BURGGRAFIO ET BARONI A DOHNA, &c. ACADEMIÆ ALTORFINÆ RECTORI MAGNIFICO, DOmino meo gratioſo S. P. D.

CASP. HOFMAN.

CUM memoriâ repeto celebritatem eius diei, Illuſtris & Generoſe Domine, quo Rector III. ſceptrum claveſq; Academicas de manu in manum tibi tradidi, duo inprimis iucunda obuerſantur animo meo. Alterum, quod oneris Aetnâ gravioris liber ad ſtudia mea reditum fecerim. Alterum, quod tibi, principi iuuentutis noſtræ, honorem, in hierarchia literaria omnium maximum, contulerim. De me res ipſa vetat quidquam loqui, cum præter fidem, quam DEO & incluto Senatui Norimbergenſi debeo, nihil mihi ſim conſcius. De te cuperem plurima, eaq; veriſsima prædicare, ni me, quo minus id faciã, pudor tuus ingenuus prohibeat. Nec enim in illorum cenſu es, qui, præter maiorum imagines nobilitatis nihil habent, nec in aliud valere gentis claritatem putant, quam vt ſub eius prætentu omnes nequitiæ partes impleant. Quin immo rectiſsime exiſtimas, cum ex virtute profecta ſit omnis nobilitas, virtute nobilitatem augeri, decuſque familiæ magis illuſtrari. Quid enim? Deceantne bene natum illa, quæ nullum non mortalem dedecent? Enimvero longè turpius eſt progenitorum lumini tenebras offundere, quam obſcuris editum eſſe. Atque vt laus ea no-

bis propria eſt, ſi ita viuamus, vt à nobis incipiat nobilitas: ſic dedecus illud noſtrum eſt, ſi degenere vita nobilitatem paternã collutulemus. Huius animi quaſi ſignum erigere tibi libuit, quod omnes vere nobiles ſequantur. Nec enim ſatis habuiſti patriæ teſtatum feciſſe, non deiicere animũ tuum ea, quæ promiſcuam nobiliũ turbam ſolent: voluiſti etiã exteris ſignificare, eius te ſententiæ eſſe, Niſi proauos tuos veris animi dotibus, vel æques vel antecedas, parum tibi ipſi videri dignũ ſtemmate tam laudabili! Hæc adeo res te cõpulit, vt in viridi iuuenta ad nos properares, inſpecturus campũ honoris, in quo ante aliquot annos decurrerunt Illuſtres & Generoſi D D. D. ABRAHAMUS, D. ACHATIUS, & D. CHRISTOPHORUS, patrui tui, Domini mei gratioſi; certus interim nolle ab iis vinci, ſiquidem DEVS non permittat illos vincere. Et bene hactenus habuerunt initia. Poſtquam enim à ſapientioribus cognitum fuit, quo ardore in famam incumberes; immò vero quibus ſtimulis perpetuo foderet latus tuum Illuſtris D. ABRAHAMI memoria, eiuſque in Academiam merita: ſategerunt iidem, vt honeſtiſſimæ tuæ voluntatis ratio haberetur. Non dubitẽ affirmare, quamuis apud Pholios quoſdam odioſum ſit futurum, Semina hæc virtutum eſſe, abſq; quibus ad virtutem nemo peruenit. Quia enim ab Academiis pendet omnium ſtatuum ſalus: quis neget, Academiæ præeſſe velle, tam eſſe laudabile deſiderium, quam poſſit eſſe ullius, vel Imperatoris, vel Regis boni? Nempe, hoc deſiderium eſt ἀγαθὴ illa ἔρις, quam Heſiodus celebrat, contentio illa bona, ſeu ambitio illa honeſta, quæ incitat nos, vt in virtutis curſu velimus præuortere alios, & quâ qui deſtituuntur, ad omnem laude dignam actionem languere & torpere neceſſe eſt. Vis exempla? Non longè abiero. Inſpice CUNRADUM, qui ante annos octingentos primus lumen in familiam Dohnanam intulit. Hunc enim niſi propuliſſet illa, nunquam ad id autoritatis perueniſſet apud LUDOVICUM I. Imp. vt non ſolum facultatem acciperet ponte iungendi Albin, quà is Dreſdam alluit, ibiq; vectigal exigendi, ſed & Imperii membrum fieret. Inſpice OTTHONEM, qui ante quadringentos annos ſub FRIDERICO II. floruit. Hunc enim ita protraxit eadem, vt, ſingulari pietatis zelo permotus, templum Deiparæ virgini ſplendidiſſimum in ſtemmatis veſtri cognomine oppido excitaret. Inſpice CHRISTOPHORUM, qui ſuperiori ſeculo Recturam Wittebergenſem geſſit. Is enim ab operibus ſcholaſticis in tantum in aula Danica ſplendorem exſurrexit, vt domi quidem Mareſchallatum gereret: in bello autem Suecico & Danico illuſtria officia alia. Ac ne mortuos tantum oggerere tibi videar, vide FABIANUM, propatruum tuum, quantis ille in muneribus benefi-

cio

cio huius contentionis verſatus ſit! De Achatio, *auo tuo, eiuſque filiis generoſiſsimis omnibus & ſingulis, de* Friderico, *inquam, patre tuo, qui ſupremus Orientalis Boruſſiæ Præfectus, primariusq, ducatus Conſiliarius audit, nihil dicam: nihil de* Fabiano, *qui arcis Brandenburgicæ in Boruſsiâ Præfectum, ſimulque Conſiliarium prouincialem agit: nihil de* Abrahamo, *cuius nunc veſtigia premis: nihil de* Theodorico, *Comitis Hoenloïi in bello Bohemico Legato: nihil de* Achatio *&* Christophoro, *qui maximis muneribus & legationibus functi ſunt hactenus: nihil (inquam) de his omnibus dicam, ne vili hoc orationis genere quidquam de ſolida ipſorum laude deteram. Te autem inſpicere tantum iubeo, & ab ipſis poſtulare cauſam, ob quam familia veſtra tot Imperatoribus, tot Regibus, tot Electoribus, tot Principibus imperii Romani Legatos, Conſiliarios, Belli duces inuidenda copia dederit? Non fallor, vno ore dicent, Fuit in nobis omnibus, in prima ſtatim pueritia, immenſa quædam cupiditas animi, ardentis incredibili amore liberalis cognitionis & eruditæ doctrinæ. Cum qua cupiditate nexu indiſſolubili cohæret indignatio vehemens, ſi vel vlla diſcendi occaſio temere amittatur, vel alii in curſu honoris feliciores ſint. Et quia Virtus cultores ſuos indefeſſos nunquam deſtituit, ſequitur præmium ingenii, ſtudii, induſtriæ ſponte ſua. Id vero eſt ſecundum Homerum,*

----ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων,
----Præſtantiorem aliis eſſe.

Scilicet, vt Græci dicunt, οὐδεὶς κοιμώμενος οὐδενὸς ἄξιος,
--niſi certanti nulla corona datur.

Sed & explicare volent per præceptum Epicharmeum, quod apud Xenophontem eſt,

μὴ τὰ μαλακὰ μώεο, ἵνα μὴ τὰ σκλήρ' ἔχῃς,
ne ſis nimis deditus mollibus ne dura tibi obtingant.

Et quia inter mollia iure habentur illa, quæ ad inanem iactationem & plauſum vulgarem pertinent, eiuſdem ordinis dixerint eſſe Euripidis illud, ab Ariſtotele in Polit. laudatum,

μή μοι τὰ κόμψ', ἀλλ' ὧν πόλις δεῖ,
nolo mihi diſcas, quæ ad oſtentationem, ſed quæ vtilia ſunt Reip.

Hæc & alia huius generis quia procul omni dubio illi dicturi ſunt; & vero quia tu eadem cum lacte materno imbibiſti: ſerum fortaſsis fuerit hortari te, vt veſtigiis gentilium tuorum fixus & firmus inhæreas. Sed & non neceſſarium videri poterat excitare te ad laude digna perſequenda, cum tot exemplis domeſticis pungaris, exſtimuleriſque, quæ ignauiſsimum quemque perpellere poſſint, nedum te, qui proprio impetu ad palmæ honores contendis. Ego verò

quaſi in tranſcurſu attingere volui, vt ſi (quod Deus prohibeat) reſtitare fortè voles, ſcias, te hac publica mea cõpellatione quaſi in theatrũ protractum eſſe, è quo non poßis te ſurripere niſi bene ſaltatâ fabulâ. Quod quo minus fiat, non deerunt, qui poſt Deum curet, præcipue ornatißimus & doctißimus Vir, D. CHRISTOPHORUS GULDENIUS, *Ephorus tuus, amicus meus honorandus. Interea, quia aliud non poſſum, non deſinam te ſtrenue currentem, & ad perfectionis metam properantem, ſequi à tergo fauſtis applauſibus & acclamationibus, necubi remittas à cœpto feruore. Libuit autem huius rei initium ſumere à dedicatione huius opuſculi. Cum enim deberem illud adoleſcentibus noſtris lenocinio aliquo honeſto commendare: viſus ſum mihi non aliâ re conſequi poſſe, quam præſcriptione nominis tui illuſtris. Si enim Pindarus rectè iubet, hymnorum exordia debere eſſe omnibus modis ornatißima, qualia ſunt magnificarum ædium veſtibula: librorum fortè frontes meliori iure iuſſerit eſſe aliquis quam pulcerrimas, vt ne deſint illiciæ ad cognitionem rerum, quæ in illis tractantur. At vero cum tractatio de Generatione hominis tanto ſit nobilior reliquis ſpeculationibus Phyſicis, quo præſtantior eſt homo aliis creaturis: vtique non leuiter ſoliciti eſſe debemus de machinis, quibus huc pertrahantur ii, qui homines ſe eſſe neſciunt. Tanto magis, quò frequentius id nos iubent facere ſacræ noſtræ literæ, earumque interpretes. Et quia nullus dubito, te, qui familiam ducis iuuenum bonæ mentis, vltro primum eſſe velle eorum, qui ad intelligendum hoc diuinum myſterium accedent: primo quoque tibi in manus venire volui. Quod meum factum vt Illuſtris Generoſitas tua in bonam partem accipiat, meque, (qui nulli cedo inter eos, qui ſurgentem virtutem Illius colunt & admirantur) ſibi porrò quoque commendatum habeat, humiliter & obſeruanter oro, rogoque. Benè valeat Illa, beneque agat hoc ineunte anno novo* 1620. *Altorfii è Muſeo.*

LECTORI
S. D.

CVm figlinam ab vrceolis inchoandam eſſe parœmia iubeat, Beneuole lector, dedi hactenus tenuia quædam laborum meorum ἀποσπασμάτια, daturus, ſi cõtingat illa in circulum eruditorum admitti, propediem maiora. Licet autem necdum certus ſim de euentu: tamẽ quia boni viri eſt fidem datam liberare, ecce tibi quaſi in anteceſſum libb. 4. de Gen. hom. Hos cur primos omnium extrudam, facit elegantiſſimus liber D. HIERONYMI FABRICII ab Aquapendente de Formato fœtu. In huius enim veſtibulo cùm dicat, tractatum eorum, quæ ad generationem pertinent, in tres partes ſe diuiſiſſe; tradat autem nõ niſi tertiam & vltimam: libuit mihi occurrere deſiderio quorundam, quibus fortean graue erit exſpectare, vſque dum aliquis è larario defuncti depromat. Neque tamen exiſtimet quiſquam, me vel tam audacem eſſe, vt componam me cum hoc ſemideo, vel tam ineptum, vt putem me obſtruere poſſe luminibus eius: quin immo hoc ago, vt poſtquam ille prodierit, vt ætherius Sol, ego veluti altera Luna diſpaream. Qua ſimilitudine eo lubentius vtor, quo certior ſum, lucernulam meam non niſi mutuatitiam eſſe ab ingenti illa lampade, qua claret D. Fabricius per totam Europam. Vtor vero ideo quoque, quod ab ipſomet audiuerim celebrari dictum Philoſophi, Arbitrum eſſe oportere, non aduerſarium, qui veritatem diiudicare velit. Scilicet, κανὼν οὐκ ἀσφαλής ἐστι, *regula eſt iniuſta*, ſi dicas, Hoc ſenſit ille vel ille, ergo ita eſt. Quæ tamen adeo placet quibuſdam, vt in Naturam, adeoque Deum ipſum peccare videantur, qui non omnia vel Ariſtotelis vel Galeni probent. Sed profecto ſeruitus hæc eſt nimis dura, quamque à nobis amoliti ſunt illimet, & exemplo, & præcepto, quod haberent perſuaſiſſimum, neminem ſcire omnia. Atque in hoc hactenus illis conſentio, quin errore illo (ſiquidem error eſt) tantoperè delector, vt, dum viuo, extorqueri illum mihi nolim. Quo fit, cur in his libris vbique medius eſſe voluerim, inter putidam quorundam negligentiam, & obſcuram aliorum diligentiam. Voco autem putidam negligentiam, quæ omnia aliorũ dicta indiſtincte acceptat, defenditque iis armis, quibus ipſimet nolunt. Obſcuram diligentiam, quæ contrario morbo affecta, omnia notat cenſoria virgula, ſibique ſoli transſcribit ſapientiæ poſſeſſionem. Atque hi

quidem,quod inuideant aliis partum decus,ſibique ipſis triumphos decernant, odio digni habiti ſunt iam olim à cordatis:illi autem, quod lauream in muſtaceo quærant, ludibrio. Digniores vero vel ideo, ſunt præmio ſuo,quod ſoleant vti ῥηλορείᾳ μακρᾷ, *longis concionibus*, vt Gal. appellat,(ne tu neſcias,idem vocat λῆρον μακρὸν, *nugas prolixas*) quibus pueris ſuis perſuadeant,ſe Ariſtotelicos eſſe,Galenicos,Teleſianos, & neſcio quos alios,cum (eodem iudice) non ſint meliores Dauis & Getis,qui in ſcenam à Menandro introducti, nihil laude dignum ſe feciſſe arbitrantur, niſi herum ter fefellerint. Per multum enim ocium ſophiſmata concinnant, quibus euincant, vel Deum ſuum nunquam deliraſſe,vel reliquos male omnia ſcripſiſſe. Quare μονότροπους *ſingulares* vocat iterum Gal. σκληροὺς, δυσπειθεῖς, καὶ πρὸς ἅπαν ἀντιτείνοντας, *duros, refractarios, qui ſemper & vbique inſtant*:imo qui ἅπαντα δρῶσι, ἅπαντα πάσχουσι, καὶ παντοῖοι γίνονται, *omnia faciunt, omnia patiuntur, in omnia rerum miracula ſe transformant*, dum cauſam aliquam probabilem quærunt, quæ à confeſſione veritatis tutos reddat. Quid dico autem, Cauſam?Scurras ſæpe agere malunt, quam fateri, ſe aliquo veritatis ſenſu tangi.De horum vno nuper animi cauſa feci hos verſiculos,imitatione elegantiſſimi poetæ,Gail,

Legiſti noſtros? riſiſti, Romule,libros?
Vt vidi,vt riſi, Romulediue,tuos.
Quæ cauſa effectus paris in tam diſpare cauſa?
Riſiſti ingenium tute,ego ſtultitiam.

Nempe enim homines vani καὶ κενόδοξοι,qui,vt eſt apud Lucilium,aquã in animo habent,nolunt me de veritate ſolicitum eſſe, ſed omnia ſolo Gal.teſtimonio confirmare. At iſtud vobis ſolum licet, ô tales,quibus Philoſophia ventoſa in lingua eſt, vt cum Turno Virgiliano loquar, quib.ſatis eſt, edidiciſſe quorundam verba,quæ paſſim iactetis,veritatique obſtrepatis.Mihi,cui veritatis,citra cuiuſquam iniuriam, magnum eſt ſtudium,lubet anquirere in res ipſas,lubet admirari nihil, antequam conſtet, quibus rationibus fultum ſit, lubet de his ipſis non niſi timide pronunciare, adeoque

Γηράσκειν ἀεὶ πολλὰ διδασκόμενον,
Seniorem quotidie fieri multa diſcentem.

Quod ſi diſplicet ingentibus quibuſdam Titis, non ob id muto ſententiam, priuſquam illi aliud docuerint. Huius meæ conſtantis voluntatis principem volo eſſe teſtem opellam hanc.In qua duo ago, 1. Deduco rem ex ipſis principiis, 2. Reſpondeo ad rationes aduerſariorum. Cum enim à Præceptoribus opt. max. didicerim, ita demum de veritate rei certos eſſe nos poſſe,ſi res ex veris & naturæ conſentientibus principiis deducta ſit;principia autem Ariſt.tam ſint certa, vt Gal. ipſe non potuerit non acceptare: videor mihi iure hæc laboris exordia ſumſiſſe. Cum ab iiſdem audiuerim, tum demum rite ſatisfieri poſſe difficultatibus,ſi res bene definita ſit: videor mihi recte feciſſe, quod tum Mundini rationibus paria facere tentauerim,cum habebam, vbi pedem figerem.

Vtinam

Vtinam vero vel vacaſſet vel libuiſſet huic rei nonnullam temporis portionē decidere Clariſſimo D.D. CÆSARI CREMONINO, præceptori meo honorando, quod ipſum mihi aliiſque illum promittere memini! Sat ſcio, conſtaret omnibus bonis, neque alium, vel ingenio eſſe acriori ad ſtabiliendas veras ſententias, vel iudicio excuſſiori ad refellendas falſas. Non enim ex illorum numero eſt, qui λίθον ποτὶ τὰν σπάρταν ἄγειν, *lapidem ad funiculum elaborant*, quod prouerbii eſt apud Chryſoſtomum & Baſilium: multo minus ex illorum, qui ad incitas redacti, dicunt aliquid, è quo maius incommodum, quam ex priori, h.e. mendacium mendacio tegunt, ne perpluat. Quin hoc vnice agit, vt ſciatur, quid veri ſit, quid falſi in ſingulis. Hac in re diſcipulum me illius eſſe profiteor, cupioque conſtare publice, nullo me rapi affectu, ſed hoc duntaxat dicere, quod cōſcientia me iubet. Et quia, ceu innui, Ariſtoteles (ſi hoc ſolum demas, quod eſt de ſemine fœmineo hodie dicto) negotium de generatione animaliū tā perſpicue explicuit, vt Galeno aliter ſentienti tacere licuerit: quidni coniungam me cum Ariſtotele? Quod dum ago, ſi fortean contra Galenū verbū aliquod aſperius excidit, nolo illius æſtimationi nocere, ſed cupio adſcribi humanitati. Quis enim adeo æquus eſt, vt erroribus vbique blandiri poſſit? Idem dictum volo de Mundino, qui, nulla præbita cauſa, diſputationem de vtriuſque ſexus ſemine in eam amplitudinem euexit, vt molē propriam ferre amplius non potuerit. Interim demonſtraſſe ſe ait: demonſtrauit certe, ſi demonſtrare eſt dicere aliquid, quod quoquo modo ſeruit tuendæ theſi! Quod ipſum ſi audacius contrectaui, non ad hominem, ſed ad rem ipſam referri volo. Quis enim eſt ille, qui poſſit λαλεῖν, καὶ μὴ θιγγάνειν, *loqui, & non tangere?* Alioquin ita me animatum eſſe ſciat, vt, ſi ex aliis principiis aliud mihi perſuaſerit, é veſtigio ſtatim abiturus ſim. Sin litigare maluerit, more huius ſeculi vnico,

----- χαιρέτω
λιβυκοῖσι βίβλοις, ταῖς τε ἄννωνος πλάναις,
--- -*oblectet ſe*
Libycis libris de Hannonis peregrinationibus.

Fortaſſis culpabit aliquis prolixitatem, adeoque nimiam diligentiam: Non refert. Si enim, vt Gal. de hoc ipſo negotio loquitur, ea tantum dicere voluiſſem, quæ vera ſunt, hæc tractatio caruiſſet debitis probationibus. Sed & dum minutim omnia perſequor, manu quaſi prehenſos adoleſcentes duco in veritatis cognitionem. Cuius quam ſit miſera conditio in hoc mundo; vbi in exemplo tanti momenti viderint: exſtimulabuntur, (ſpero) ad ſeriam rerum cognitionem, dediſcentque ſe credere limatulis quibuſdam ſcriptoribus, qui ſine alis in cœlum euolant. Ita autem loquor, ne qui putent, velle me aliorum libros excutere é manibus ſtudioſorum. Quin volo vt legant, intelligantque quantum diſtent æra lupinis. Me ad talia legenda allicit præmium voluptatis, quod capio vberrimum, partim ex cognitione malorum, quibus careo ipſe, partim ex perſcrutatione arcanorū Naturę, quę in iſtis λο-

γοδιαῤ-

γοδιαφροίαις *aqueis ſcriptis* vim patiuntur magnam. Cuius voluptatis qui participes vna mecum eſſe volent, illos Curios & Catones eſſe iubeo, hoc eſt, afferre huc animum pudicum. Si enim in opere naturæ omniũ maximo, (vt generationem Gal. vocat) in quo Deus inprimis conſpiciendam præbet omnipotentem bonitatem ſuam, inuerecunde agemus, & verbis, cogitationibusque obſcœnis nos polluemus: Mercurius Platonicus cum caduceo ſubito aderit, violatique pudoris pænam præ foribus eſſe nunciabit. Quin ſuperueniet e' tertio cœlo redux Mercurius longe nobilior, cauſamque ſcire volet, cur Chriſtiani cum ſimus, paganorum ad inſtar Deum agnitum, non vt Deum colamus, gratique eius opera celebremus? ſed vanis cogitationibus impliciti ſinamus cor noſtrum in inſcitia obtenebraſcere? Quod ne fiat, immo, vt cedat hoc omne in gloriam illius, qui mirabiliter nos formauit, ſuoque ſeruitio addixit, exora tu mecum Illum, ô Lector, & vale.

M. AEBII BEBII

DE MVNDINO MVNDINIO Epigramma.

MVNDINVS hic VVLPES erat TEVMESSIA
Opinione propria.
At PHOEBVS indigne ferens proteruiam
Superbientis ingenI,
Vſus DIANÆ dextero nutu, CANEM
Immiſit huic MONESIVM.
Iam captus ILLE ringitur, Vulcaniis
Conſtrictus ora vinculis.

Idem Græce conuertit.

Ἄληπτος ἦν Μουδίνιος πάλαι, δίκην
ἀλώπεκος Τευμεσσίας.
Φοῖβος δ' Ἀπόλλων, δυσχεραίνων αἰνόθεν
ἀμήχανον τἀνδρὸς τύφον,
Τὴν Ἄρτεμιν προσήνδα· ἡ δὲ Μονήσιον
ἔπεμψ' ἄφυκτον τὸν κύνα.
Οὕτως ἁλοὺς ἀγωνιᾷ, δεδασμένος
δεσμοῖσιν ἡφαίστου κακοῖς.

CASP.

CASP. HOFMANNI DE GENERATIONE HOMINIS

LIBER PRIMVS.

CAP. I.

QVi audit, de homine eſſe heic agendum, procul dubio iam *quatuor* intelligit. *Primum.* Agi de ſubſtantia quadam ſublunari, quæ conſtet ex materia & forma. Vnde ſubito apparet aliud. Cum formę rerum, aut ſint ἄϋλοι, *extra materiam, ſeu, non alligatæ materiæ*, aut ἔνυλοι, *in materiam immerſæ*: non agi heic de forma aliqua ἀΰλῳ, ſed de ἐνύλῳ, de tali, inquam, quæ ſine ſua materia nõ ſit apta quidquam efficere. *Alterum.* Agi de ſubſtantiæ illius, non prima tantum compoſitione, quatenus ex elemẽtis vulgo dictis concinnata eſt, quam σύμφυσιν, *coalitum, connaſcentiam*, vocant Philoſophi: ſed & de ſecunda & tertia, quatenus ex elementis fiunt partes ſimilares, quas cum adiectione *Elementa ſenſibilia* mos eſt vocare Medicis; & ex partibus ſimilaribus, inter ſe iũctis, Diſſimilares, ſeu Organicę, quarum vtramque ἕνωσιν, *vnitionem, coniunctionem*, vno verbo video vocari. Vnde clarũ fit illud. Non agi heic de miſto aliquo imperfecto, ſed perfecto, quod deſtinatum ſit actioni alicui præſtanti. *Tertium.* Subſtãtiam illam produci à ſexu diſtinctis duabus ſubſtantiis aliis, mare, dico & fœmina, quæ generatio eſt συνώνυμος, *vniuoca*. Hinc cadit ὁμώνυμος, *æquiuoca* illa ex putri, quam non-nemo ex Philoſophis ſuperioris ſubſellii adſerere voluit anteriori ſeculo. *Quartum.* Ad ſubſtãtiæ huius productionem opus eſſe diſtincto vtriuſq; ſexus ſemine, quippe ex quo primo omnia ſecundũ naturam fiũt in hoc orbe. Cum enim rerum omnium opifex diſtinxerit in duo: veriſimile eſt, non diſtinxiſſe ſine grauiſſima cauſa. Et quia ita diſtinxit, vt vtrobique forma hominis maneat perfecta, & omnibus ſuis numeris abſoluta: veriſimile eſt iterum, à forma illa perfecta pendere perfectam aliquã facultatẽ ſeu potentiã, quæ nata ſit edere perfectam in ſuo genere actionẽ.

CAP. II.

HOc *vltimum*, quia explicatus habet paullò difficiliores, oportet amplius videre. Conſtans eſt Peripateticorum ſententia *ex 1. Gen. vlt.* quam ipſa rerum Natura cõfirmat, Quæ diſtincta ſunt in ſexus, ob formæ excellentiam habere magnum inſtrumentorum, certis actionibus dicatorum, apparatum: quæ non ſunt, paucum. Inſtrumenta multa cum facta ſint procul dubio propter actionum, quas obeunt, præſtantiam; & rurſus, præſtantes actiones cum velint præſtantes facultates: huc denique res redit, vt, quæ diſtincta ſunt in ſexus, propter diſtinctas facultates diſtincta ſint. Hoc exemplo declaretur. Plãtæ, & quæ plantis vicinã habent naturã, animalia quæ-

quædam exſanguia, qualia ſunt oſtreæ, A & alia, quæ petris adhærent, 1. *Gen.* 1, 4. *Præſ. pulſ. vlt.* quia vnam tantum habent actionem, eamque animatorum vltimam, Vegetationem ſeu Nutritionem, pauca etiam habent inſtrumenta, quibus ineſt vnica illa facultas, Vegetatrix dicta ſeu Nutrix. Quamobrem in ſexus nõ diſtinguuntur. At vero animalia ſanguinea, quia, præter nutritionem & nu- B tricem, habent ſenſum & motum, iuxtaque facultatem ſenſilem & motricem, pluribus indigent inſtrumentis, quibus inſideant dictæ illæ facultates. Multa hæc inſtrumenta quia opus habent (in prima generatione) operoſa diſtinctione, non potuit etiam principium illorũ ab vno indiuiduo proficiſci. Quare ſecta fuerunt animalia illa in marẽ & fœminam. Iam quia in tota rerum natura C effectus ſemper fit à duobus 1. ab agente, quod habet rationẽ formæ, quippe, in quo eſt forma, & cum quo conuenit ſpecie, differt numero, vt Bonamicus docet 2. *Motu* 29. 2. à patiente, quod habet rationem materiæ: quæ differentia eſt inter plantas, quæ non diſtinguũtur ſexu; & inter animalia, quæ diſtinguuntur? In plantis ab vno & eodem indiuiduo procedit & agens & patiens: in D animalibus ab altero ſexu alterutrum. Vt res ſit planior. In ſeminibus omniũ plantarum id, quod habet rationem agentis ſeu formæ, eſt in apice illo, per quem ſemen iungitur ariſtæ, lobo, folliculo, vmbellæ, breuiter, conceptaculo ſuo, quo quouis modo ablato, ſemen eſt infœcundum: quod rationem patiẽtis ſeu materiæ, eſt reliquũ ſeminis corpus totum. Hoc ita eſſe, ex fabis didici- E mus. In his enim punctum illud nigrum, quod *Hilum* vocamus, eſt id, quo mediante adhæret lobo ſuo: quo etiam abſciſſo, faba nunquam germinat. Hinc progreſſus eſt factus ad alia ſemina omnia, præſertim frumentacea, quæ formicæ condunt non niſi arroſa, ne rurſus in fruges exeant è terra, vt Plinius loquitur *l.* 11. *c.* 30. Hoc norunt agricolæ, didiceruntque cum damno ſuo. Quo- F ties enim annua ſemina terræ credunt, fere fruſtranea eſt ſpes meſſis. Cauſa nõ tam in eo eſt, quod ſpiritus exhalauerit, vt *apud Laertium* Zeno docet, quã quod crebra illa verſione & agitatione (opus eſt illa, ne cõcepto ex prohibita tranſpiratione calore, putreſcant, & in curculiones abeãt) atteritur cuſpis ille, in quo ratio formæ. Quare qui in alterum annum ſeruare volunt, condunt cum paleis ſuis, vt molliter cadant grana in concuſſione illa. Et ita quidem in plantis ſe habet: In animalibus, v. g. in gallinis noſtris domeſticis, ita. Gallinæ edunt oua, & initæ à gallo gallinaceo, & non initæ. Verum illa, quæ absq; gallo ſunt edita, vocantur ὑπηνέμια Græcis, *ſubuentanea Latinis, voce quamuis non Latina, quod à vento credantur concipi*, & ex his nihil fit, quantumuis diligenter gallina incubet. Ideo mulieres cum volunt ſupponere ova, probant ad lucernam, vt ſciant, An habeant den Hanen / oder den Vogel/ vt loqui ſolent? Et pauperculæ, quæ gallum alere nequeunt, nunquam ſupponunt ſua, ſed petunt à vicina, quæ gallũ alit. Apparet autem in iis ouis, quæ gallũ habent (vt ſic dicam) album quid, craſſumque, albumini innatans, diſtinctum à ſubſtantia albuminis reliqua. Hoc eximunt, quæ delicatius quid ex ovis parare volunt, tranſmiſſis ouis excuſſis per colum. Manet enim ibi ſemen galli, non diſſimile ranarum ſeminio ſi multa fuerint oua, vt fere fit. Quia igitur gallus dat ouo principium illud, ὅθεν ἡ κίνησις, *vnde principium motus*, vt Ariſtoteles loqui ſolet, ſcilicet, ſine illo nihil fit: iure id ita fieri in aliis quoq; concludimus, docemusque, Ideo diſtincta fuiſſe animalia in ſexus, vt alter tribuat formam, alter materiam. Hoc Ariſtoteles tradidit multis locis: ſed ſufficiat vnus. Quia certum eſt, inquit 1. *Gen.* 2. generationis principia eſſe marem & fœminam, ſtatuerit aliquis, τὸ μὲν ἄρρεν, ὡς τῆς κινήσεως καὶ τῆς γενέσεως ἔχον ἀρχήν. τὸ δὲ θῆλυ, ὡς ὕλην, *Marem quidem eſſe id, quod præbet initium motus & generationis: fæminam autem, quod materiam ſuppeditat.* Hoc probat ex confeſſa omnium hominum opinione, quæ ait, Marem eſſe id, quod habet facultatem generandi in alio: Fœminam, quod in ſeipſo. Quamobrem, mas quidem habet talia inſtrumenta, quæ tale ſemẽ (prolificum, inquam) procudere poſſunt, & in fœminam immittere: fœmina autem talia, quæ ſemen illud recipere, & recepto alimentum præbere. Huc faciunt illa 4. *Gen.* 1. Ἐπεὶ τὸ μὲν δύναται·

δύναται· τὸ δ' ἀδυνατεῖ ἐκκρῖναι τὸ περίττωμα, καὶ τὰ ἐφεξῆς. *Quæ apud me hunc faciunt ſenſum. Quoniam alter ſexus habet facultatem excernendi, tribuendique ad generationem materiam puram, alter non habet; omnis autem facultas præſupponit inſtrumentum: vtique & mas & fœmina habebit inſtrumēta, ei rei apta.* Ea ſunt, in fœmina quidem vterus: in viro autem coles, & quæ ad illum ſpectant. Hæc ſententia eſt Ariſtotelis de cauſis diſtincti ſexus, cui, tanquam fundamento, ſuperſtruet mox alia, vbique pulcre ſibi conſentientia. Galenus autem, cum hæc agnoſcat, vt doceo *in Com. de vſ. part. l.* 15. *c.* 1; eat autem poſtea aliorſum: haud obſcurum eſt, quid dicturus ſit ille, ὅστις προτιμᾷ τὴν ἀλήθειαν, *cui potior eſt veritas, Galeno.* Eſto autem hoc *primum* noſtrum quoque fundamentum, *Cauſa diſtincti ſexus eſt, vt alter det hoc, alter illud. Aut, ſi mavelis, vt alter habeat hanc facultatem, alter illam.*

Cap. III.

Hoc excipiat *alterum*, Cur alia ſit maris temperies, alia fœminæ? Nēpe in hoc conſentiunt omnes, diuerſitatem quandam eſſe: non conſentiunt autem, Maſne an fœmina ſit calidior? Frequentior & vera ſententia eſt, ſiue autoritates, ſiue rationum momenta conſi- D deres, Marem eſſe calidiorem fœmina. Autoritates ſunt. I. Hipp. *l.* 1. *de diæta, n.* 22. *apud Marinellum, de Genit. n.* 7. 2. *in* 6. *Epid.* 37. & 39. *apud Valleſium.* Huc faciunt illa, quæ de conceptione & geſtatione maris ex dextro latere, & in dextro latere dicuntur *in Com. in* 14. *Vſ. part.* 7. & ante illa, quæ de caliditate dextri lateris *in calce Com. lib.* 11. II. Platonis, 5. *de Rep.* III. Ariſtotelis, 4. *Gen.* 1. & 6. 2. *Part.* 2. E 3. *Part.* 1. *Long.* & *breu.* 5. *Phyſiognom.* 2. 4. *Probl.* 29. 10. *Probl.* 10. Pertinent huc illa quoque, quæ de dextri lateris prærogatiuis dicta ſunt *Com. l. c.* item quæ dicentur *mox in rationibus.* IV. Galeni, 9. *Sent. Hipp.* 3. 2. *Sem.* 4. 2. *Temp.* 4. 7. *Vs. part.* 22. 3. *Cauſ. puls.* 2. (quo ex loco diſces etiam quatenus comparentur, Vir calidiſſimus cum fœmina calidiſſima) 5. *Aph.* 62. 3. *in* 3. *Epid.* 7 0. 11. *Simpl. c. de Pingued. & alibi forte.* Vis Arabas quoque? Accipe vnū F pro omnibus, Principem illis dictum, 1. 1. *doctr.* 3. *c.* 3. Rationes ſunt duûm generū, vt incomparabilem Scherbium diſtinxiſſe memini, aut à priori, aut à poſteriori. A priori eſt illa, quam fuſe explicat Galen. 14. *Vſ. part.* 6. & 2. *Sem.* 4. ex Ariſt. ni fallor, 1. *Gen.* 20. 2. *Gen.* 3. 4. *Gen.* 1. & 6. His enim locis docetur, Fœminæ naturam, collatione facta ad maris, eſſe ἀδυναμίαν, ἢ ἀναπηρίαν τινὰ φυσικὴν, *impotentiam & mutilationem quandam naturalem.* Hoc vero accipiendum eſt profecto in ſano illo ſenſu, quem Gal. ipſe adſcribit Ariſtoteli, & quem fuſe expoſui *in Com. ſæpi-* B *cule dictis.* Nimirum, eſſe quidem fœminam frigidiorem, ideoque imperfectiorem viro: ſed enim imperfectionem illā magni eſſe vſus, quinimò, fœminę perfectionem cōſiſtere in illâ imperfectione. Cum enim in id ſit inſtituta, atque adeo hæc ſit illius perfectio, vt & concipere poſſit animal, & nutrire aliquandiu, tam extra, quam intra ſe; non poſſit autem id vllo modo fieri, niſi ſuppetat in id mate- C ria, quæ ſanguis eſt: debuit profecto calorem habere remiſſiorem (is autem frigus dicitur à Philoſophis iuxta & Medicis) qui non tantum diſſipet, quantum maris calor. Nimirum, vel tātum gignit ſanguinis, quantum vir, (licet non æque calidum ob finem) vel nō multo minus: at non diſcutit tantum, partim ob vitam minus actuoſam, partim (& magis) ob habitus frigiditatem. Tu his intellectis vide affanias eorum, qui nolunt concedere, fœminas dici imperfectas! Primò enim non ſimpliciter ita dicuntur. Deinde, finis hic dat illis perfectionem, qua de re pulcre Mercatus *tom.* 1. *Phyſiol. quæſt.* 53. ne de Gal. 14. *Vſ. par.* dicam. A poſteriori ſunt reliquæ omnes, quæ à primo fœminæ conceptu per omnem eius ætatem duci poſſunt. I. Mas gignitur, cum ſemen quidem bene excoctum eſt; ſanguis autem maternus bene temperatus: fœmina, cum ſemen eſt crudius; ſanguis ipſe ſeroſus & excrementitius, 2. *Gen.* 6. 4. *Gen.* 1. 2. 3. 7. *Hiſt.* 1. quæ explicant Hipp. illa *de diæta*, cum ſemen vtriuſque ſexus, vel maſculum dicitur, vel fœmineum. Hinc cauſa petitur, cur fœminas ferè gignant adoleſcentes & ſenes, illi ob crebriores libidines: hi ob caloris debilitatem, 4. *Gen.* 2. II. Mas gignitur apud Hipp. & Gal. cum ſemen è dextro teſte in dextrum vteri ſinum ceciderit: fœmina contra. Ideo mares vt plurimum in dextro latere mouentur, fœminæ in ſiniſtro, quia vni tantum lateri appenditur hepar vterinum, vt infra oſtendetur.

1. *de diæta,n.*21.*de Genit.n.*7.*de Superfœt.*18. 6.*in* 2.*Epid.* 21.2.*in* 6.*Epid.*44.4.*in* 6.*Epid.* 27.6.*in* 7.*Epid.*30.5. *Aph.* 38.& 48.14.*Vſ. part.*4.2.*Sem.*5.6.*Loc.aff.*5.7.*Hiſt.*1.& 3.4. *Gen.*1. Hoc licet fatendum ſit λίαν πόῤῥωθεν εἶναι τοῦ ἅπτεσθαι τῆς αἰτίας, *nimis longè abeſſe à vera cauſa*: tamen ἔχει τινὰ λόγον, *rationabile eſt*, inquit Philoſophus. Rationabile autẽ ideò eſt, (in iis, puta, in quibus teſtes ſunt) quia dextra ſunt calidiora, vt *in calce lib.*11.*Com. dictorum* probâſſe me jam dixi. Tamẽ ſi pugnare tibi placet, adi Ar. genterium 2.*Com.in Artem.*45. III. Mas intra vterũ citius creſcit, tardius extra: fœmina contra, *de Nat. pu.* 14. *de Septim. part.*8.2.*in* 6.*Epid.*45.& 46.6.*in* 7.*Epid.*32. 5.*Aph.*38.2.*Sem.*5.4.*Gen.*6. Ratio datur de fœminâ, quia mult⁹ eſt humor, calor paucus, qui non niſi tardiuſculè articulat. At vbi fœmina eſt edita, citi⁹ creſcit (inſtar ſalicis) citiùs ſapit quia calor cœpit dominari materiæ, & jam non otiatr. Hinc ſunt gaudia matrum de filiabus, quas prædicant præ filiis, & anno decimo adhibent rei familiari: contra; querelæ de filiis, quos ajunt laſciuire tantũ. At hocà multo calore eſt, qui in vtero quidẽ feliciter dominatur materiæ ſuæ: at quia ille ſiccior, progrediendo verò etiam magis ſiccatur, extra vterum non niſi tardè agit, (inſtar quercus) & ſapit homo tardius. IV. Quæ fœminã geſtat, ferè ſemper decolor eſt (ad ſeipſam collata, non ad aliam) & longè pejus habet, quam quę marem, 7.*Hiſt.*4.5.*Aph.*42.7. *Epid* 7. *qua de ſorore Harpalidæ, vbi vide Valleſium.* V. Fœmina in majori abortus periculo eſt, quam mas, ob acetabulorum humiditatem, vt docet Valleſ. *in iam citato loco.* Hoc deduxerit aliquis *ex* 5. *Aph.* 45. VI. Quæ fœminam peperit, diutius purgatur, etiam in ſacris literis, *Leuit.*12. vbi vide Valles. *ſacræ Philoſ.c.*18. Ratio eſt (& valet illa in prioribus etiam) quia fœmina non diſcutit excrementa, vt mas. VII. Mas, vbi adoleuit, habitu eſt nigro, duro, gracili, piloſo: fœmina contra, albo, molli, glabro; pili autem congeniti, plani ſunt, tenues, longi, 4.*Hiſt.*11. 5.*Hiſt.* 10.11. *Vſ.part.* 14.5.*Meth.*7.& *vbicunq. fortiora medicamenta applicat habitibus duris, &c.* VIII. Mas ob id facilius fert, & calorem, & frigus. Id verò indicium eſt firmioris caloris. Non loquor de conſuetudine, præcipuè ad aquas frigidas, in quibus fœminæ diu ſtare poſſunt, dum

A lauant. Fit enim mulier animal ſemiaquaticum, vt jocari ſolebat Scherbius noſter. IX. Ob eundem calorem mas fit ambidexter: fœmina non ſit; 7. *Aph.* 43. X. Mas venas habet ampliores, vocem grauiorem. Id vero eſt à calore dilatante, 4. *Hiſt.* 11.7. *Hiſt.* 1.& 14.1.*Gen.* 9.2. *Temp.*4. XI. Mas ferè inſenſibiliter digerit excrementa ſua: fœmina valdè fœtet. Thomam Eraſtum dixiſſe ajebat B idem Scherbius, ſi in vno cõclaui ægrotent decem mulieres, pejus olere, quam ſi triginta viri in alio. De Alexandro Magno Curtius ſcribit, ſudorem ipſius bonum reddidiſſe odorem. Igneus enim erat. Huc pertinet, quod de pediculis dicitur 5. *Hiſt.* 31. XII. Mas tardius caneſcit, fœmina citius: item, Mas ſæpè caluefcit: fœmina ferè nunquam, 5.*Gen.* 3.& 4. Illud, quemadmodum calorem C majorem indicat: ita hoc majorem ſiccitatem, quæ ferè cum calore eſt. XIII. Mas ſtaturâ major eſt, robuſtior, lacertoſior, vegetior, minus obnoxius morbis, tardiùs ſeneſcit: in fœminâ omnia ſunt contraria, 1. *Gen.* 19. 4. *Hiſt.* 11. 3. *Part.* 1.*Long.* & *breu.* 5.3. *Cauſ. puls.* 2. Ideò, ceu dixi, quidam comparant marem quercui, fœminam ſalici XIV. De animi moribus ferè idem dicẽdum eſt. Mas D eſt animoſior, liberalior, conſtantior, apertior, leonis in modum: fœmina timidior, auarior, ſemper mobilis (Virg. 4. *Aeneid.* Varium & mutabile ſemper Fœmina) verſuta, vulpeculæ inſtar. Frigoris autem ſunt hæc omnia: vt caloris illa. Et hęc apud me planè probant, Marem eſſe fœminâ calidiorem.

CAP. IV.

E FOrtaſſis autem non fuerit hoc ſatis illi, qui ſcit non pauca poſſe objici in contrarium? Ego verò de omnibus in vniuerſum dico, quod Symmachus ait apud Macrobium 7. *Saturnal.* 7. Verti poſſe in contrarium ſenſum, probarique muliebris corporis frigiditas. Afferam autem præcipua tantum. I. Calidæ ſunt fœminæ: quia iracundæ ſunt. F Reſp. Moroſæ potius ſunt: quippe, quæ neſciant modum iraſcendi. Oportet igitur diſtinguere inter ὀξυθύμους ἢ ὀργίλους, *eos, qui ſubito ſunt in fermento*: & θυμώδεις, *eos, qui nõ facile irritantur; at vbi irritati ſunt, non facile placantur.* Magnanimi enim eſt,

eſt, adeoq; generoſi pectoris, cõtemnere poſſe injurias: & hoc à calore eſt. Puſillanimi contra eſt, quales etiã ægri ſunt, & mulieres, facile commoueri: & hoc à frigore eſt. Videri hac de re poteſt Gal. 2. *in* 1. *Epid.* 38. Valleſ. 3. *in* 1. *Epid.* 31. II. Calidæ ſunt; quia plus habẽt ſanguinis. Reſp. Ariſto. 4. *Gen.* 1. Non quidquid humidũ eſt, & colore ſanguineum, ſubito eſt optimus ſanguis, quo de nobis eſt ſermo, cum in corporibus ſanis ſæpe parcus ſit, ſed purus, omnino melior muliebri. Hoc alii ſic efferunt. Sanguis eſt vocabulum ab vno, & præcipue dicitur de optimo, minus præcipue de deteriori. Ille eſt in viris, ſed maximè in arteriis· hic in fœminis, ſi conferas cum viris. Quod vero in hoc negotio negligendũ non eſt, Fœminæ (inquit Philoſophus) ſunt πολύαιμοι, *multi ſanguinis*, non toto corpore, ſed κατὰ τόπους τινὰς, *locis tantum quibuſdam*, tu puta, illis, qui deſtinati ſunt procreationi. Et hoc eſt, quod 3. *Hiſt.* 19. ait idẽ, Minus ſanguinis per ſumma corporis fœminarum eſt, (nam venas habent exiles, ceu prędictum eſt) plus autem parte interiore continetur. Cæterum, Parmenidis fuiſſe argumẽtum hoc paret *ex* 2. *Part.* 2. Cui ſatisfactum eſſe per ea quæ dicta ſunt, vt non dubito: ita malo cum Mercato *tom.* 1. *Phyſ. qu.* 53. recurrere ad prius illud, Generat quidem fœmina plus ſanguinis: non autem diſcutit tantum. Calidior igitur eſt mas. Quod autem Capiuaccius & Maſſaria, *vterq;* 4. *Pract.* 1. de aſcititio fœminarum calore dicunt: fateor me non intelligere. III. Fœmina pulſum habet frequentiorem: ergo calor quoq; eſt maior. Reſp. Frequentior quidẽ eſt, ob anguſtiam vaſis, ſed ob id etiam minor, agente natura tribus (v. g.) ictibus, quod ageret alias duobus. Vide Gal. 3. *Cauſ. pulſ.* 2. *extremo*, Claudinum *Reſp.* 23. IV. Salaciores ſunt: ergo ſanguinolentiores Reſp. Non pertinet hoc ad ſanguinis calorem, ſed ad motũ. Dum n. ſanguis tendit ad locum, ad quem natura illum deſtinauit, calidus vapor ſtimulat. Hinc Ariſt. ſcribit 7. *Hiſt.* 2. Quibuſdam deſiderio coitus, vel ob ætatem, vel quia diu abſtinuerunt, vterum delabi, purgationeſque muliebres ſæpe ter ſe oſtendere in menſe, vſq; dum cõceperint. Hinc æſtate etiam ſunt libidinoſiores, 5. *Hiſt.* 8. 4. *Problem.* 26. & 29. Vide Bonamicum 4. *Alim.* 3. Accorambonum *Not. in* 4. *Gen.* 5. V. Teſtes habent: ergò. Hi

A enim calefaciunt totum corpus adeo, vt inter partes principes habeantur. Reſp. Calefaciunt, non qua teſtes ſunt, (quî enim id poſſint? corpora tam exilia, & ea quidem exſanguia?) non etiam qua ſemẽ continent (ſemen enim non magis calet ex ſe, quam ſanguis) ſed qua faciunt ad Venerem, in qua immenſus quidam ſanguinis feruor excitatus, feruere facit totum corpus. Hoc eſt, quod primus & ſo-
B lus docuit Iacchinus *in quæſt. naturalib. n.* 28. quam totam exſcribam, nõ tam propter rei probabilitatem, quam quia negotio huic mirifice fauet. Cur, (inquit) exſectione adeo immutantur animalia, cum habitu corporis, tũ moribus? Mollitie namque & voce omnino fœminis quam ſimilimi fiunt. Moribus quoq; ita euariant, vt ſocordes, pauidiq;, atq; (vno verbo) ἄθυμοι efficiantur. Mirum profe-
C cto eſt, ex initio adeo exili tam grandem ſequi naturę immutationem! Eſt enim, quod exciditur, quodãmodo vacuum, ſi vitam ſpectemus. At videmus nihilominus alia quoq; evenire eiuſmodi, quæ fidem magis excedunt, quando, nullatenus affecto corpore, moribus adeo immutari animal contingit, vt, licet mas ſit, fœminam omnino præ ſe ferat. Gallina namque ſi ſemel gallum excuſſerit,
D aut pugnans vicerit, cucurritu primum gallos imitari incipit, poſtea & reliquas fœminas superſilire audet. Contra, mas victus, quaſi iniri poſſit, ſeſe in terrã demittit, quod quidem quaſi portentum ruſtici exſecrantur, & occidunt. Neque ceſſat ferocia hæc, & alacritas, donec in corpore quoque notis quibuſdam eluceſcat. Criſta enim rigidior fit, erigiturq;, & cauda: mas contra demittit &
E languet. Cum igitur ſola animi mutatione, tanta in animante diuerſitas contingat, quid mirum fuerit, obſecro, ſi, vbi flagrans amor & libido è medio tollatur, ignauum atq; iners fiat, feruore, inquã, vniuerſo ſanguinis langueſcente, deinde pereunte virilitate omni, corpus plus juſto humidum ac molle, atq; (vno verbo) fœmineum euadat? Quod autem ita res habeat, indicio eſt, quod ſi qui ma-
F rium, naturâ minus auidi ſint Venereorum, vultu, geſtiſq;, & voce non diſpares caſtratis videntur. Contra, fœminæ naturâ libidinoſiores, hirtæ magis ſunt, & durioris carnis, voceq; & motione mares ferè æquant. His adde, quod quo tempo-

re mares ad coitum cõcitantur, (quo, inquam, tempore virilitatẽ maximam præ ſe ferunt) duriorem carnem, guſtuq; & olfactu viroſiorem obtinent, calore ſcilicet præter modum eo tempore excitato atque exurente. Quod ſi qua viribus prę-ſtant, v.g. quæ ſerratos dentes habent, & carnibus veſcuntur, ſæuiora tunc temporis & audentiora experimur. Parit itaque libido ſanguinis feruorem, audaciam, alacritatem, inde durum corpus, hirtumque efficitur. Quod ſi libido exſtinguatur, ſecus omnia eueniunt. Hæc Iacchinus. Quem tu ne fortè incuſes; quod fabulas ſcribat, accipe hæc è veteri hiſtoriâ. Aegyptii in ſuis Hieroglyphicis ſignificaturi mulierem tribadem, gallinam pingunt, quæ caudam, criſtamq; erigit, & cui parua calcaria prominent. Vnde hoc niſi ex hiſtoriâ? Liuius tanquam portentum miratur, gallinam in marem degenerare, & gallum in fœminam. Quæ degeneratio quî alia poſſit eſſe, quam hæc; de quâ Iacchinus? Gallinæ cantus, quem ille apud Terentium ominoſum eſſe dicit, vnde ſit, quam ex hoc negotio? Hæc ſi tibi non perſuadent, Ariſt. audi 9. *Hiſt.* 49. Gallinæ, cum mares vicerint, canere incipiunt, exemploq; marium ſuperueni re aliis gaudent. Criſta etiam caudaq; erigitur ita, ne facile ſit poſtea dignoſcere, An ſint fœminæ? Nonnunquam etiã calcaria parua iis enaſcuntur. Quin tu hinc diſce, Quę ſit horum prodigiorum (ſi omninò ita vocare tibi placet) cauſa? ſimulq;, Vnde ſit robur, quod à teſtibus toti corpori eſſe Gal. ait 1. *Sem.* 16.? Non eſt à teſtibus, ſeminéue, ſed à motu ſanguinis. Propterea Elephanticos quidem exſectis teſtibus curari poſſe credo: Epithemata, teſtibus appoſita, roborare totum corpus: non credo. Hanc ob cauſam etiam belliCoſiſſimi quiq; ſunt libidinoſiſſimi: contrà Eunuchi ferè mulieroſi ſunt, & ad inſtar mulierum malitioſi. Vide Auenzoarem *l.* 2. *tr.* 3. *c.* 1. VI. additur Hipp. autoritas, qui 1. *de morb. mul.* ait, ϑερμότερον ἔχει τὸ αἷμα ἡ γυνὴ, καὶ διὰ τοῦτο ϑερμοτέρη ἐστὶ τοῦ ἀνδρὸς, *Calidiorem fœmina ſanguinem habet, ideo calidior viro eſt.* Ego verò huic autoritati ſimpliciter oppono alteram autoritatẽ eiuſdem; de quâ priori cap. Quamobrem libenter aſſentior Chriſt. à Veiga *in* 3. *Prognoſt.* 10. cui conſentire Duretũ, autor eſt Laurentius 2. *Anat. q.* 13. Non eſſe illa *de Morb.* genuina. Vide hunc, & Claudiũ *l. c.* Maſſariam 4. *Pract.* 1. Hæc igitur iterum ſententia Ariſt. eſt, de diuerſitate tẽperamẽti vtriuſque ſexus. Cui quia tot locis tã clare adſtipulatur Gal. cauſæ non eſt, cur ſequamur illũ, ſicubi deflectat ab itinere. Eſto igitur hoc *alterum* noſtrum fundamentũ, *Diuerſitas temperamẽti in diuerſo ſexu ideo eſt, vt alter poßit hoc tribuere, alter illud, tu puta, vt diuerſa facultas abeat in diuerſum actũ.* Neque enim animal idem cõficiat ſemẽ ſpiritu plenum, adeoq; viſcoſum, compactumq; corpus efficiat, vt ſpiritum genitiuum in ſe cõtinere, & quaſi coërcere poſſit: & fœtum gerat atq; alat. Illud n. magni caloris eſt, qui cum multa humiditate conſiſtere non poteſt: hoc copioſæ ſuperfluitatis, quæ iterũ cum magno calore jungi non poteſt. Ita ferè loquitur Teleſ. *l.* 6. *de* R*er. nat. c.* 18 De cõtrouerſia ſi legere voles ipſos autores, adi Th. à Veiga *Cõ. in* 6. *Loc. aff.* 5. Mercatum, *quo loco dixi*, Ferdinandum 1 *Theorem*: 23. Laurent. 2. *Anat. q.* 13. Horſtium noſtrum 1. *de Nat. hum. Ex.* 7. *q.* 9. Bonam. 4. *Alim.* 2. Oddum, *Com. in Art. c.* 45. Peramatum, *de Temp. c.* 13.

Cap. V.

HOc immediatè ſequitur *Tertium*, Si mas tã calidus eſt, poterit excoquere ſemen ſuum eò vſq;, vt calor ipſius ſit analogus quinto elemẽto, veluti infra docebitur ex Ariſtotele: Si fœminę calor tã debilis eſt, non poterit etiam eò vſq; peruenire ſemen ipſius. Vtrobiq; conſentit Ariſtoteli Galenus. Veruntamen, vt certum eſt, confeſſumq; ab vtroq;, Quod ſit ſemen maſculum? ita Gal. valdè dubiũ fecit, Quod ſit ſemen fœmineum? Nimirum, cum ſemen maſculum (de vtriuſque ſenſu) ſit ſubſtantia illa alba & ſpumoſa, quam mas in συνουσίᾳ emittit: ſemen fœmineum, de Ariſt. quidem ſententia, eſt ſanguis, qui ab omnibus dicitur menſtruus, vel totus, vel melior ipſius pars; de Gal. autem, ſubſtantia illa alba, quæ à quibuſdam fœminis eiicitur, ſubſtantia & colore non valde diſſimilis ſemini maſculo. Ego cum intueor vim duorum præmiſſorum fundamentorum, non poſſum mihi aliter perſuadere, quam, Sanguinem mẽſtruum eſſe ſemen fœmineum. Oſtendit id præterea Ariſtot. multis argumentis, *cum alibi, tum vero præcipue* 1. *Gen.* 19. quorum I. eſt. Quo tempore incipiunt mares habere ſemen: eodem fœminis

fluere

fluere incipit ſanguis ille. Et, quo tempore mares fiunt ſteriles, eodem fœminis definit fluor. Hoc repetit *ca.* 20. *ſeq.* & 7. *Hiſt.*5. II. Quo tempore vterq; ſexus incipit habere ſemen ſuum, eo incipit vterq; mutare vocem, 4. *Gen.*8.7. *Hiſt.*1. Pertinet hoc ad cõſenſum, qui in morbis etiam eſt inter partes genitales & vocales dictas, de quo videre eſt Valleſ. 1. *in* 2. *Epid.*11.5 *in* 2. *Epid.*4 & 16.6. *in* 2. *Epid.*22.4. *Epi.*134. Deniq; Laurent. 2. *Anat.q.*4. III. Quo tempore id fit, vtriq; ſexui attolluntur mammæ & teſtes, vtriq; pubes fit piloſa. Flos enim præcedit ſemen, dicebat Alcmæon Crotoniates. Quibus a. ſiue maribus ſiue fœminis hæc non accidunt, ij omninò ſunt ſteriles, διὰ τὸ πηρωθῆναι τὸν τόπον τὸν γόνιμον, *quod locus genitalis ſit mutilus ſeu oblæſus*, 1. *Gē.* 20. 2. *Gen* 7.7. *Hiſt.*1. & apud Gal. 2. *Humor.* 36. IV. Quotieſcunq; in fœminis non benè ꝓcedit ſanguis ille, ſiue morbo aliquo detineatur, ſiue aliò vertatur (v.g. ad hæmorrhoidas, ad nares) non fit conceptio. Et in harum aliquibus adeſſe ſemen nihil ꝓhibet. V. Habitus fœminarum eſt mollior, delicatior, venæ in iiſdem ſunt minores & obſcuriores, corpora ipſa ſunt breuiora, non ita colorata: quamobrē? Quia Natura ſanguinem nō mittit in habitum tantâ copiâ, ſed in locos illos, quorum ſuprà facta eſt mētio ex Ariſtotele, illos, dico, quos generationi deſtinauit. VI. Quæ aliàs benè habent, ſed pingueſcunt, vel non concipiunt, vel fœtus edunt debiles, exſuccos, parumq; viuaces: quam ob cauſam? Sanguis, qui debebatur fœtui, faceſſit in pinguedinem, 2. *Gen.*7. 2. *Part.*5. Ex hac meâ oratione intelligitur, ſermonem mihi eſſe de verè pinguibꝰ, hoc eſt, de iis, quæ, cum graciles eſſent, factæ ſunt pingues ob luxum & otium: non autem de craſſis naturâ, ſeu carnoſis, vt Hollerius diſtinguit *in* 5. *Aph.*46. ex Hipp. *lib. de ſterilibus, de ſuperfœt.*, & *de Morb. mul.* Et noui ego quondam talem, quæ bis tantum per omnem ętatem pepererat, prolemq; ediderat tantum non oſſeam, quæq; ad maturitatē non peruenit. Non neſcio, Hipp. *Aph. cit.* & *alibi* cauſam ſterilitatis in his talibus referre in omentum, quod comprimere ait os vteri, & prohibere ſeminis receptionem. Quod vt fieri poſſe non nego: ita rarius eſſe cenſeo cum Veſalio 5. *Anat.*4 cum id, quod dico, frequentius fit. VII. Fœminæ concipiunt, non quouis tempore, ſed paucis ferè diebus, vel ante-

A quam fluant menſes, vel cum fluere deſierint. Nam quo tempore fluunt, ſemen ab humido multo eluitur. Quo nō fluūt, deeſt alimentum ſeu materia, è quâ fœtus formetur, 1. *Gen.*19.7. *Hiſt.*2. Tempore intermedio (cum, inquam, reuerà non fluunt, ſed ſtagnat adhuc aliquid in vaſis vteri) non tantùm ſuppetit materia, ſed & inæqualitas quædam eſt, ob quam ſemen faciliùs adhæreſcit vtero, vt quidam

B loquuntur, *de Octim. part.* 5. *de Anat. vteri* 10.14. *Vſ. part.*3.1. *Sem.*2. Hoc tantò magis vrget, quantò contentioſiùs agunt aduerſarii in aſſerendâ materiæ illius albæ neceſſitate ad partium conſtitutionem. Si enim (quod illi clamant) abſque ſanguine poteſt fieri prima fœtûs delineatio: quid opus eſt ſanguine? Opus eſſe, docet ipſius retentio in pleriſque omnibus à conceptu. Et hoc eſt VIII. Poſtquam e-

C nim conceperunt, non ampliùs apparet ſanguis ille, quod jam vertatur in alimentum fœtûs, vt dixi. Quo loco id monendum eſt, pleraque omnia hæc fieri ita, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, vt loquitur Philoſophus 1. *Gen.*19.7. *Hiſt.*2., *non ſemper, ſed vtplurimū*, quod ipſum etiam maximè ſecundùm naturam eſt. Quare addit: Non obſtat, quo minus quędam concipiant, licet mēſes nunquam habuerint. Tantum enim

D habent, quantum reſtat aliis à fluxu. Huius rei exempla aliquammulta Schenkius collegit 4. *Obſ.* 117. Non obſtat etiam, quo minus quædam concipiant in ipſo fluxu. Sicciores enim cum ſint tales, & ob id non niſi parciſſimè purgentur, alio tēpore ſemen non inuenit materiam, quin immò ſtatim à purgatione clauditur talibus vterus. Atq; hoc Hipp. quoq; *l. de Nat. pu.n.*39. habet. Nō obſtat quin etiam, qui-

E buſdam fluere poſt conceptum, & aliis quidem longiùs, aliis breuiùs, quibuſdam toto geſtationis tempore. Morboſæ enim ſunt tales, & fœtus non niſi debiles dant. Noui ego pariter fœminam, quæ toto geſtationis tempore mēſes habet copioſos: ſed & quæ fœtus edit, aut mortuos, aut non diu victuros: Quando autem fiat innoxiè, vide 5. *Aph.*60. Tribus verbis, Cum neq; in multos menſes extenditur, neque

F copioſus eſt fluxus. Interim, vt dixi, rara ſunt hæc omnia, quæq; regulam Phyſicā non euertunt. Exempla ſi vis, Schenkium adi *loco dicto Obſ.*146. IX. Sunt quædam, quas Viragines vocant Latini, ἀῤῥενωπὰς Græci, quæ menſes non habent, ideo etiā

 non

non concipiunt, 2. *Gen.* 7. Harum pleræque ſunt valdè libidinoſæ, vt veriſimile ſit, abundare ſubſtantiâ albâ, q̃ ſemen iſti dicunt. Eadẽ ratio eſt laborioſarum quarundam, quæ omnem ſanguinem diſcutiunt in opere. Iam hæc iterum mens eſt Ariſt. de vtroq; ſemine. Quod ad maſculum, conſentit illi Gal., quatenus ſtatuit principiũ vnde motus: ſed diſſentit, cũ ex corporaturâ eius cõfieri ait partes ipſi dictas ſpermaticas ſeu ſeminales. Quod ad fœmineum, quia Gal. ex corporatura ſeminis maſculi fecerat partes quaſdam; & verò, vt ſufficeret moli totius corporis, in ſocietatẽ aſſumſerat ſemen fœmineũ ipſi dictum: ex ſemine hoc, ſeu, (vt ipſe vocat) ſanguine facit partes ſanguineas ipſi dictas. Atq; illud quidẽ de ſemine maſculo, quia (vt videbimus) planè ἀφιλόσοφον eſt; in hoc autem, de materia omnium partium, non conſentit ſibi ipſi, vt pariter videbimus: non eſt, cur heic plura verba perdamus. Eſto igitur ratũ jã *tertium* fundamẽtum; *Semen maſculum facit hoc; Semẽ fœmineũ facit hoc.* Vt tribus junctis, fiat deniq; hæc oratio. *Perfecta animalia ideo ſunt diſtincta, vt alter quidem ſexus præbeat cauſam efficientẽ; alter autem materialẽ. Quod vt fieri poßit, alter quidem, qui dat efficientem, debet calidior eſſe altero; alter autem, qui materiam, minus calidus, ne dißipet materiã.* Et ita eſt. Calidior enim mas eſt: frigidior fœmina. Propterea, mas quidem dat hoc ſemen; quod vt Gal. ipſe loquitur, εἰς ἄκρον ἥκε πέψεως; *ſummè coctum eſt*: fœmina autẽ dat hoc, quod, vt Ariſt. loquitur, ſemen eſt, οὐ καθαρὸν, ἀλλὰ δεόμενον ἐργασίας, *non purum, ſed elaboratione indigens*, quam præſtat primò ſemen maſculum, deinde fœtus ipſe. Et hæc quidem nunc ita jacta ſint: poſteà n. ampliùs conſiderabimus ſingula, conabimurq; pariter reſpõdere aduerſariorũ objectionib⁹.

Cap. VI.

MOdò, conſtituto eo, quid ſemen appellemus, conſequens eſt, vt in vtriuſq; eſſentiã inquiramus. Et q̃a mas prior eſt fœmina natura, oportet hinc quoque initium ſumere. Ariſt. poſtq̃ *ab initio* 1. *Gẽ. animal. vſq; ad c.* 17. propoſuit vniuerſalia, incipit agere de ſemine maſculo in hunc ferè modum. Primũ diſpicit, Quid ſemen ſit? Et quia tum temporis (vide Lipſium 3. *Phyſiolog. Stoicorum* 6.) apud pleroſq; omnes obtinebat ſententia, Semen decidi ex omnibus corporis partibus: ꝓponit eius opinionis quatuor argumenta, q̃ refutat *c.* 18. *ſeq.* Deinde, dupliciter (vt quidem Accorambonus notat *in eum locum*) deſcribit ſemen, in genere & in ſpecie. In genere inquit, ſemẽ eſt id, ex quo primò fit aliquid ſecundum naturã, nõ quia huius (v.g. Socratis) eſt; deciſum quippe ab omnibus illius partibus, vt tum putabatur. ſed quia hominis eſt, ſeu, quia ab homine hanc potentiam habet, vt poſſit inde fieri homo.

B Hoc q̃a nimis latè patebat: paulò pòſt in ſpecie docet, & quidẽ ꝑ ἀνάλυσιν, vt idem Accoramb. Quid ſit? Aut, inquit, eſt aliquid ſecundùm naturã, aut eſt aliq̃d ꝑter naturã. Non ꝑter naturã: q̃a eſt in omnibus, ſecundùm naturam cõſtitutis, & natura ex eo fit. Tu verò in illo ratiocinio mireris fortè, Cur tãtò ſtudio refutet σύντηγμα, *colliquamentũ*? Si n. nihil eorum eſt, quæ ſunt præter naturam, nõ fuerit vtiq; C colliquamentũ quoq;. An ſit ꝑꝑ Hipp.; qui *l. de Genit.* vocat σύντηξιν? Poteſt tamen id quoquo modo concedi, ſi de cauſa efficiente intelligas; vt cenſent eruditi. Vide, ſi vacat, Th. à Veiga *Com. in Art. c.* 47. Ergo eſt aliquid ſecũdùm naturam. Si hoc, aut eſt pars aliqua corporis, eaq; vel ſimilaris, vel diſſimilaris, aut alimẽtum, aut alimẽti excrementum. Nõ eſt pars ſimilaris: quia non concurrit ad vllius diſſimilaris conD ſtitutionem, ꝙ aliàs de naturâ ſimilariũ eſt. Nõ diſſimilaris: quia non ſubſiſtit per ſe, & ſeorſim, quod ipſum etiã de naturâ diſſimilarium eſt, vt docet definitio Gal. 1. *Vſ. part.* 1. ex his, ni fallor, Philoſophi verbis exſtructa. Non eſt alimentum: hoc n. extrinſecùs aduenit corpori, cum ſemen ſit aliquid intrinſecũ. Relinquitur ergo, quod ſit excrementum. Hoc cum ſit duplex, vtile & inutile, vtrius generis eſt ſeE mẽ? Inutile nõ eſt: qui enim, vel ætate, vel morbo excrementis inutilibus abundãt, illi, aut paucum, aut nihil ſeminis habent. Ergo, vtile eſt. Rurſus, cum alimẽtum ſit, vel primum, vel vltimum; vtrius eſt? Non primi, quod pituita eſt: id n. permiſtũ alimento vltimo nutrire poteſt. Ergo vltimi eſt, ſanguinis (inquam) illius, qui in omnes partes diſtribuitur, omneſq; alere poteſt. Hoc ita intelligere oportet. Semen eſt reF ſiduũ illius ſanguinis, qui cum benè purgatus jam eſſet, aptuſq;, qui actu nutriret: nõ nutrit tamẽ, ſed faceſſit in ſemẽ. Quod quia excernitur (id verò eſt oppoſitum illi, ad ꝙ alimẽtum deſtinatum eſt) dicitur *excrementum*: quia vſum habet ad ſpeciei

con-

conſeruationē; dicitur *excrementū vtile*. Et
hęc, ni fallor, mens eſt Ariſt. (vide, an ma-
gis arrideat Argenterii interpretatio. 2. *in*
A. t. 44.) dic. loc. Huic rei (pergit ille) atte-
ſtantur φαινόμενα quædā. I. Pleriq; omnes
ab emiſſione ſeminis debilitantur, quaſi
corpus priuetur eo fine, qui demum ab a-
limento illi accedit. An cauſa debilitatis
potior eſt in ſpirituum copioſa emiſſione?
Alleuiantur tamen (addit) pauci illi, q vel
p ætatem cumulant multum ſeminis, vel
cum ſemine emittunt humores morbifi-
cos. II. Pueri, aut nō habent, aut improle,
partim, quia materia eius abſumit᷑ in aug-
mentum corporis, partim, quia calor nō-
dum eo vſq; aſcendit, vt gradū coctionis
illū, qui ſemini pfecto debetur, attingere
poſſit, III. Senes nō habēt: quia calor non
amplius eſt in eo gradu, qui poſſit hoc, ꝙ
juuenes poſſunt. IV. Aegri non habēt, ob
eiuſdē caloris debilitatē. V. Quidā εὔσαρ-
κοι, quidamq; pingues non habēt, quia ab-
ſumitur materia, vel in carnes, aliaſq; par-
tes ſolidas, vel in pinguedinē. VI. Idē fit in
calidiorib⁹ quibuſdā, qui opus habent a-
limentis medicamentoſis, frigidis, humi-
diſq;, qualis lactuca cichoriū, &c. VII. Idē
accidit laborioſis quibuſdā. Heic quidā:
Sed cui⁹ coctionis excrementum eſt? ſe-
cundæ, an tertiæ? Inepta q̄ſtio. Cū n. nu-
merātur excrementa ſecundùm coctio-
nes, numerantur inutilia tantùm. At no-
bis ſermo eſt de illo ſanguine, qui jam de-
poſuit omnia excremēta, aptuſq; (vt dixi)
eſt, qui jā nutriat. Sed ſit ſanè apta. Quo-
modo poſſit eſſe excremētum tertiæ co-
ctionis, niſi vel decidatur ex omnib. parti-
bus, vel ex gignitiuis ſolis? At illud quidē
negāt ipſimet: hoc nō concedent illi, qui
norūt, diſſimilē eſſe rationē de membris,
q̄ mun⁹ publicum ſuſtinēt, & de iis, q̄ nō,
vt cum Mundino loquar *l.* 1. *c.* 16. Eſt igitur
excrementum (ſi omninò ita vis) ſecundę
coctionis, ſed, quaten⁹ ſanguis fit, non ab
hepate tantum ſed & à corde. Non n. ex
venâ ſolùm cauâ oriuntur vaſa ſpermati-
ca, ſed & ex arteria magna, q̄ omniū con-
ſenſu vehunt materiā ſpmaticam, & qui-
dem nobiliorē illâ, q̄ in venis it. Nimirum,
duo hæc viſcera faciunt vltimū illud ali-
mentū, atq; p ſua vaſa in vniuerſum cor-
pus didunt. Huius igitur quando tanta in
corpore copia eſt, vt ſuperſit aliquid, quo
corpus nō eget; quādo itē calor tā eſt ve-
getus, vt exactè conficere poſſit: in locis,
ei rei deſtinatis, fit ſemē illud, de quo no-

A bis ſermo eſt. Heic quidā: Rem tam nobi-
lem vocabis excremētum? Quidni verò?
quia excernitur? Tu vero ſtatim ad inuti-
le excremētum ibas. Quid autem? ne in-
utilia quidem reſpuit Natura, v. g. quan-
do ex pituitâ, in inteſtinis collecta, gignit
vermes. Vide Ioubertum *in Apol.* 2. *Parad.*
7. Sed ſit hoc nihil: Excrementum heic
dicitur, quod felicius Græci vocant ὑπό-
λειμμα, vt alibi deduxi.
B

Cap. VII.

AB his propiùs accedendū nobis eſt ad
τὸ τί ἦν εἶναι, *ad eſſentiam* ſeminis. Ante
autem omnia diſtinguere oportet nomi-
na, quibus ſcriptores vtuntur. Tria inue-
nio, σπέρμα, γονὴ, καὶ θορὸς, q̄ aliud ſignificāt
apud accuratè loquentes, aliud apud a-
lios. Inter σπέρμα καὶ γονὴν, neq; ante Ari-
C ſtotelem Hipp. diſtinxit, neq; poſt ipſum
Galenus. Hic n. libros duos περὶ σπέρματος
ſcripſit: ille vnum περὶ γονῆς, in quibus con-
fuſe vtuntur vtroq; vocabulo. At Ariſt. 1.
Gen. 18. γονὴν vocat id, quod ἀπὸ τοῦ γεννῶντος,
à generante, ſeu mare eſt: σπέρμα, ꝙ fit cū pri-
mo jungitur ſemen vtrumq;, τὸ πρῶτον μίγ-
μα ἐκ θήλεος καὶ ἄρρενος. Hoc cōparat ibi tā-
tùm, c. autem 20. expreſſè vocat κύημα,
ꝙ *conceptū* vocant noſtri, reſpondetq; plā-
D tarū ſemini, nec nō ouis fœcundis. Quod
tamē diſſimulandum non eſt, ipſe diſcri-
men non obſeruat, ſed σπέρμα ſæpè vocat
vtriuſq; ſexus ſemen ſeorſim. Aliquando
non totum ſemen ita vocat: ſed vtilem
tantùm partē. Cum ſemine n. alias quoq;
δυνάμεις exire, ait 1. *Gen.* 18. ſi cupias ſcire,
Quæ ſint illæ facultates? dicet tibi *in ve-
ſtigio*, νοσώδεις, *morboſas* eſſe: vno verbo, ex-
crementa. Ob hæc n. fieri ait, vt quidam
E planè infœcundum ſemen habeant. Ita,
cum de ſemine fœmineo loquitur, *vt cap.*
20. *ſeq & alibi*, non ipſum ſanguinem vo-
cat ſemen, ſed in ſanguine ait eſſe ſemen,
meliorem eius partem intelligens. Cæ-
terum τὸ γονή, non in genere tantùm fœ-
mineo, (vt Grammatici loquuntur) re-
peritur, ſed & in maſculino: ſed tùm re-
tracto accentu, γόνος legitur. γονὸς enim,
vt illi dicunt, eſt adiectiuum, eiuſdem
F cum τῷ γόνιμος valoris. Legitur vero,
non in hoc tantùm ſenſu, ſed & pro vte-
ro, & in plurali numero, veluti αἱ ὑστέ-
ραι, αἱ μῆτραι, qua de re alibi. Τὸ θορός,
ἢ θορὴ propriè ſignificat, non ipſum ſe-
men, ſed ſeminis excretionem, ἀπὸ τοῦ θορεῖν,

cum impetu ferri. Ideò quidam ex Ariſt.3. *Hiſt.*20. docent, proprium eſſe piſcibus, quippe,in quibus non fit per συνȣσίαν, *coniunctionem*,ſed per παραστάσιν tantùm, *alliſionem maris ad fœminam*,1.*Gen*.6. Vulgò tamen idem eſt cum τῷ γονῇ, vnde etiã ὑγρότης θορώδης ἢ θοραία,ἢ θορικὴ, *humiditas ſeminalis*. Et hæc quidem dicta ſunto ad intelligendos autores tantùm: Nobis perpetuo dicetur σπέρμα, *Semen*, ferè cum additione, *Maſculum*. Age autem,hoc ſemen quomodo conſideratur? Vt τόδετι, *vt compoſitum*. Quemadmodum igitur in omni cõpoſito cõſiderantur duo,Materia & Forma:ita heic quoq;. Materiæ rationem habet ὁ ὄγκος σπερματικὸς, *moles ſeminis,corporatura*,à Philoſophis dictus, à Philoſopho ipſo,ὄγκος,τὸ σπερματῶδες, τὸ σῶμα τῆς γονῆς, *moles ſeminale,corpus ſeminis*,2. *Gen*.2.& 3 à Gal. ὑγρότης τȣ̃ σπέρματος, *humor ſeminis*, 5. *Aph*.63. σωματικὴ ȣ̓σία, *corporea ſubſtantia*,1. *Prognoſt*. 42. Tribus verbis, Materia ſeminis eſt moles illa terrea,ſeu potius aëria& aquea,in quâ forma habitat. Formæ rationem habet ὁ λόγος σπερματικὸς (*ratio ſeminalis* præeunte Macrobio) ab iiſdem vocatus,à Philoſopho εἶδος, ψυχὴ, σπέρμα τῆς ψυχικῆς ἀρχῆς, ἀρχὴ ψυχῆς, ἀρχὴ τῆς κινήσεως, θερμότης ψυχικὴ,τὸ ποιȣ̃ν,τὸ δημιȣργȣ̃ν, *ſpecies, anima, ſemen principii animalis, principium animæ, principium motus, calor animalis, id quod agit & fabricat*,1.*Gen*.2 &20.2.*Gen*.3.3.*Gen*. 1.4.*Gen*.1. 1.*Part*.1.& *alibi*, à Gal. δύναμις σπερματικὴ, *Progn.l.c.* ȣ̓σία πνευματικὴ, *ſubſtantia ſpiritalis*, *Aph. l.c.* Horum quædam ſunt ab Hip , niſi fallor. λόγος enim dicitur 5. *Aph*.62. Quod autem alii tam facilè mutant vocẽ in γόνος,non probo,niſi habeat illum ſenſum, quem proprium dixi eſſe Ariſtoteli. Hunc enim omninò deſiderant verba, ἀποσβέννυται ὁ λόγος, *hoc eſt, in vteris frigidis & ſiccis exſtinguitur vis & ratio ſeminis,in qua conſiſtit omnis illius efficacia. Prognoſt.l.c.& propter quam ſolam ſemen eſt, non magis futurum alias,quam oculus eburneus eſt oculus*. Dicitur etiam ψυχὴ 1. *de diæta* 5. In cuius loci explicatione quantum fallatur Laurent. 2. *Anat*.9. patebit illi,qui inſpicere volet.

Cap. VIII.

PRoximum huic eſt conſiderare, Ex quâ materiâ fiat hoc ſemen? Neſcio, an quiſquam dubitet (ſi modò anteriora legit)ex ſanguine eſſe! Eius rei argumentum affert Ariſt. 1. *Gen*.6. quod in vaſis A præparantibus ferè ſanguis adhuc fit, in deferentibus ſemen. Aliud habet idem. *ſeq.c*.19. quod, qui nimis laſciuiunt,ſanguinem effundant loco ſeminis. Et Gal. ait 1.*Prog. vlt.* In vaſis, quæ teſtes nutriunt, apparet aliquando liquido ſanguis. Diſtinctius 9.*Vſ.part*.4. In vaſorum ſpermaticorum principio ſanguinem eſſe docet,in progreſſu ſemen. Idem legeris 14. *Vſ.part*.5. Quare 2. *Sem*.2 ait idem Semen B nihil aliud eſſe, quam ſanguinem, in ſuis vaſis exquiſitè concoctum. Procul autẽ dubio τὸν ὄγκον, *corporaturam* habet ſemen à fibris ſanguinis,quippe,quę terreę ſunt, 4. *Meteorol*.7. τὸν λόγον, à ſpiritibus, ſanguini permiſtis. Vnde ſubitò redarguuntur illi, qui duplicem ſeminis materiam afferunt,Excrementum alimenti vltimi, & ſpiritûs. Quia enim alimentum vltimũ ne cogitari quidem poteſt abſque calore C ſeu ſpiritu:quorſum denuò adſuitur? *Sanguis* enim(quod alibi docetur)vno nomine dicitur,quod *Aqua feruens* duobus. Ἐν μὲν γὰρ τῷ λόγῳ αὐτȣ̃, inquit Philoſophus 2. *Part*.3. ὑπάρχει ἡ θερμότης, *in definitionem enim ipſius ingreditur calor, ſeu,quod idem eſt in hac doctrina, ſpiritus*. At, quomodo ſemen albet,cum ſanguis rubeat? Dic tu, quomodo pituita apud Platonem, 8.*ſent.Hipp*.5. Vt exẽplo res inclareſcat, quomodo ceD reuiſia noſtra rubra ſpumam dat albam, &, quod magis eſt, quo rubicundior & craſſior eſt, eò albiorem& durabiliorem? Nimirùm hoc eſt,quod Ariſt. ait 2.*Gen* 3. παχὺ καὶ λευκὸν (τὸ σπέρμα) διὰ τὸ μεμίχθαι τὸ πνεῦμα, *Semen eſt craſſum & album,propter admiſtum ſpiritum*. Et *mox lucidius*: αἴτιον τῆς λευκότητος τȣ̃ σπέρματος, ὅτι ἐστὶν ἡ γονὴ ἀφρὸς. ὁ δ᾽ ἀφρὸς λευκὸν, καὶ μάλιστα τὸ ἐκ ὀλιγοστῶν συγκείμενον μορίων, καὶ ȣ̔́τω μικρῶν, ὥσπερ ἑκάE στης ἀοράτȣ τῆς πομφόλυγος, *Cauſa,cur ſemen ſit albũ, eſt, quia eſt ſpuma. Spuma autem alba eſt, & maxime illa, quæ ex tam minutis conſtituitur partibus, vt ſingulæ bullæ ſint inuiſibiles*. Hoc ſciuiſſe ait veteres, cum Venerem, κυρίαν θεὰν τῆς μίξεως, ἀπὸ τῆς δυνάμεως ταύτης προσηγόρευσαν, *peculiarem coitus Deam appellarunt ab hac facultate*. Innuit autem vocabulum ἀφροδίτη, ἢ ἀφρογενὴς, vnde etiam eſt verbum ἀφροδισιάζειν. Hinc PythagoF ras, vt eſt apud Gal. *in Hiſt. Philoſophica*, aut Aëtium, cui Patricius tranſcribit opus illud ex Theodoreto, aut Plutarchũ, cui alii tribuunt, 5. *Plac. Philoſoph*.3. vocauit ſemen ἀφρὸν τȣ̃ χρηστοτάτȣ αἵματος, ἢ περίττωμα τῆς τροφῆς, *ſpumam optimi ſanguinis*,

nis, aut etiam, excrementum alimenti. Quo- A
rum hoc pulcrè explicat illud, oſtenditq;
nobis conuenientiam dogmatum Pytha-
goræ & Ariſtotelis. Hoc eſt, quod Gal.
quoq; docet 1. *Sem.* 4. γλίσχρον, καὶ πολὺ, καὶ
παχὺ, *lentum, multum, craſſum.* Quod ex-
plicat *cap. ſeq. cum laudat illa ex 2. Gen.*, do-
cetq; πλῆρες εἶναι τοῦ πνεύματος τοῦ ζωτικοῦ, *ple-
num eſſe vitali ſpiritu* (notent hoc, qui cor
hinc excludunt, addantq; ex Bauhino 1.
Thea. 25. ſteriles eſſe, quibus deeſt vtraq;
arteria ſpermatica: quin ex Laurentio
ἀναστόμωσιν venarum cum arteriis, 2. *Anat.*
2. *& quaſt.* 14.) *ob quem conſtet ex bullis multis
inuiſibilibus.* Et 14. *Vſ. part.* 9. ait, τὸ σπέρμα
εἶναι πνευματικὸν, καὶ οἷον ἀφρῶδες, *ſemen eſſe ſpiri-
tuoſum quid (nam ita legerunt Interpp.) & qua-
ſi ſpumoſum, quod* (addit) *extra effuſum, paulo
poſt apparet multò diminutius, quam cum initio
excideret.* Sic Philoſophus (vt ad illum re-
uertar) 3. *Hiſt.* 22. τὸ σπέρμα ἐξέρχεται μὲν λευ-
κὸν, καὶ παχὺ, ἂν ᾖ ὑγιεινόν· θύραζε δ' ἐλθὸν, λε-
πτὸν γίνεται καὶ μέλαν, *Semen, ſi ſanum ſit, & ſe-
cundum naturam, exit album, craſſumq; foras
autem vbi venit, tenue fit, nigrumq;.* Et cla-
rius 2. *Gen.* 2. Διὰ ταύτας τὰς αἰτίας καὶ τὸ σπέρ-
μα ἔσωθεν μὲν ἐξέρχεται στιφρὸν καὶ λευκὸν, ὑπὸ
τῆς ἐντὸς θερμότητος πνεῦμα ἔχον πολὺ θερμόν·
ἐξελθόντος δὲ, ὅταν ἀποπνεύσῃ τὸ θερμὸν, καὶ ἀὴρ
ψυχθῇ, ὑγρὸν γίνεται καὶ μέλαν, *Ob has cauſas
ſemen quoque foras exilit ſolidum & album, ha-
bens ab interno calore ſpiritum calidum multũ.
Poſtquam autem egreſſum eſt, iamque calidum
exſpirauit, & præcipue in aere frigido (ita enim
intelligo, & explico ex illo ψυχόμενον, quod eſt
initio cap. bis) humidum fit, nigrumq;.* Ex his
intelligũtur problemata quædam. 1. Cur
ſemen ſit album? Non tantum propter
coctionem, de qua dictum eſt: ſed & pro-
pter aërem. Aër enim, quemadmodum
hoc eod. cap., ſed explicatius cap. 4. ait Ariſtot.
Διακρινόμενος λευκότητα ποιεῖ, ὥσπερ καὶ τὸν ἀ-
φρὸν, *in minima ſectus albedinem facit, vt ſpu-
mam quoq;.* Nempe aër ſuâ naturâ albus
eſt, *l. de Color.* 1. 23. *Problem.* 23. Vide Bo-
nam. 4. *Alim.* 13 vt abiicere poſſis commẽ-
titiam alboris cauſam, à Gal. 1. *Sem.* 12. 14.
Vſ. part. 5. 1. *Progn. vlt.* traditam. 2. Cur fiat
nigrum? Euaneſcentibus bullulis illis mi-
nimis, quas viſu ſigillatim diſcerni poſſe
Ariſt. negabat. Sic ſpuma cereuiſiæ alba
fit deniq; iterum cereuiſia rubra. Eſt autẽ
vbiq; nigror ob denſitatem. Ita cœlum
ſudum, apparet nobis cœruleum: ita a-
qua profunda apparet nobis nigra. Ocu-
lus enim penetrare non poteſt.

CAP. IX.

HÆc ſi materia eſt ſeminis, fortè non
difficile judiciũ erit de temperamẽ-
to ipſius? Sed reuerà non eſt ita. Licet n.
omnia perſuadeant, eſſe, aut eiuſdem cũ
ſanguine temperamenti, aut non longè
diuerſi, Calidum, inquam, & humidum:
multa tamen dubia ſe objiciunt. Quæ ex
Ariſt. & Gal. dicta ſunt hactenus, non ab-
B ludunt à ſententia mea. At verò Ariſt. nõ
tantũ ὑγρὸν, *humidũ* vocat, *in 2. Gen.* vt pa-
ret: ſed & *in* 3. *Hiſt.* addit, γίνεσθαι πάμπαν λε-
πτὸν καὶ ὑδατῶδες, καὶ τὸ χρῶμα, καὶ τὸ πάχος,
*fieri prorſus tenue, humidumq;, ſiue colore in ſpe-
ctes, ſiue conſiſtentiã.* Quin 2. *Gen.* 3. ait, φύ-
σιν ἔχειν ὑγρὰν καὶ ὑδατώδη, *naturam habere a-
queam & humidam.* Naturam autem quid
aliud heic dicas ſignificare, quam tempe-
ramentum? Gal. quoq; *l. adv. Lycum. c.* 7.
C ſpiritui conjungit ſeroſam humiditatem.
An dicere licet, aliud eſſe judicium vulgi,
quod ſolum ſenſum ſequitur: aliud Philo-
ſophi, qui rationem addit? Vulgus igitur,
quia tam ex colore, q̃ ex ſubſtantia dicit
eſſe aquam: admittit id aliquando Philo-
ſophus, quando non nocet rebus ſuis. Nõ
admittit autem, quando accuratè, & ex
rei naturâ loquitur. In de Hiſt. igitur, quia
id totum opus ex ſolo ſenſu pendet, non
D refellit opinionem vulgarem: at in de Gẽ.
facit, addita ratione, Διὰ τοῦτ' οὐ πήγνυται, in-
quit· ὁ γὰρ ἀὴρ ἄπηκτος, *Quia ſemen eſt natum ex
aere & ſpiritu, (is autem calidus eſt, 2. Gen. 2.)
non poteſt etiam gelaſcere, non magis, quam aer.*
An aliud eſt, loqui de actu, aliud de potẽ-
tia? Cum enim de actu; dicitur humidũ,
quidquid non continetur ſuis terminis.
An tum dicitur tãtum aqueum, cum aër
in aquam reſolutus eſt, ſemenq; non ma-
E gis eſt ſemen, quam quiuis alius liquor?
Aërem autem in aquam reſolui, quem-
admodum contra, aqua in aërem reſol-
ui poteſt, ob viciniam elementi vtriuſ-
que inter ſe, dubium non eſt. Hinc di-
cunt Philoſophi, Oleum, pinguedinem-
que omnem denſari, cum aër incluſus à
frigore denſatur. Quare etiam lique-
ſcunt, cum aër à calore iterum ſoluitur.
Rurſus, idem Ariſtot. 2. *Part.* 3. videtur
F velle, ſemen eſſe frigidum. Eſt enim
ſubjecto terreum non minus quam
ſanguis. Et 2. *Gen.* 2. γεῶδές τι, *terreum
quid* ei adſcribit. Galen. quoque 1. *Aph.*
14. ſemen ait participare paucam ſub-
ſtantiam terream. An dici debet,

Eſt

Eſt frigidum (vt Philoſophus ſe explicat) ſubiecto, quemadmodū ſanguis quoq;? At vero vt ſanguis eſt calidus κατὰ πάθος, & ideo dicitur etiam calidus: ita ſemen quoq;. Eſt etiam alia ratio, Cur ſemē dici poſſit frigidum? Liquatur, n. à calido. Viciſſim, Liquatur à frigido, Ergo eſt calidū. Hoc eſt magnum illud miraculum, ꝙ Bonamico videtur 4. *Alim.* 14. Quo de q̄d ſentiendum ſit, nouerit, is qui intelligit, q̄ docet Ariſt. 4. *Meteorol.* 6. *& ſeq.* Quod ad rem noſtram, Neutrubi eſt vera liquatio. Fluit enim ab admiſto ſpiritu multo: diffluit, eo euaneſcēte. Quamobrē, ſi omnino etiam bene ſe habet objectio, ferit illa Bonamicū tantùm, qui ſemen à prædominio aqueū eſſe ſtatuit. Quod quomodo obtinere poſſit, non video, niſi craſſitiem, quā ab aere calido (3. *Hiſt.* 22. 2. *Gen* 2.) accipit ſtatuerit eſſe præternaturalē, vt facit, ἀφιλοσόφως prorſus. Quomodo verò reſpōdebit idem ad argumētum Ariſt. *in de Gen.*? Aqua non craſſatur: at ſemē è corpore calido exit craſſum & calidum. Sed ſit ita: miror vehemēter, quod totā aſſertionis vim autoritate Problematū fulciat! Quid enim? an nō pleriq; negant, Ariſtotelis illa eſſe? Sed ſint: an non eſt ſcriptum Exotericum? Quid dicam amplius? cum Bonamicus ipſus fateatur, loqui Ariſt. ibi more Democritico, ſemē decidi ex omnibus partibus? Hoc vero operoſe illum refutare 1. *Gen.* 18. qui potuit ignorare tantus vir? Neq; terrebor, ſi quis mihi attulerit, vel illa, quæ modo ſunt allata, vel ea, quæ habet *extremo* 2. *Gen.* 7. vbi ait τὴν ὕλην τῆς γονῆς ὑδατώδη εἶναι, *materiam ſeminis aqueā eſſe.* Vt enim nō dicam, quæ poſſem dicere ex Accorambono *in h. l.* jam ſatis explicarat Ariſt. mentem ſuā, & hoc duntaxat agebat nunc, vt cauſam redderet, Cur oculi in Venere ita afficiantur? Satis autem illi fuit attuliſſe cauſam qualemcunq;, licet incurreret in dogma *lib. primo* refutatum. Cuius rei exempla plura qui notare velit apud Philoſophū, facilimo negotio poſſit. Hoc modo an expeditæ ſint tricæ illæ, quæ ſemen faciunt, modo calidum, modo frigidum, modo humidum, modo ſiccum, judicent eruditi & candidi.

Cap. X.

Mihi libet in veſtigio conſiſtere, & cōcludere, Semen eſt calidum & humidum (2. *Temp.* 2. 1. *Aph.* 15. 1. *San. tu.* 2.) vt ſanguis, ſed gradu lōgè ſuperiori, partim,

A ob admiſtos in illa ſuccuſſiōe, tam animi, quā corporis, plurimos ſpiritus, partim, quia (vt Auerroes ait, *Paraphraſi in* 1. *Gen.* 20.) eſt de natura butyri, cum in eo exſuperet pars aëria & ignea. Et hinc Auicenna ſcribit 3. *Animal* 3. ex quadraginta vnciis ſanguinis fieri vix vnciam vnam ſeminis. Vnde plerique inferunt, vnciam vnā ſeminis emiſſam plus debilitare, quā vncias quadraginta ſanguinis, in venæ ſe- B ctione emiſſas. Huc tēdit, quod Hipp. ait *principio lib. de Genit.* τὸ ἰσχυρότατον, *fortiſſimum* (mox explicat per πιότατον, *pinguiſſimū*) eſſe id, quod ab omnib. partib. in emiſſione ſeminis abſcedit. Eſt autē id ſpiritus, quos μόρια ἐνορμῶντα illum vocare alibi, norunt etiā pueri noſtri. Hinc Chryſippus, vt eſt apud Laërtium *in Zenone*, ſemen definit, quod ſit ſubſtātia ſpiritus, τὴν οὐσίαν πνεῦμα. Nō quod ſit ſolus ſpiritus, ſed (verba ſunt C admirabilis Lipſii *loco nuper allato*) vim & efficaciam gignendi in ſpiritu ponit, eamq; velut ſeminis eſſentiā & naturam. Chryſippum igitur indicat Gal. cum *l. Progn.* 42. ait, ὅσοι τὴν δύναμιν αὐτοῦ σπέρμα καλοῦσι, οὐ τὴν σωματικὴν οὐσίαν. In eam rem affert idē Lipſi⁹ Senecæ ſui locū *ex* 2. *Quæſt. natural.* 6. Conſideremus (inquit Stoicus,) quam ingentem vim per occultum agant paruula ſemina, & quorum exilitas in commiſſu- D ra lapidum vix locum inueniat, in tantum conualeſcunt, vt ingentia ſaxa diſtrahāt, & monumēta diſſoluant! Hoc quid eſt aliud, quā intenſio ſpiritus, ſine qua nil validum, &, contra quam nil validi⁹ eſt? Dicas, Vnde eſt tanta ſeminis potentia? Ab animâ, de ſententiâ Stoicorū, dicet idem Lipſius. Huius n. eſt ἅρπαγμα ἢ ἀπόσπασμα, *particula auulſa*, vt idem Zeno, & cum eo Epicurus loquitur, apud Gal. *in Defin. Medi-* E *cis, nec non in Hiſt. Philoſ. l. c.* Sic Tertullian⁹, *l. de Anima c.* 27. In illo ipſo vltimę voluptatis ęſtu, quo genitale virus expellitur, nōne aliquid de Animâ quoq; ſentimus exire, atq; adeò marceſcimus & deuigeſcim⁹ cū lucis detrimento? Hâc de re quidquid ſit, ꝙ certè difficilimū eſt, vt neſciam, an quiſquam hominū recte exponere poſſit: hucuſq; ꝑuenire nobis licet, Quod eſſentia ſeminis cōſiſtat in ſpiritu. Cuius natu- F ram ſi quis benè conſiderârit, non erit ille vſq; adeò iniquus iis, qui ſemē volunt eſſe igneum. Non n. credo tā ineptè ſocordes fuiſſe, vt cum Democrito animā dicerent eſſe ignē, vt quidem Ariſt. explicat 2. *Gen.* 3. 1. *Anima* 2. *t.* 20. Propter enim caliditatē,

quæ

quæ aëri comunis eſt cum igne, tolerari
hoc quoquo modo poteſt. Vide ſis lau-
datũ Lipſiũ *operis & lib. cit. c.* 9. Ego enim
illud repeto, q̃ nõ ita pridem dixi, Semẽ
ſine ſpiritu vitali non magis eſt ſemen, q̃
oculus eburne⁹ eſt oculus. Quod ipſum
cum dicat Auerroes *in fine* 2. *Coll.* 10. quo-
modo non ꝑ tralatitiâ haberi debet hi-
ſtoria, quæ ibidem legitur? Impragnatã
fuiſſe quandam in balneo, cum ſederet
in loco, cui quidam ſemen aſperſerant?
Tantò magis, q̃ intelligam, in Hebræis
Exx. quibuſdam (teſtatur id in edit. Ve-
netâ anni 1552. Interpres Hebræus, Iac.
Mantinus, cui cõſentit Syluatic⁹ *in Con-
trou.* & Ferdinandus *in Theor.*) illam non
reperiri. Mecũ eſt Bonamicus 4. *Alim.* 26.
extr. quẽ vide. Hinc cadit excuſatio Lo-
thi, q̃ quidam ꝑ illo fingunt. Cadunt ſi-
milia alia, q̃ legi poſſunt apud Mercuria-
lem *d. Gen. hom c.* 8. Abbatiũ 5. *Controu.* 4.
Cõtra firmantur, & amplius ſtabiliũtur,
q̃ de notis laudabilis ſeminis tradita ſunt
ex Ariſt. 2. *Gen.* 2. & Gal. 1. *Sem.* 4. & 5. His
accedat q̃ Gal. 2. *Sẽ.* 4. ad illa ſe referẽs,
ait, Semẽ, quod *γόνιμον, fœcundũ* eſſe velit,
debere eſſe *ἀξιόλογον τῷ πλήθει, γλίσχρον,
θερμὸν καὶ παχὺ, ſic ſatis copioſum, lentum, calidũ
& craſſum.* Accedat & id, quod Ariſt. ait 3.
*Hiſt. vlt. τὸ μὲν γόνιμον ἐν τῷ ὕδατι χωρεῖ κάτω·
τὸ δὲ ἄγονον διαχεῖται, fœcundum quidem in a-
qua ſubſidet: infœcundum autem diffluit.* Et 7.
Hiſt. 1. *τὰ χαλαζώδη, γόνιμα, καὶ ἀρρενογόνα
μᾶλλον. τὰ δὲ λεπτὰ καὶ μὴ θρομβώδη, θυληγόνα,
Semina, quæ grandinis inſtar in ſe coacta ſunt,
fœcunda ſunt, & vt plurimum mares generant:
tenuia autem ſeu fluxilia, & non globoſa, fœmi-
nas producunt.* Nimirũ, q̃ infrà latius de-
ducetur, Certus quidam caloris gradus
reqritur, cum quo ſemẽ eſt ſemẽ. Quã-
obrem ſemen, non ſtatim atq; emitti in-
cipit, fœcundũ eſt, ſed vix ante annum
viceſimũ primum, 5. *Hiſt.* 14. 7 *Hiſt.* 1. & 5.
Hic gradus ferè conſiſtit in eo, vt ſemen
faciat quàm craſſiſſimũ. Quare Bieſius
Com. in Artem, & ſi q idem ſtatuunt, audi-
ri non debẽt, Semẽ nimis craſſum, infœ-
cundũ eſſe. Craſſities enim à ſpiritibus
eſt, quæ quomodo obſit generationi?

CAP. XI.

HEic illud in dubium vocatur, Vtrũ
ſpiritus, qui in ſemine, aut, ſi mauis,
λόγος σπερματικὸς ſeminis faciat omne? an
potius præter illũ requiratur corpus a-
liud ex influentiâ cœleſti? Requiri, vidẽ-

A tur docere illa Philoſophi verba 2. *Gen.*
3. *πάσης ψυχῆς δύναμιν κεκοινωνηκέναι ἑτέρου σώ-
ματος, θειοτέρου τῶν καλουμένων στοιχείων, Omnis
animæ facultatem participare de corpore quo-
dam, quod vocatis elementis diuinius ſit.* Non
abludũt etiã illa, quæ ſequuntur, *πάντων
ἐν τῷ σπέρματι ἐνυπάρχειν, ὅπερ ποιεῖ γόνιμα εἶναι
τὰ σπέρματα, τὸ καλούμενον θερμόν. τοῦτο δὲ οὐ πῦρ,
οὐδὲ τοιαύτη δύναμίς ἐστιν, ἀλλὰ τὸ ἐμπεριλαμβα-
νόμενον ἐν τῷ σπέρματι, καὶ ἐν τῷ ἀφρώδει, τὸ
B πνεῦμα, καὶ ἡ ἐν τῷ πνεύματι φύσις, ἀνάλογος οὖ-
σα τῷ τῶν ἄστρων στοιχείῳ, In omni ſemine ineſſe
id, quod facit, vt ſemina ipſa ſint fœcũda, voca-
tum ſcilicet Calidum innatum. Id verò non eſt
ignis, aut facultas aliqua ignea (hunc ſenſũ col-
ligo ex iis, quæ mox ſequuntur, οὔτε πῦρ, οὔτε ἀπὸ
πυρὸς) ſed id, quod in ſemine eſt, præcipuè in ſpu-
moſa eius parte, ſpiritus, eiuſdemq; ſpiritus na-
tura, proportione reſpondens quinto elemento,
quod cœli eſt & aſtrorũ.* Videtur huc quoq;
C facere Virgiliana illa *Aeneid.* 6. *Igneus eſt
ollis vigor & cœleſtis origo ſeminibus.* Et hæc
videtur quibuſdã reſpicere Animã mũ-
di Platonicam, de qua vide Macrobium
1. *in Somn. Scip.* 14. Crinitũ 6. *de Hon. diſcipl.*
12. Lipſiũ 1. *Phyſ. Stoicæ* 4. Ego verò ex his
nihil tale exſculpere poſſum. Vt enim a-
gam per *πρωθύστερον.* 1. Si *λόγος σπερματικὸς*
eſt analogus cœlo, non eſt cœleſtis. Vbi
enim eſt analogum, ibi res ipſa nõ eſt. V.
D g. vbi eſt analogum cordis ibi cor nõ eſt:
vbi eſt analogũ ſanguinis, ibi ſanguis nõ
eſt. 2. Si *λόγος σπερματικὸς* eſt ſpiritus ille, q
in corporaturâ ſeminis eſt; ſpiritus autẽ
ille eſt *ἀπόσπασμα ἢ ἅρπαγμα* (vt pridẽ di-
xi ex veterum opinione) ſpiritûs noſtri:
quorſum vlterius, q̃ par eſt, aſcendimus?
3. Si *λόγος σπερματικὸς* eſt idem cum Cali-
do noſtro natiuo (eo modo, quo dicetur
inferius) quod Philoſophus *θερμὸν* vocat
E ſimpliciter: cur inſtituimus cogitationes
de alio aliquo? 4. Schegkius *l. de vi plaſt.*
aliiq; *θειότερον* illud *σῶμα* planè explicant
de eodẽ Calido, dicuntq;, Diuinius eſ-
ſe elemẽtis, quia viuificat elemẽta. Præ-
ſtat autẽ, quod viuificat, illud, quod vi-
uificatur. Hoc ipſum corpus eſt analogũ
cœlo, quatenus in microcoſmo tàm va-
rios ciet effectus, quàm varios cœlum in
macrocoſmo, vt pulcrè philoſophatur
F Peramatus *lib. de Semine.* Idipſum eſt di-
uinum, non quia cœlo deſcendit, ſed ob
perfectionẽ, vt ex Ariſt. rectè docet idẽ
Peramatus *l. de Facult. c.* 5. & 6. Vide et-
iam Pacium *in* 1. *Meth.* 6. *f.* 161. 5. Ma-
nifeſtè diſtinguit Ariſt. *in ſeq. τὴν τοῦ ἡλίου*

θερμό-

θερμότητι, καὶ τὴν τῶν ζώων, ſolis calorem ab a-
nimalium calore: cur igitur nos confundi-
mus?Dicis. Ad minimum,hoc mihi con-
cedes, Neceſſariam eſſe ad hominis ge-
nerationem,ſolis,& ſuperiorum corpo-
rum efficaciam?Nimis enim quam rece-
ptum eſt ab omnibus illud 2. *Phyſ.2. t. 26.*
Homo generat hominem, & ſol. Reſp.
Primum tergiuerſari poſſum, & dicere,
legendum eſſe, *ἄνθρωπος μὲν ἄνθρωπον γεν-*
νᾶ ἐν ὕλῃ εἶδος. Ita enim Accorambonus
inuenit in antiquiſſimo codice Ms. com-
probatq; collatione ſimilium locorum.
In eam rem aliquid dicit etiam Bonami-
cus 2. *Motu* 29. *Deinde* dico, non negare
me efficaciam ſuperiorum corporum,
quam(ſecundum Ariſt.)imprimunt mo-
tu & lumine: illa tamen efficacia non
deſcendit cum corpore *αἰθερώδει*, vt qui-
dam vocare ſolent. *Tertio*, ſi maxime di-
ſtinctim ſint accipienda illa, vt Cæſalpi-
nus contendit 5. *Peripat. quæſt.* 1. obtinet
id tamen non niſi in imperfectè miſtis,
non autem in homine, ceu monui ab
initio. In hoc enim cœlum habet tantũ
rationem cauſæ communis, quatenus
calor ipſius aſpergitur calori virili, qui
calor eſt cauſa propinqua, eademque
propria generationis hominis. Et hoc
eſt, quod Ariſt. ait 2. *Gen.* 1. Cauſam gene-
rationis finalem *ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ παντὸς ἔχειν*
ἀρχήν. Niſi enim cœlum moueretur, o-
mnia quieſcerent. Communicatur au-
tem motus ſine corpore. Vt audiendi
non ſint, qui dicunt, Cœlum dare for-
mam. Non dat: ſed diſponit materiam
ad recipiendam formam, vt alibi doce-
tur. Interim, ſi de duplici illa ratione
(motu & lumine) velit quis cognoſcere
plura, Picum is adeat *l.3. contra Aſtrologiã*,
& qui hunc perſtringit, Valleſium *in Sa-*
cra Philoſ. c. 31. Zabarellam item *l. de Calo-*
re cæleſti; Chioccum 3. *Quæſt.* 14. Acco-
ramb. *in* 4. *Gen. extr.* Cæterum, attingit
jam hæc diſputatio illam, An & quate-
nus vis plaſtica ſeu formatrix ſit diuina?
Attingit etiam illam, quam ex Anaxa-
goræ mẽte(vt ex Cenſorino didici) Fer-
nelius confinxit 4. *Patholog.* 1. & 2. *Abd.*
7. de diuinitate caloris noſtri, de qua lo-
cus nobis heic relictus eſt nullus.

CAP. XII.

PRoximum enim eſt, vt inquiramus in
illud, Vbi generetur tã præſtans ſub-
ſtantia? Quamuis enim conſenſus ſit in-
A ter noſtros, generari in vaſis ſpermaticis,
cum appenſis teſtibus: nõ videtur tamẽ
negligenda eſſe veterum autoritas, qui
deriuabant è toto. Huius ſententiæ in-
uenio fuiſſe Democritum, Empedoclẽ,
Praxagoram, Anaxagoram, Sphærum,
Zenonis diſcipulum, vt eſt apud Plutar-
chum *in Cleomene*, alios forte. Quin fuiſſe
Hipp. quoq;, paret *ex l. de Gen n.* 5. 4. *Morb.*
1. *de Sacro morbo* 5. *Aere, aq. & loc.* 36. Herme-
B tem quoq; Triſmegiſtũ fuiſſe, docuit me
Lipſius, *quo loco dixi.* Ariſt. vt monui, 1.
Gen. 17. & 18. ꝓponit, & refutat quatuor
huius opinionis fundamenta, hoc (ni er-
ro) ſenſu. I. Voluptas, in vniuerſo corpo-
re percepta, non ſatis argumẽti præbet,
Semen ex vniuerſo corpore abſcedere:
fit enim(inquit) *διότι ἐστὶν ἰσχυρὸς κνησμὸς, quia*
vehemens eſt pruritus. Quemadmodũ igi-
tur, dum in pruritu ſcalpimus vnam par-
C tem, delectatur totum: ita heic quoque.
Cauſa eſt in motu ſpirituũ, (Hipp. *de Oſs.*
nat. 21.) quippe, qui in illis quoq; excitat
voluptatem, qui ſemen nõ profundunt,
vt dicetur infra. II. Quod ex mãcis fiunt
manca; nõ eſt etiam ſatis argumenti: nõ
enim ſemper ita fit, docẽte quoq; Hipp.
extremo l. de Genit. Nouimus Altorfii ple-
riq; omnes ciuem, cui ſiniſter deerat pol-
lex, cuius tamen liberi omnes hodieque
D apud nos ſunt integri. Nouimus pariter,
cui totum deeſt brachium ſiniſtrum cu-
ius tamen liberi bene habent. III. Simili-
tudo non eſt ſatis: Eſt enim illa aliquan-
do inter auum, auiamq;, inter fratres, &
ſorores. A quibus deceſſit ne aliquid ad
hunc hominem? Hanc rem pluribus ex-
agitat Ariſt vt in propatulo eſt. IV. Pro-
babile eſt, (dicebant) vt, quemadmodũ
heic eſt aliquid, ex quo fit totum ita ſit
E quoq;, ex quo fiant ſingulæ partes. Re-
ſponſio in promtu eſt, Quid eſt totum,
niſi partes omnes? Et cum adeſt, ex quo
fit totum, viſne aliquid præterea ex quo
partes fiant? De his qui plura volet, vi-
deat ipſum Philoſophũ, tum etiam Th. à
Veiga, *Com. in Artem. c.* 47. Valleſ. *Com. iiſ-*
dem, vbi ſe refert ad 2. Cõtrouerſ. 8. Bonami-
cum 4. *Alim.* 10. Conciliatorem, *Diff.* 34.
Cardanum 2. *Contrad. 2. tr. 6. q.* 17. Scali-
F gerum, *Com. in* 10. *Hiſt. diſt.* 27. Argenteriũ
2. *in Art.* 44. & 3. *in Art.* 86. Quibus ſi ac-
quieſcere nolet Piccolominus 3. *Anat.* 4.
& afferre morbos ſuos hæreditarios: re-
ſpondebo illi, quod Ariſt. reſpondebat
de mancis, & ſimilitudine. Sæpe(dicebat

Scherbius)pater eſt podagricus,aut cal-
culoſus: filius non eſt, ſed nepos. Sæpe
fratrũ aut ſororũ vna adit hæreditatẽ tã
inauſpicatã,reliqui nõ adeunt. Sit igitur
Socrates calculoſus, & gignat filium nõ
calculoſũ:ſiquidem à renibus calculoſis
diſceſſit ſemen calculoſum, quomodo
ſemen id facere poteſt renes nõ calculo-
ſos?eſtne via quædã à priuatione ad ha-
bitũ? Rurſus, filius Socratis non calcu-
loſus gignat iterũ filiũ calculoſum:eſtne
ſeminis Socratis portio aliqua in ſemine
filii Socratis? Ariſt. quidẽ, ne quid diffi-
tear, *4. Gen. 3.* ait, κινήσεις τινὰς ἐν τῷ τῶν
προγόνων σπέρματι δυνάμει εἶναι; *motus quoſ-
dã in prædeceſſorũ ſemine potẽtia eſſe*:ego au-
tem ἐπέχω. Iamq; Mercurialẽ *de Gen.hom.*
7.miror, in hãc ſententiã inducere quo-
que velle Ariſtotelẽ! Modo.n.dixi,quo-
modo ſit intelligendũ,Semen eſt excre-
mentũ vltimi alimenti. Nõ(inquã)illius,
quod iã in omnes partes diſtributũ eſt:
ſed quod aptum eſt, vt poſſit diſtribui.
Miror etiã,eundem *ex 4. Problẽ.22.* velle
hoc probatũ!(Quaſi vero ſcriptũ Exote-
ricum, vt ſupra innui, tantũ habeat au-
toritatis,quantum Acroamaticũ!An ſa-
tis eſt id, quod Valleriola ait *1. Loc. cõ.17.*
& ego in hoc veſtigio tetigi?Semen eſt à
toto,quatenus eſt é ſanguine, qui aptus
eſt nutrire totum corpus. Vt. n. ſemen
dicimus, τὸ πρὸς ἅπαν πεφυκὸς, *1. Gẽ.17. quod
ad omnes partes tendit*: ita ſanguis eſt ille,
quo omnes partes nutriuntur. An ſatius
eſt cũ Alberto Magno *9. Animal. 4.* quẽ
ſequitur Capiv. *de form.fæt.3.* Laurentius
2. Anat.9.& quæſt. 15. dicere, Semen eſt à
toto, quatenus ſpiritus habet à toto?
Hoc explico ex Th.à Veiga *loco iam dicto.*
Quemadmodum ſãguis eſt omnes par-
tes, non ratione materiæ,ſed formæ:ita
ſemen cõtinet in ſe omnes partes, ratio-
ne eiuſdem formæ. Quãobrem, veluti
ſanguis abire poteſt in partes omnes (li-
cet nondum contigerit illas),ꝓpter apti-
tudinem,quã habet:ita ſemen,licet non
ſit deciſum ex omnib.partibus,tamẽ fie-
ri poteſt omnes,propter ſpiritum, quem
habet. Vocat hunc Gal. *1. Sem. 5.* ζωτικὸν,
vitalem,& explicat Peramatus *l. de Procr.
hom.5.* ex Auicenna,vt puto, *13.3.tr.1.c.2.*
quo inclinat Mercatus *1. Phyſiol.quæſt.96.*
de gignitiuo,in quo trium ſpirituum,vi-
talium,naturalium & animalium vis ſit,
deciſus quippe(vt ego intelligo) nõ tan-
tum ex tribus partibus principibus; ſed
& ex omnib.aliis, quæ principib. illis fa-
mulãtur. Hinc illa totius corporis dele-
ctatio, quæ in ſeminis emiſſione fit. An
neq; hoc vſquequaq; tutum eſt?Si enim
hoc ita ſe habere concedemus, non te-
ſtes, ſed vniuerſus corporis habitus, fa-
cient ſemen γόνιμον. Et ſcio quid ad hanc
obiectionem dicant ſententiæ illius pa-
troni:verum quia difficultatem nullate-
nus exhaurit, nõ debet etiam huc affer-
ri. Si vis,vide apud Andernacum, *de vet.
& noua Med. Dial.5.*

CAP. XIII.

VIcina huic ſententia eſt, & ab eodẽ
Hipp.celebrata, *de Genit.2.* Cum .n.
in ipſo ſtatim principio ſententiam ſuam
propoſuiſſet, Semen prouenire ab omni
ſana parte,(vide Cognatũ *1. Variar.lect.2.*)
mox addit, Ex toto corpore (idem pene
legeris *de Oſſ.nat.12.& ſeq.*)omnibusq;ad-
eo partib. vias eſſe in ſpinalem medul-
lã,& cerebrũ(ita.n.intelligo)inde autem
rurſus è cerebro & ſpinali medulla de-
ſcendere in renes,vicinasq; partes geni-
tales. Propterea, *t.3.* addit, Quibus venæ
poſt aures incidũtur, eos ſemen quidem
habere,ſed exiguũ & infœcundum,qua-
ſi ea ſeminis portio, quæ ex cerebro de-
fluere ſolet,non adſit. Atq; vt intelligas,
de qua ſectione loquatur, explicat id *de
Aere, aq. & loc. 50.& 51.* de ea quæ fit ob
ſanguinis emiſſionem. Qua medicina
quia crebro vtantur Scythæ,ſeipſos per-
dere ait illata ſterilitate. Et hęc eſt θήλεια
νοῦσος, *morb.fæmineus* Scytharũ, quã Ve-
nerem Vraniã, ob ſpoliatũ templũ, illis
immiſiſſe Herodotus (Hipp. σύγχρονος,
vt putant quidã)eſt autor *in Clio.* Eo qui
laborabant, quoniã, autore Hipp.dice-
bantur ἀνανδριεῖς:quid ſi apud Herodotũ
legamus, ἀνάρεας? Ita.n.vtraq; vox eũdem
penè ſenſum habebit. Vt autem Hippo-
craticum ἀνανδριεῖς mutetur in Herodoti
ἐνάριας,vox ſignificãs in nõ-ſignificãtem,
quo Mercurialis inclinat *3. Var.lect.7.* non
conſuluerim. Sed hæc obiter:ad confir-
mationem ſententiæ,affertur quoq; Ti-
mæi autoritas,qui ait, τὸ δὲ σπέρμα, ὅτῳ πο-
λὺ καὶ ῥυῶδες, περὶ τὸ μυελὸν, *ſemen autem, cui-
cunque multum & fluxile circum medullam
gignitur.* Vide Bonamicum *4. Alim.12.*
Huius ſenſum Plato ſecutus eſt, qui *in
Timæo*,medullam hanc, non tantum vo-
cat *Genitricem*,ſed & ſemen ἀπόῤῥοιαν τοῦ νω-

τιαίȣ μυελȣ̃, *ſtillam dorſalis medullæ*, quod, vt Gal. *in Com. eius loci* habet, plurimũ ſeminis ab illa deſtillet. Affertur & autoritas Ariſtotelis. Cauſam .n. reddens 10. *Probl.* 56. cur Eunuchi non caluеſcant? dicit, Quia copioſum habent cerebrum. ἡ γὰρ γονὴ ἐςὶν ἀπὸ ἐγκεφάλȣ χωρȣ̃σα, *ſemen .n. è cerebro deſcendit*. Et ne ſcriptum Exotericũ cauſeris, repetit id 3. *Hiſt.* 11. additq;, Caluitium nemini accidere, πρὶν ἀφροδισιάζειν ἄρξηται, *antequã libidinari cæperit*. Quod repetit 5. *Gen.* 3. Ex Alberto Magno ꝓducuntur duæ hiſtoriæ, quæ huc quoq; facere videntur. Quidam hiſtrio, cum ex nimia Venere occubuiſſet, inuentus fuit fere ſine cerebro. Quidam, poſt inflictũ capiti vulnus, amiſit Veneris appetentiã. Apud quoſdã noſtrates, tabes dorſalis, deſcripta ab Hipp. *de Loc. in hom. n.* 18. *&* 29. 2. *de Morb.* 49. *de Intern. aff.* 13. (meminit huius inter Recentiores, Solenander 5. *Conſ.* Curio *in* 3. *Aph.* 10. Cæſalpinus 6. *Artis Medicæ* 17. *&* 18. An eſt κάταρρ@ νωτιαῖ@ Hipp. *in Cois*?) tantum potuit, vt nouas oſtenderent vias ſemini, è cerebro delapſuro. Obſeruauit Bauhinus, præceptor meus, 1. *Theatri* 20. 1. *Part. ſimil.* 8. venas & arterias quaſdã vertebris lumborũ (ideo *Lumbares* vocauit) ſe inſinuare, & ꝑ interiorem ſpinalis medullæ cauitatem ſurſum aſcendere. Harum vſum eſſe ſemen vti deorſum vehant, quis nõ ſtatim cogitet? Veſalius *l.* 4. *c.* 9. è quo fortè Bauhinus 1. *Theat.* 25. itemque *l.* 2. *c.* 19. cum quib. Valleſius *l. c. Controu.*, neruum deſcribunt, qui à ſexta cõiugatione poſt aures extrinſecus delabitur ad teſtes vſque. Per hũc quid ſi eat ſemẽ? Quidquid ſit de viis, profectò inuenti ſunt, qui propter hanc cauſã prohibuerint ſectionem venarum (*iuuenilium* dictarum à quibuſdã) poſt aures, quam tamen Gal. 3. *Loc. aff.* 8. admittit. Contra rem ipſam, ſcio, ꝗ multa & varia dici poſſint: ſed quæ vno veluti impetu proſternit neſcio quæ probabilitas, tantorum etiam virorum autoritate ſtabilita. Quare ego tacere malo, quam nihil dicere.

Cap. XIV.

Tanto magis, quod Philoſophi non ignobiles cõtendunt, De Ariſt. quoque ſententia neceſſarium eſſe, vt, ſiquidem ſemen fæcundum eſſe debeat, primo ſurſum feratur ad cerebrum, è quo in partes genitales relabatur. Sed enim quoniam apud Ariſt. hactenus non legi hoc: fecero etiam neutiquã operæ precium, ſi in re mihi incognita immorer. Idem iudicium eſto de illis, qui dicunt, De Ariſt. ſententia ſemen fieri à corde; antequã autem fiat fœcundum, imo, vt fiat fæcundum, neceſſe eſſe, vt ad omnes partes eat, indeq; redeat ad partes genitales. Cum enim Ariſt. tam diligenter impugnet deciſionẽ ſeminis è toto: quis credat, illum hoc velle? Interim accepto illud, quod Philoſopho nõ ingratum eſſe ſat ſcio, docuitque ante me Capiv. *de form. fœt.* 2. Semen fieri à corde, tanquam cauſa remota, quatenus cor facit omnẽ ſanguinem: &, Semen maſculum ſolum eſſe fæcundum. Quæ dum negat Th. à Veiga, *Com. in Artem c.* 47. & ſe abſoluit nudis tantum illis verbis, *Quod innitãtur ſententiis nõ receptis*: videor mihi oſtendere iterum poſſe conſuetudinem ſummi viri, de quã *in Com. de Vs. part.* aliquid dixi. Quid enim? Statisne hoc eſt: falſum eſt, quia contra Galeni, ab omnibus receptam, ſententiam eſt? Non puto, niſi logi ſunt meri aſſeuerationes noſtræ, Veritatem eſſe amiciorem omnib. amicis! Vtigitur hoc tantum dicam, Quoniam cor conficit omnem ſanguinem, venoſum quidem mediate, & ꝑ miniſtrum hepar, arterioſum autem im̃ediate, & inſeipſo, adeoq; forma ſanguinis omnis, quę calor eſt, à corde eſt: quidni ſeminis materia remota ſit à corde? & ſeminis fæcundi, quale ſolum eſt maſculũ, Galeno quoq; conſentiente, vt partim oſtendi *in Com. dictis*, partim oſtendam *inferius*? Hinc obiter intelligitur, quid ſit ſentiendũ de Auicenna, cui idẽ à Veiga tribuit (neſcio quã recte) Quod ſemen velit eſſe à trib. partib. principib. Eſt quidem à corde & hepate, eo modo, quo dixi: at à cerebro non ita eſt. Et de hoc ſolo, non item de duob. aliis, verum eſt, ꝙ ait ſolertiſſimus Hiſpanus, Nõ apparere meat⁹ ad teſtes. Vaſa .n. ſpermatica annon à corde & hepate pertinent ad teſtes? & per hæc confluxus fieri non poteſt? Te ſi fortè admiratio etiamnum tenet, Si nihil ex cerebro ad procreationem confluit, quid ita debilitatur? hoc habe. Nihil materiale (ne arguteris, nihil quod ad conſtitutionem τȣ̃ ὄγκȣ facit) confluit. At vero, quia (ceu comprehenſum eſt) multus ſpiritus in ſemine eſt, iſque adeò,

non

non naturalis tantū & vitalis,ſed & animalis,veluti ex Auicenna dixi modo;cerebrū autem nō ſolum ex ſe, ob tēperamēti frigiditatē&humiditatē,debile eſt ſed& quia lōgiuſcule abeſt à fonte caloris: nō poteſt non inſigniter debilitari amiſſione tot ſpirituū.Hinc ſi arguis,Dici omnino debere,à cerebro quoq; eſſe ſemen, quod aliquid formæ inde ſit: non valde pugnabo.De Scythis ſi hæres, adi Ferdinandum 2.*Theorem*.36.& diſces, octo alias ſterilitatis cauſas eſſe, vt venarum hac ſectione non ſit opus. In huius defectu,viſe ad eos,quos laudat, Langium, Capiuaccium,Mercatū, Paræum, Augenium,Valleſium,& diſpice,dicātne, quod illos dicere affirmat Theorematū autor.De ſectione ipſa,ſi Gal.non credis*l. c.* credes Alpino2.*Med. Aegypt*.10.

C A P. XV.

AGe autem, quoniā in vaſis ſpermaticis, forte etiam teſtibus, videmus fieri ſemen: quid occupamur in iſtis lōge diſſitis? Vtinam res tam certa eſſet de teſtibus, quam de vaſis eſt! Quid dico autem? Teleſius 6.*de Rer. nat*.31.ne hoc quidem concedit,Ariſtotelem ſemen in vaſis ſpermaticis fieri voluiſſe. At vero cum iſte homo longe iniquior ſit Ariſtoteli, quam vel Gal. vel quiſquam alius: quid credas ei? Quod ad hoc negotium attinet,cum Gal. 1. *Sem*. 13. expreſſe tribuat Ariſt. quod ſemen faciat in vaſis; cum Philoſophus ipſe 3. *Hiſt*.1. in vaſis eiaculatoriis (vt hodie loquimur) ponat *λευκὴν ὑγρότητα, album humorem, ὅς ἤδη σπέρμα ἐστι, qui iam ſemen eſt*, vt ex 1.*Gen*.6. loqui licet: quid vlterius de mente Ariſt. ambigimus? Quid enim, Teleſi? ex ſenſu iudicat Philoſophus: ad ſenſū cur vocas illum? Quod igitur *ib.* dicitur, In iis, in quibus teſtes non ſunt, cito abſolui τὸν συνδυασμὸν, quod ſemē iam adſit coctum; in iis,in quibus ſunt, coqui in ipſo συνδυασμῷ: explicari debet ex toto contextu, non autem minutim carpi verba. Res intelligetur ex ſequentibus: Gal. 1. *Sem*. 15. vehementer exagitat Ariſtotelem, qui 5.*Gen*.7.docuerit, Teſtes nihil aliud facere, quam textricum pondera. αἱ τοὺς ἱστοὺς ὑφαίνουσαι, inquit, τὸν στήμονα κατατείνουσαι, προσάπτουσι τοὺς καλουμένους λάας. (ita .n. corrigo *ex* 1. *Gen*.4. qui τὰς λαίας nuſpiam inuenio) οὕτω γὰρ καὶ τῶν ὄρχεων φύσις προσήρτηται πρὸς τοὺς σπερματικοὺς πόρους; *Textrices cum ſtamen diſtenderint, appendunt pondera, quæ λάας, lapides vocant: Eodem modo teſtes ſunt appenſi vaſis ſpermaticis.* Et hinc quidem Gal. concludere voluit, Ariſtotelem pene cum iis eſſe, qui fruſtra factos eſſe teſtes contendebant. Sed reuera tam humiliter Ariſt. de teſtibus nunquam ſenſit: quemadmodum etiam tam magnifice de iis locutus non eſt, quam Gal. qui cordi præfert. Quæ res vt clarior fiat, audiamus porrò. Ariſt. 1. *Gen*. 4.docet, Omnia fieri, aut quia neceſſaria ſunt, aut quia melius eſt ita eſſe. In vtro ordine ſint teſtes, ſi ſcire volueris, dicet tibi Philoſophus: In altero. Si enim neceſſarii eſſent teſtes ad generationē, non poſſet illis carere vllum animal, quod generat. Nunc vero carent illis (docet id ipſum 3. *Hiſt*.1.5. *Hiſt*. 5. 4.*Part*. 13.) piſces, ſerpentes,omnia quæ pedib. carent. Ea ipſa quia generant;quomodo teſtes dici poſſunt neceſſarii eſſe ad generationem? Animalitatis enim eſſentiam non ingrediuntur, vt Auerroes loquitur. Facti igitur ſunt, βελτίονός τινος χάριν, inquit, *propter aliquid, quod melius eſt eſſe, quam non eſſe.* Hæc ſi vidit Gal. (debuit autem vidiſſe, ſi honeſte volebat agere) qua fronte imponit Ariſt. tam futilem ſententiam? Certe, quod factum eſt propter τὸ εὖ, *melioris gratia*, non eſt fruſtra factum,docente Gal. ipſo *in libb. de Vſ. part. non ſemel*, quin de teſtibus ipſis *hoc loco, quem præ manu habemus.* Si hoc ita eſt, cur Gal. ſimiolæ quædam audent dicere,Rationem Ariſt. nullius eſſe momenti? Vt ſemen ſit prolificum(vult dicere)non requiruntur teſtes: quia dantur animalia, quæ ſemen prolificum habent,teſtes non habent. Eſtne hæc ratio nullius momenti? Hoc enim quæritur, (vt bene diſtinguit Auerroes *paraphr. in hunc locum*) An teſtes ſint neceſſarii ad generationem ſeminis, qua ſemen? Et reſpondetur negatiue, Non ſunt: quia datur ſemen abſque teſtibus. Non quæritur autem, An ſint neceſſarii (vt Ariſt. intelligunt Argenterius 2. *in Art*. 44. Laurentius 2. *Anat. quæſt*. 2.) in iis,in quibus ſunt? Reſpondetur enim affirmatiue, Sunt: quia ita eſſe melius erat. Quam inepta igitur eſt illatio, Imperfecta ſunt talia animalia, & procreandi eorum ratio eſt manca? Iam enim non quæritur,

Quæ animalia quibus ſint præſtantiora? ſed, An vllum Animal ſine teſtibus procreare poſſit? Quod quia fieri poteſt, ſatis eſt. Interim nõ nego, immo vero clarè dico, Imperfectiora eſſe omnia illa, quæ teſtib. carent. Hęc igitur, in hoc quidem negotio, eſt Ariſt. mens, cum ipſa rerum natura congruens, de qua ὁμόψηφον habeo Conciliatorem *Diff.* 35. Acceramb. *in Notis*, Coſtæum *lib.* 5. *Diſquiſ. Phyſiolog. aut ſi mauis, Com. in* 1. *I. Auic. doctr.* 5. Rumbeum, *Exerc. de* Gen. *fœt.* 38.

Cap. XVI.

Reſtat, vt conſideremus, Qua in re conſiſtat illud βέλτιον? Niſi fallor, non in vna, ſed duabus, *Altera* eſt, quam docet Ariſt. 1. *Gen.* 4. Vt animalia illa, quæ teſtes habent, participent de caſtitate diuinæ naturæ. Cum enim, vtib. docet Philoſophus, tres ſint animalium ordines, quoad teſtes, Alia carent; Alia habent, ſed intus; Alia foris habent: libidinoſiſſima ſunt illa, quæ carent; minus libidinoſa, quæ intus habent; minime, quæ foris. Hoc explicat ſimili, ipſi Gal. acceptiſſimo, ab amaſio quippe ipſius, (Platone) profecto, vt eſt 4. *Vs. part.* 17. Quemadmodũ hominis inteſtina ſunt circumuoluta in multos gyros & anfractus, ne ꝑpetuo cogatur eſſe occupatus, cum in ſumendis cibis, tum in egerendis excrementis, itaq; vita ipſi⁹ ſit aliena ab omni Philoſophia & Muſis: ita teſtes habet homo longiſſime abductos, vt vita ipſi⁹ ſit σωφρονεστέρα, *caſtior*, nõ alligata perpetuo illis ἀνοήτοις, *Venereis*. At ratio hæc nulla eſt ꝓpter duas cauſas. 1. Fatetur ipſe Philoſophus 6. *Hiſt.* 22. hominẽ animalium omnium ſalaciſſimum eſſe. 2. Quemadmodum gyri inteſtinorum nõ ſunt facti propter excrementa, alioquin bruta quoq; cum Philoſophia & Muſis cõmercium haberent: ita vaſorum ſpermaticorũ ἐπαναδιπλώσεις (ſic ipſe vocare ſolet) non ſunt factæ ob σωφροσύνην, alioquin boues quidem, oues, & quæcunq; animalia teſtes habent pendulos, ad inſtar hominis, æque ac homo; aues autem, quæ habent illos adſtrictos, minus participarent de caſtitate diuina. Vnde apparet, quatenus Mercatus, Argenterius, alii, poſſint Ariſtoteli obiicere paſſerculos, aliaque ſalaciora, vt mox dicã. Apparet etiam, quatenus valeat inuer-

A ſio Mundini, Quo longiora ſunt vaſa, eò plus affluit ſpiritus, eo libidinoſiora fiunt animalia. Nego .n. à copia ſpirituum id fieri: quin potius, ab acrimonia ſeminis. Ita autem vtar ego raticinio Ariſtotelico. Quemadmodum inteſtina habẽt gyros, prima quidem & principaliſſima ratione, vt chyli ꝑ vaſa meſaraica diſtributio ſit q̃ feliciſſima; ſecundâ & minus principali, vt in illa mora magis perficia- B tur chylus: ita vaſa ſpermatica eſſe tantopere inuoluta, propter vnam & ſolã cauſam, vt ſemen melius concoquatur. Quod ad longiorem aut breuiorem cohæſionem, eatenus puto amplius coqui ſemen, quaten⁹ ſit ſpirituoſius, ſubinde affluẽtib. ſpiritib. plurib., & indicibilem illam voluptatem adaugentib. Et hoc puto ſpectaſſe Ariſtotelem, cùm ſemen in συνδυασμῷ coqui ſcripſit, *h. e. ſpumeſcere,* C *alboremq; contrahere*: non id, quod Teleſius auguratur. Fiet autem hoc manifeſtius ex ſequentibus. Attulerit igitur Ariſt. hoc ex aliorum ſententiâ.

Cap. XVII.

Altera & verior cauſa eſt, quam attigi modo, Vt ſemẽ magis coquatur, & ꝑfectius reddatur. Quo .n. animalia ipſa ſũt ꝑfectiora: eo ꝑfectius deſiderant ſe- D men. Hanc Ariſtotelicã eſſe quia pauci credent, (quãuis docuerit illam ante me Auerroes 2. *Collig.* 10. Cardanus 2. *Contrad.* 2. *l.* 2. *tr.* 6. *c.* 6. Coſtæus *loco iam dicto,* Mundinus *l.* 1. *c.* 5. Hippius θ. 37. alii) ita deduco. Cauſam quærens 1. *Gen.* 12. cur vterus quidem omnibus ſit intus, teſtes autẽ quibusdam intus, quibusdam ext⁹? de iis, quib. extus ſunt (& de his pręcipuè nobis quæſtio eſt) ait, Circumdari illis E ſcrotum, διὰ τοῦ δεῖσθαι αὐτοὺς σκέπης, καὶ καλύμματος, πρός τε σωτηρίαν, καὶ τὴν τοῦ σπέρματος πέψιν, *quod opus ſit teſtibus velo, tegumentoque, vt & ſeruentur ipſi incolumes ab externis iniuriis, & concoquere poſſint ſemen.* Et ne tergiuerſeris, redi *ad c.* 4. (idẽ docetur 3. *Hiſt.* 1. 5. *Hiſt.* 9.) & vide, quid dicat de magnitudine teſtium in auib. & quadrupedib. ouiparis, eo tẽpore, quo coire ſolent. Cũ .n. tum ſint grãdiſſimi, ob re- F ceptam περίπλωσιν σπερματικὴν: videtur dici debere, Teſtes promouere coctionem. Cõfirmo id amplius *ex c.* 6. vbi dicit, ἐν τῷ ἑτέρῳ μέρει τῆς ἐπαναδιπλώσεως, *hoc eſt, in vaſis præparantibus, vt hodie loquimur,*

ſemen

ſemen adhuc eſſe ſanguinem: ἐν ἑτέρῳ δὲ, hoc eſt in deferentibus, ſeu eiaculantibus, eſſe perfectum ſemen; ὥςε ὅταν ἐνταῦθα ἔλθῃ ἡ γονὴ, ταχεῖα καὶ τούτοις γίνεται ἡ ἀπόλυσις, *vt cum eo peruenit ſemen, & hæc animalia ſubito ſe abſoluant*, q. d. perfecto ſcilicet aliquatenus ſemine in anterioribus vaſis, teſtibuſque. Heic ego appello γαληνομανῆ quendã, Fruſtra ne ſunt facti illi teſtes, qui concoquendo ſemini ſeruiunt? Si tacuerit, vt ſpes eſt: dicã amplius, Ergo ſi docuit Ariſtoteles quod Põtifex quoque tuus, cur ais, illum denegaſſe teſtibus vim σπερματοποιητικὴν? Viſne etiam porro cum larvis luctari? quin potius cum reuerentia & attentione cogitas de mirabili illo inſtituto, quod Natura in dandis, vel nõ dandis teſtibus, iisq; vel intus cõcluſis, vel extus propendẽtibus, ſecuta eſt? Niſi fallor, ita ſe res habet. Natura inſtituit hunc ordinẽ, propter ordinẽ, qui inter ipſa animalia eſt. Piſces & ſerpentes, quia minus operoſe ſunt facti, quippe, qui manibus carent & pedibus: gignere poterant abſque teſtibus, & ſufficiebat ſemen crudiuſculum. Aues plura habent inſtrumenta, ſed nõ tam multa, neque ipſæ tam magnæ ſunt, vt quadrupedia: ideo teſtes habent intus concluſos, fiuntque ex ſemine melius elaborato. Quadrupedia iterum magis minus operoſe ſunt facta: ideo quædam teſtes habent ventri adſtrictos, quædam pendulos, quia ibi ſufficiebat iter vaſorum breuius, heic opus erat longiſſimo. In horum cenſu eſt homo, qui teſtes habet ἀπηρτημένους, ἢ ἀπολελυμένους, *2. Hiſt. 1. 3. Hiſt. 1.* vt vaſa facerent geminam ἐπαναδίπλωσιν, vt ſic dicam, fiatque ſemen quam elaboratiſſimum. In has me cogitationes deduxit Teleſius 6. *Rer. nat.* 34. Hoc poſterius ipſe Gal docet eo loci, quo Ariſtotelem ſibi exagitandum propoſuerat. Si teſtes, inquit, eſſent intra abdomẽ, dimidia pars ſeminarii meatus periiſſet, & venæ ſimul, arteriæque reuolutio. Ex hoc fit (addit mox) vt & ſanguis, dum diuturniorem in vaſis moram trahit, concoquatur, & meatus ipſe longiſſimus euadat, &c. Reuolutionis ergo vſum, iuxta cum teſtium, non cognouit Ariſtoteles? At vtriuſque vſum tradidit illum met, quem tu, ô Galene!

A CAP. XVIII.

Ergo, ſemini perficiendo dati ſunt teſtes, tam apud Ariſtotelẽ, quam Galenum. At qua ratione id fit? Expeditiſſima eſſet ratio Veſalii *l. 5. c. 13.* (exſcribit hanc Fuchſius 4. *Anat.* 1.) ſi tam facile demonſtrari poſſet. Inquit enim, A paraſtatis variciformib. per tunicas teſtium in ſubſtãtiam ipſorum diſſeminari multos vaſorum ſpermaticorũ ramos, per-
B inde vt in iecore fit à complicationibus
venæ Cauæ, Portæque. Et habet ille
conſentientem Hipp. Non tantum e-
nim *l. de Locis in hom. t.* 7. ait, Venas quas-
dam εἰς τοὺς ὄρχιας περαίνειν, *in teſtes deſinere*;
& *l. de oſs. nat. t. 21. & 22.* τοὺς ὄρχιας ἐρριζωκέ-
ναι πολυπλόκοισι, λεπτῇσί τε καὶ στερεῇσι, καὶ
ἰνώδεσι φλεψὶν, *in teſtes immiſſas eſſe radices*
venarum multipliciter intortarum, firma-
rum, fibroſarumque: ſed & *l. de Genit. initio*,
C διὰ τῶν μεσσάτων ὄρχιων, *per medios teſtes*
tranſire; quin mox addit, τοὺς εὐνούχους οὐ
λαγνεύειν, ὅτι σφέων ἡ δίοδος ἀμαλδύνεται τῆς
γονῆς. ἐστὶ γὰρ δι' αὐτῶν τῶν ὄρχιων ἡ ὁδὸς, *Eunu-*
chos non citari ad libidinem, quia ademtus illis
ſit tranſitus ſeminis. Eſt enim, inquit, *via*
per ipſos teſtes. At vero, ſiue autoritates a-
liorum, ſiue experientiam ſpectes, non
eſt plane res certa. Ariſtoteles, qui non
minus ſtudioſus fuit Anatomiæ, quam
D Hipp. *3. Hiſt. 1.* ſcribit, Teſtes λεπτοῖς
πάμπαν φλεβίοις περιέχεσθαι, *tenuibus admo-*
dum venulis circumdari. Et *paulo poſt*, cum
vaſa ſpermatica deduxiſſet μέχρι τῆς κε-
φαλῆς ἑκατέρου τοῦ ὄρχεως, *vſque ad caput al-*
terutrius teſtis: mox ſubiungit, ἀπὸ τῆς κε-
φαλῆς πρὸς αὐτῷ τῷ ὄρχει πόρος ἐστὶ πυκνότερος
καὶ νευρωδέστερος, ὃς ἀνακάμπτει πάλιν ἐν ἑκα-
τέρῳ τῷ ὄρχει πρὸς τὴν κεφαλὴν τοῦ ὄρχεως· ἀπὸ
δὲ τῆς κεφαλῆς ἑκάτερον πάλιν εἰς ταὐτὸ συνά-
E πτουσι, καὶ τὰ ἑξῆς: *A capite teſtis, proxime*
ipſum teſtem, meatus eſt denſior neruoſiorque,
(παραστάτης *Hipp. l. de Loc. in hom. l. c.* παρα-
στάτης κιρσοειδὴς *Herophili apud* Gal. 14. *Vs.*
part. 11. τῆς ἐπαναδιπλώσεως μέρος ἔναιμον,
reduplicationis vaſorum pars altera & ſangui-
nea, 1. *Gen.* 6.) *qui in illo alterutrius teſtis ca-*
pite iterum in ſe reuoluitur, & à capite
vtrinque digreſſus (τῆς ἐπαναδιπλώσεως
μέρος ἕτερον, *reduplicationis pars altera, in de*
F *Gen.*) *prorſum ad pudendum abit*, Et 1. *Gen.*
4. οἱ ὄρχεις οὐδέν εἰσι μόριον τῶν πόρων, *Teſtes non*
ſunt pars meatuum ſeminariorum. Hęc quid
differunt ab iis, quæ noſtri docent, Va-
ſa ſpernatica, aut potius paraſtatas vari-

ciſformes, vna cum proſtatis glandulofis
poſſe à teſtibus detrahi, ſaluâ manente
omni teſtium ſubſtãtiâ? Teſtes ipſos, nõ
auium tantum, ſed & quadrupedũ ſi diſ-
ſeces; ſolidos ipſos videbis, & neutiquam
hepatis modo foraminoſos. Si cõprimas;
exibit quidem humor albus, ſed quem
non minori jure (fortè etiã maiori) dicas
humorem teſtium alimentariũ; q̃ ſemẽ:
Vt de tauro, qui poſt exſectos teſtes ge-
nerauit, vt eſt apud Ariſt. 3. *Hiſt.* 1. & 1. *Gẽ.*
4. aliosq;, (vide q̃ ſolicitus ſit de illo Mer-
curialis *de Gen. hom.* 12.) non dicam: ſcribit
Hollerius *Com. in* 5. *Aph.* 63. Eunuchos ſe-
men emittere, licet non generent. De
Guidone quodam Muſico ſcribit Sme-
tius *lib.* 10: *Miſcell.* illũ; cũ maniacus eſſet,
vnguibus dilaceraſſe ſcrotũ, & vtrumq;
ſibi exemtum teſtem Chirurgo oſtendiſ-
ſe. Hunc curatũ, non minus q̃ ante mor-
bum, perſoluiſſe conjugi maritale debi-
tum, adeoq; ſemen effudiſſe. Similis hi-
ſtoria (quod ad teſtiũ amiſſionem) apud Al-
bertũ Magnum eſt, vt Cœlius annotat
4. *Antiq.* 4. & Schenk. 4. *obſ.* 47. Cabrol.
obſ. 3. meminit cuiuſdam, qui fœcundus
erat, quamuis ſcrotum penitus eſſet va-
cuum. Ideò de alio, cui pariter ſcrotum
erat inane, pnunciauit, fœcundum fore.
An talis quoq; fuit ille, cuius Arrius Me-
nãder *lib. de re milit.* meminit? Aſpectu n.
ſatis virili fuiſſe ait, barbatumque, licet
ſcroto eſſet prſus vacuo. Talis erat Du-
noius ille, de quo Smetius *l.c.* Tales erant
duo illi fratres, quos Ruland. 5. *Cent.* 97.
curauit. Nimirum, vt Riolan. *l.* 5. *c.* 1. & *in
calce Anatomiæ* ſcribit *ex Varobio*, Teſti-
culi in fœtu latent intra peritonęum. Et
Ioa. Bauhinus apud Schenk. 4. *Obſ.* 151. in
fœtu ſex menſium vidit teſtes ad os ſa-
crum hęrere. Fabricius quoq;, Hildanus
noſter 2. *Obſ.* 59. in fœtu quinquemeſtri
vidit, teſtes extra abdomen non ppen-
diſſe, ſed in ipſa ventris capacitate reſe-
diſſe, quo loci vaſa ſpermatica ad ſcrotũ
deſcendunt. Idem et affirmat Gal. 2. *Sem.*
5. ex alio q̃uis fundamento, cum quo Pa-
ræus 7. *Chirurgiæ* 16. Hæc ſi vera ſunt, vt
dubitare nemo poteſt, monẽdus primò
venit Cabrolius, vt intelligat, non fuiſſe
iſtos, quos putat, ſine teſtib. fœcundos.
Deinde, auris vellenda eſt Rulando; qui
fruſt aneam ſubierit curam. Nam abſq;
etiam illâ in ſcrotum teſtium demiſſio-
ne, orphani ſui poterant eſſe fœcundi:

A Mox oſtendendi fuerint vtriq; κρυψόρχι-
δες apud Gal. *in Def. Med.* Niſi n. res fre-
quens eſſet, non inueniſſet nomen. Cõ-
firmatur ex his aliquo modo (ita loquor)
ſententia eorum, qui dicunt, Mutari fœ-
minas in viros, cum teſtes, cum pene ab-
ſconditi, erumpunt. An iterum cauſa ca-
dit Ariſtoteles? Vtut enim verum ſit, quod
Cabrolius ait, Vaſa ſpermatica integris
teſtibus à corpore ipſorum reuelli; vtut
B etiam vaſorum p teſtes diſtributio tam
conſpicua non ſit, vt in hepate: eſſe tamẽ
omnino aliquam, propter has cauſas cẽ-
ſeo. 1. Fœcundum habere ſemen viſus
non eſt, qui teſtibus omninò careret. 2.
Quibus contuſi tantum, aut compreſſi
ſunt teſtes, pariter non habent fœcun-
dum ſemen, licet vaſorum continuitas
intercisa forte non ſit. Quæris, cum &
vaſa ſpermatica coquãt ſemen; & teſtes:
C vtri parti debeatur principatus? Ego va-
ſis defero, ppter cauſam à Gal. datam 9.
vſ. part. 4. At læſis teſtibus animal deſinit
eſſe fœcundum? Reſp. cum Coſtæo, *loco
iam allato*, & inclinat eò Bonamicus quo-
que 4. *Alim.* 15. Non neceſſe eſſe, vt ſemp
lædatur pars princeps (v. g. cryſtallinus
in oculo) cum quauis etiam aliâ parte lę-
sâ, tamen viſio lædatur. Iamq; ita cõclu-
do, Vaſa ſpermatica nõ tantum pertina-
D citer adnaſcuntur corpori teſtium: ſed
& corpus teſtium ingrediũtur, licet qui
negant, numero fortè pręualeant. Vnde
n. eſt illa pertinax cohæſio, niſi à vaſis?
Horum exilitatem ſi cauſari volueris, o-
ſtendam tibi vaſa, quæ in ſubſtantiâ lie-
nis, vt intelligam, An exilitas illorum fa-
cere poſſit, quo minus vaſa ſint? Oſten-
dam fortè etiam vaſa cerebri, & quærã,
An illa jam non ſint vaſa? Cõſentit heic
E mihi Conciliator *Diff.* 35. (ne de Veſalio,
Fuchſio, Columbo, aliis dicam) Quod
Ariſt. (inquit) ait, teſticulos nullam eſſe
partem meatuum, fortaſſis veritatem
non habet, cum aliis, & mihi pluries ſen-
ſibili apparuit Anatomiâ contrarium.
Viſum eſt namq; ſperma in ſubſtantiam
veram teſtium cadere, quod oſtendit ſper-
ma in eis inuentum, & ipſorum augmen-
tum in perdicibus, & phaſianis, tempore
F coitûs, 3. *Hiſt.* 1. Hæc ferè ille. Quamob-
rem, ſi neq; ego, neq; tu (ita alicubi Aui-
cenna) hoc vidimus, proptereáne men-
dacium eſt? Quantò prudentius Plate-
rus, qui dubitat, cum negare non poſſet,
quod

quod ratio ſuadebat, licet ſenſus illum deſtitueret! Quantò iterum prudentius Varolius;qui,ob eandem cauſam,inſenſibiliter id fieri ait! At contumacior, an ineptior? Piccolominus, qui gluten quoddam comminiſcitur,cum vaſorum penetrantiam aliter eludere nõ poſſet! Longè contumacior ille,qui neſcio quã teſtium irradiationem affert! Quod n. ſimile exemplum in toto corpore dare poteſt? Fortè cor dabit? Ego verò mox dabo cauſam diſſimilitudinis, vt pluribus non ſit opus, niſi fortè hoc; Irradiationem hanc;non minus, quam gluten illud (licet ad Gal. autorem 1. *Sem.* 16. referri poſſit) fictitiam eſſe.

Cap. XIX.

ABirem hinc, niſi inuitum retinerent me illi, qui,cum de teſtib. omnia magnifica ꝓtulerunt, Ariſtotelem tantum nõ oſtraciſmo dignum cenſent, qui tam jejune de illis ſcripſerit! Ego a. oſtendã, neq; deberi illa teſtibus, qua teſtes: neq; Ariſt. tã abſurdum fuiſſe, hinc facto exordio. Gal. 1. *de Sem.* 15. ita pergit: μικρὸν μὲν τούτῳ· τῆς δὲ ἰσχύος ἁπάσης τῶν ζώων ἐν αὐτοῖς ἡ ἀρχὴ φαίνεται. καὶ τοῦτο ἦν ἀναγκαῖον ἐν τοῖς μάλιστα ζητηθεῖσι τὴν χρείαν τῶν ὄρχιων ἐπισκεπτομένῳ, &c. *Quaſi hoc velit: Cauſa abductionis teſtiũ extra abdomen, non eſt magni momenti præ illa, quam iam dicam. Principium enim omnis animalium roboris in iis apparet eſſe. Teſtibus n. exciſis, aut alio modo læſis, tãta fit animalis mutatio, vt, qui mas erat modo, fœmina dici debere videatur. Vnde apparet, prope ad dignitatẽ cordis accedere: quinimmo, quanto præſtantius eſt bene viuere, quam ſimpliciter viuere, tanto præſtant teſtes Cor.* Vt merito appelles ἑτέραν ἀρχὴν τῆς ἐμφύτου θερμασίας, *alterum principium caloris natiui.* Quid heic pro Ariſt. dicemus? Vera ſunt, quæ Gal. dicit, & fiunt iſta: ſed an ob id teſtes tantæ ſunt dignitatis? Habentne natiui caloris fomitem quẽdam, vt cor habet? Partes, ex omnium cõſenſu, frigidæ? Sed habeant: quæ ſunt illa vaſa, per quæ in corpus diſtribuunt ignem ſuum, quemadmodum per venas & arterias cor diſtribuit ſuum? fortaſſis diuinitus, & abſque vllo inſtrumento id fit, vt loquitur Accorambon.⁹? Dicam igitur, μὴ παρὰ τοῦτο, *non ſit propter teſtes*, alioquin fieret in omnibus, qui teſtes habent. Sunt autem horum quidam tam effœminati, vt ſolus veſtitus illis de-

A fit. Imò fieret etiam in fœminis. Vt concludi fortè debeat, ſicut in viris dant virilitatem: ita in fœminis fœmineitatem, vt ſic dicam. Illa verò quid eſt? Quare dico etiam, Ariſtotelem neutiquam ferit telum hoc. Tu verò ſcire deſideras, Quî igitur iſta fiunt? Vno verbo, ꝓpter motum caloris, de quo dixi ſuprà ex Iacchino. Quam ipſam cauſam quia ignorauit Galenus: q̃ tam acerbè taxat igno-

B rantiam Ariſtotelis? His intellectis facile eſt judicatu, Quid ſit ſentiendum de futili illa quæſtione, An teſtes ſint in numero partiũ principũ? Quę n. Laurenti⁹ 2. *Anat.* q. 1. accumulat miracula, abſentiã teſtium ſequentia, omnia pendẽt ex cõmotione humorũ, de qua modo laudatus Iacchinus. Cui dum inhęreo fixus & firmus; quippe, ex qua reſponſionem habeo ad omnia illa dubia: meliori jure, q̃

C Laurentius, Sophiſticam argumentationem vocare poſſum illam, qua *in de Sem.* Gal. vtitur, ceu vidimus. Quod nomen ſi p̃ſcripſerim etiam fugæ illi Laurentianę, quam bis repetit, ne lector facilè perdat tantum κειμήλιον, Ratione ſpeciei, nõ indiuidui, ſunt partes principes: jure merito fecerim. Quæ n. à Gal. 6. *Vſ. part.* 7. *& alibi*, de partis principis conditione dicuntur, ſolum indiuiduum reſpiciunt.

D Sed neq; conſtans eſt Laurentius in veſtigio. Paullò antè enim ad ſeminis calidinaturam retulerat calorem illũ è teſtibus, in totum corpus diribitum. Niſi fallor, hanc cauſam leuiter attingit Cardanus, qui caloris refluxu fieri dicit. Attingit & ipſe Laur., cum fieri ait caloris influxu mediato. Verùm, quia & alienã ſententiam repudiat, & ꝓpriam nõ ſatis explicat: jure dici debet, Laurentium in

E tenebris palpare parietes. Idem pene dixerim de ſummo alias viro Th. à Veiga, qui *Com. in Artem*, c. 57. pariter numerat mirificos illos euentus, qui teſtium exciſionem, compreſſionẽmue ſequuntur; at dum caloris refluxum negat, & (*præced.* c. 29.) firmat ſe in abſentia qualitatis ſimul cum aura tenuiſſima: nec cautus ſatis eſt in redarguẽdo; nec fidelis ſatis in docẽdo. Quæ n. (ſodes) illa eſt qualitas? quæ

F aura? Hactenus ergò Iacchinus nobis præſtitit, quód nec Ariſtot. potuit, nec Gal., nec quiſquam alius per tot retrò ſecula. Videamus porrò, ſi quid aliud præſtiterit.

Cap. XX.

QVæritur, Cur vox mutetur in exſectis itemq; in iis, qui Venere incipiunt vti? De exſectis reſpondet Ariſt. 5. *Gen.* 7. fieri hoc, διὰ τὸ ἀνίεσθαι τὴν ἰσχὺν τὴν νευρώδη ἐν τῇ ἀρχῇ. ἡ δὲ ἄνεσις (pergit) παραπλησίως γίνεται, ὥσπερ ἂν εἴ τις χορδὴν ἀνατείνας, σύντονον ποιήσειε τῷ ἐξάψαι τὸ βάρος, οἷον αἱ τοὺς ἱστοὺς ὑφαίνουσαι, &c. *quia vis neruoſa in corde remiſſa fuerit. Fit autem remiſsio (inquit) eo fere modo, quo fidibus intendendis pondus appenditur, qualiter etiam textrices faciunt, cum ſtamini diſtento pondera ſua applicant.* Heic valde exſultant quidam, non prorſus ſine ratione: at quia ipſi meliorem rationem non afferunt, non poſſum plane probare modum agendi. Verum eſt, Ariſt. iſta ſcribit: at quia (fatente ipſomet Gal. 1. *Sem. paulo poſt illa verba, quæ modo deſcripſi*) πάρεργως tantum id fecit, cur tam ſeuerum merentur examen? Equidem ſum eius ſententiæ, Ariſtotelem hoc quoque dixiſſe, non ex propria ſententia ſed aliena. Solere autem illum talia facere, in Exotericis (præcipue ſi diſtincti ſunt libri, de eadem licet re. V. g. In Phyſicis, aliud docere poteſt, in hiſtoria partium, aliud in vſu) notum eſt iis, qui vel mediocriter verſati ſunt in lectione ipſius. Quia itaque vulgata erat tum, & plauſibilis ſententia de cauſa mutatæ vocis: in defectu melioris, acceptauit hanc. Fortaſſis autem vera & genuina Philoſophi ſententia exſculpi poteſt ex illis eiuſdem verbis 1. *Gen.* 2. quorum Galenus quoque meminit *loco illo*, μικρᾶς μετακινουμένης τῆς ἀρχῆς, πολλὰ συμμεταβάλλειν εἴωθε τῶν μετὰ τὴν ἀρχήν. δῆλον δὲ τοῦτο ἐκ τῶν ἐκτεμνομένων. τοῦ γὰρ γεννητικοῦ μορίου διαφθειρομένου μόνον, ὅλη σχεδὸν ἡ μορφὴ συμμεταβάλλει τοσοῦτον, ὥστε ἢ θῆλυ δοκεῖ εἶναι, ἢ μικρὸν ἀπολείπειν, *Quod leuiter etiam immutato principio mutari ſoleant multa, quæ ſunt poſt principium illud, ſeu, quæ pendent à principio illo, patet ex exſectis. Nam parte tantum gignitiua corrupta, tota pene forma mutatur vna, in tantum quidem, vt, quod mas erat antea, vel fæmina videatur, vel non longe abſit à natura fæminea.* Hoc ego ita vtor, cum Accorambono *Notis in h. l.* Mutato principio illo, vnde quis mas eſt, mutantur multa, quæ ſunt deinceps. Inter hæc eſt vox. Quare quæ fuit antea virilis, fit fœminea. Sunt igitur teſtes principium, (aut, ſi ita vis, pars princeps) non qua animal, ſed qua hic ſexus animalis. Vnde cadit argumentatio Teleſii, *extremo cap.* 34. qua teſtibus principatum adſerere vult, etiam de Ariſt. mente. Interim, nondum habemus cauſam mutatæ vocis, dicis? Redeo ad toties nobis vocatum Iacchinum, In exſectis non eſt ille caloris vehemens motus, qui partes vocales dilatat, vocemque grauiorem reddit. Ex eodem fonte petere licet explicationem moris cuiuſdam, à ſolo (quantum memoria teneo) Catullo tacti, *in Nuptiis Pelei,*

Non illam nutrix orienti luce reuiſens
Heſterno poterit collum circumdare filo.

Quid enim hoc ſit, aut quam ob cauſam factum, neque Statius invenit, neque Muretus docet, neque Scaliger explicat, neque Paſſeratius tangit. Nugatur aliquid Luiſinus *l.* 3. *Parergon c.* 44. quod videat, qui vult. Dicit aliquid Abbatius 5. *Controuer.* 3. Res ipſa eſt: Mos fuit, nouis nuptis, poſt primæ noctis concubium, illudere dimenſione colli. Si enim collum eandem haberet craſſitiem, quam habebat ante concubitum, credebantur intactæ: Sin, iam Venerem expertæ eſſe dicebantur. Quæ cauſa? Tangit illam Bonamicus 5. *Alim.* 17. qua de conatu in vſu Veneris: ſed explicat diſerte Iacchinus noſter, In illa caloris & ſpirituum lucta, immo in illa totius corporis ſuccuſſione, neceſſe eſt inprimis laborare partes, ſpirationi ſeruientes. Inter illas cum ſit collum, factum quippe propter pulmones, vt Gal. docet *principio lib.* 8. *Vs. part.* mirum non eſt, carnes ipſius in niſu illo fieri tumidiores. Hinc cauſa patet, Cur vocem mutent, qui Venere incipiunt vti? Hipp. vocat hoc τραγᾶν, qua de re Foeſius in τράγος. Heic neſcio quomodo oblitus ſui Laurentius 2. *Anat. quæſt.* 4. agnoſcit caloris refluxum, à quo (inquit) incaleſcente toto corpore, vaſorum omnium fit amplificatio, & frigidi humoris, muſculos laryngis inebriantis (ita deliciatur in verbis) reſolutio. Mi Laurenti, ſi calor facit hoc, quidni facit etiam reliqua, quæ tu *in quæſt.* 1. alio ablegabas? Mondaltus *l.* 1. *de hom. ſano*, videtur mihi heic paria cum Th. à Veiga facere, veluti *in præced. cap.* dixi. Quæ enim eſt quali-

tas

tas illa ſeminalis veluti virulenta? realis quidem, ſed ſpiritualis? Eorum qui nihil docent, genus quoddam eſt, dicebat Scherbius, quod dicit aliquid, ſed nuſpiam ſe explicat. Idem περιττολογίας ſolebat vocare eiuſmodi verba, quæ nemo intelligat, ne ipſe quidem autor illorum, vt de τῶ πληθώρα ait Gal. *initio libri eius nominis*. Et ſic quidem ego exculpaui ſecundum teſtium vſum, quem Ariſtoteli imponit Laurentius, *quæſt.* 2. Plura qui vult, adeat Bonamicum 4. *Alim.* 15.

Cap. XXI.

VEnio ad primum, vt idem Laurentius diſponit, & cum eo Mundinus *1. de Sem.* 5. Scribit Philoſophus, vt nuper docui, Teſtes habere, adeoque vaſa ſeminaria longa, intortaque, animalium illa, quæ σωφρονέστερα eſſe debebant. Et in his teſtes eſſe vaſis appenſos, διὰ τὸ σώζειν τὴν ἐπαναδίπλωσιν, καθάπερ (addit) τοὺς λάας προσάπτουσιν αἱ ὑφαίνουσαι τοῖς ἱστοῖς, *vt ſeruent reduplicationem, non ſecus ac textrices pondera appendunt ſtamini ſuo.* An locum cubare in triſti mendo, probari poteſt ex ipſomet Galeno, *loco toties dicto*? Inquit enim, παραλιπὼν οὖν αὐτὸ, καὶ μηδὲν ἐν πρώτῳ διαλεχθεὶς, ἐν τῷ πέμπτῳ κατὰ τὸ πάρεργον πειρᾶται δεικνῦναι, ὅπως τῶν ὄρχεων ἐκτεμνομένων ἀτωνοτέρα περὶ τὰς ἐνεργείας ἡ καρδία γίνεται, *Relinquens igitur hoc (Ariſtoteles) & nihil in libro primo ea de re diſſerens, in quinto obiter conatur oſtendere, qua ratione exſectis teſtibus cor fiat debilius.* Vnde ſic infero. Si, quæ de ponderibus dicit ibi Ariſtoteles, non legebantur Galeni ſeculo: procul dubio ne nunc quidem legi debent. Quamobrem, ponderibus iis ſublatis, dici iam debet, quod ſeruent reduplicationem, non tendendo, deorſumque trahendo, vt pondera textricum ſolent (nam alioquin & muſculi teſtium videntur prohibere tenſionem hanc) ſed, vt Bonamicus docet *loco iam dicto*, & Cardanus, *in Contrad. l. c.* (is pondera plane adſtringit ad hoc ſolum, ad quod ego) dilatando, vt vaſa impleri poſſint. Niſi enim id fit, neque aditus præbebitur ſemini, neque exitus, atque ita ſterileſcent animalia. Sed & tendendo dici poſſunt agere. Niſi enim tenſum ſit ſtamen, ſubtegmen ingredi non poteſt. Ita ſaccus, niſi ſit tentus, non impletur. Et alioquin ad vſum illum primarium teſtium, qui eſt, concoquere ſemen, quid obſtat, accedere alium, & ſecundarium, ſeruare vaſa aperta? quid vero, etiam tertium, faciendi ſemen σώσιμον? Quemadmodum enim animalia εὐθυέντερα ſubito iterum emittunt, quod acceperunt: ita piſces, & expedia alia facile proiiciunt ſemen, quippe, quæ & vaſorum illa complicatione carent, & teſtibus. Hæc ſi Ariſt. non ſpectauit, accipio omnia ea, quæ poſt Gal. Laurentius & Mundinus *locis prææallegatis* afferunt, imo, quæ alii etiam, quos tædium ſit in proſcenium ducere. Quæ enim falſa Ariſt. docuit, ea vera eſſe nolo dicere cum ſectariis. De tertio, *ex 4. Problemat.* 24., nihil dico. Nam neque Mundinus iudicauit dignum, quem refutaret. An dici poteſt cum Bonamico, Eſſe concauſam? Certe, Collado *obſ. in Laur.* 12. ita diſtento pene aſcendere ait, vt ſæpe omnino ſub cute pectinis occultentur.

Cap. XXII.

HActenus igitur de ſemine maris: à quo venire oportet ad ſemen fœminæ, illud, puta, quod nos ita vocamus. Heic iterum primo loco agendum eſt de nominibus. Sanguis menſtruus aut menſurnus, ſæpe vno nomine, menſtrua, menſes Latinis, vt Græcis quoque ἔμμηνα, ἐμμήνια, καταμήνια dicuntur, quod ſingulis vtplurimum menſibus ſeſe oſtendant in iis fœminis, quæ generationi quidem idoneæ ſunt: non tamen, vel in vtero habent, vel lactant. Dicitur autem ita, non ille tantum ſanguis, qui foras prodit: ſed etiam ille, qui intus manet, præbetque materiam, tam conſtitutionis in vtero, quam auctionis extra vterum. Nimirum, ab accidenti, non à propria ſubſtantia nomen habet, vt rectè docet Mercatus *1. Morb. mul.* 4. Noſtris hominibus, ob ſtata illa tempora, quæ ſeruare ſolet, Tempora, die Zeit / Flos, die Blum / oder der Weiber Blum. Vt enim ſupra ex Alcmæone dixi, flos præcedit fructum. Sev. tamen Pinæus *opuſculi ſui*

c.2. pudendum ipſum appellat *Florem*: quemadmodum c.5. *Roſam* quoque, licet hæc ipſa vox ab aliis ſanguini tribuatur. Apud Hipp. ſæpe τὰ γυναικεῖα, *muliebria* (ſubintellige καθάρματα, *purgamenta*) dicuntur: quamvis etiam τὰ λόχεια, ſiue, vt alii ſcribunt, λοχεῖα, quæ poſt partum eunt, ita dicantur. Quin & ipſæ partes genitales non raro ita vocantur, vt eſt apud Foeſium *in Oecon.* Apud eundem Hipp. notante eodem Foeſio, appellantur quoque καθάρσεις, ſubaudiendo ἐμμήνοι, *purgationes menſtruæ*. Vbi hoc eſt obſeruandum. Cum apud Ariſt. 3. *Hiſt.* 19. & qui hac in parte illum ſequuntur, Medicos, legitur ῥόος, ἡ ῥοῦς, *fluxus*, aut cum additione, γυναικεῖος, *muliebris*: non eſſe accipiendam vocem de huius ſanguinis vacuatione naturali; ſed de fluxu quodam præternaturali, cum videlicet vacuantur per vterum, aut certarum partium excrementa, aut totius corporis. Ideo fere differentiæ gratia additur, ῥοῦς λευκὸς, ἐρυθρὸς, ὠχρὸς, *fluxus albus, ruber, pallidus, &c.* Practicis noſtris dicitur hic affectus *Profluuium muliebre*, & poſſe illum contingere viris quoque (tu puta, cum per penem effluunt excrementa talia) diſcere eſt *ex 2. Prognoſt. 37. 6. Loc. aff. 5.* vbi conſulendi ſunt Interpretes. Nomen ipſum à Plinio eſt *l. 21. c. 25. & alibi*, qui, vt ab hoc affectu diſtingueret *Gonorrhoeam*, vocauit illam *l. 20. c. 13. extr. Profluuium genitale.* Et hæc quidem de nominibus paulo fuſius dixi, vt confuſionis periculum tollã. Sed quo modo conſideratur? Vt ſanguis alimentarius, qualis quidem in fœmina eſſe poteſt, & debet. Nempe enim huc ſpectant, quæ apud Philoſophum *diuerſis locis* dicuntur de ἀδυναμίᾳ καὶ ἀναπηρίᾳ φυσικῇ, *impotentia & mutilatione naturali fœminarum*. Qua de re quia egi *Com. in 14. Vs. part. 6.* afferam huc vnicum tantum Ariſt. locum *ex 4. Gen. 1. extremo.* Ἐναντίον δὲ, inquit, τῷ ἄρρενι τὸ θῆλυ. θῆλυ δὲ τῇ ἀπεψίᾳ καὶ τῇ ψυχρότητι τῆς αἱματικῆς τροφῆς, *Mas fœminæ cõtrarius eſt. Fœmina enim natura conſiſtit in cruditate & frigiditate alimẽti ſanguinei.* Et mox, cum docuiſſet, marem habere locum proprium, in quem ſemen ipſius recipiatur: addit, ταῖς δὲ θηλείαις, διὰ ἀπεψίαν, πλῆθος αἱματικὸν ἀκατέργαστον δὲ &c. *Quaſi diceret: Habent quidem & fœminæ locum talem, proportione reſpondentem illi, ſed amplius ille eſt (vterum intelligit) quia ſemen ipſum eſt ſanguis multus, ſed inelaboratus.* Et fit hoc quidem ἐξ ἀνάγκης *neceſſario*, vt 2. *Gen.* 4. docet Philoſophus, propter frigiditatem fœminæ naturalem: vtitur tamen Natura inelaborato illo ſanguine ad fœtus, partim conſtitutionem, partim alimentum. Vtrobique enim cum iterum coqui debeat, ſi ſanguis eſſet omnibus ſuis numeris abſolutus, Natura caderet fine ſuo. Bonus enim ſanguis (his quidem terminis) vlteriori coctione in bilem faceſſit. Et hoc eſt, quod 1. *Gen.* 20. ſcribitur, vt iam ſupra innui, Sanguis menſtruus ſemen eſt, οὐ καθαρὸν, ἀλλὰ δεόμενον ἐργασίας, *non purum, ſed coctione indigens*, quam in vtero præſtat partim ſemen virile, partim fœtus. Hoc explicat 2. *Gen.* 3. τὰ καταμήνια σπέρμα, οὐ καθαρὸν δέ. ἓν γὰρ οὐκ ἔχει μόριον (ita legit Accorambonus) τὴν τῆς ψυχῆς ἀρχὴν, *Menſtrua ſunt ſemen, quamuis non purum. Non enim habet formam ſeminis, hoc eſt, principium animæ ſenſitiuæ.* Quod principium vt recipere poſſit, δεῖται ἐργασίας, *opus habet noua elaboratione.* Quamobrem paucis ante lineis dixerat, ᾧ δὲ σπέρματος ὄντος περιττώματος, &c. *quæ ita intelligo. Semen maſculum, vbi vterum ſubiit, mouet ſemen fœminæ eo motu, quo ipſum mouetur, ad fœtus, inquam, conſtitutionem.* Mouet autem τὸ καθαρώτατον, *partem puriſſimam*, (χρηστότατον appellat Gal. 3. *in* 3. *Epid.* 73.) vt loquitur Philoſophus 2. *Gen.* 4. Cui quia opponitur ibi τὸ ἄχρηστον, ſunt, qui diuidant ſanguinem menſtruum in purum & impurum, quorum hoc dicunt ſingulis menſibus effluere in plerisque omnibus: illud retineri, & conſtitui inde fœtum. Ego vt non inficior, ſanguinem illum, qui effluit, ex euentu eſſe inutilem: ita ſubſtantiã eſſe malum & impurum, ab Ariſt. nondum vidi dictum. Si enim illius etiam, qui manet, pars quædam eſt inutilis: quomodo vox poteſt adſtringi ad illum tantum, qui effluit? Quamobrem ita puto, Sanguis menſtruus eſt ſemen non purum, hoc eſt, vt ipſe ſe explicat, non coctum: idem ſanguis, aut potius τὸ πλεῖστον αὐτοῦ, *maxima eius pars*, eſt ἄχρηστος, *inutilis* ob extremam cruditatem. Veriſimile autem omnino eſt, cum ſemen ſanguinem illum attractum coquit, coquere meliorem partem: vnde tantus fit in prægnantibus pleriſ-

pleriſque (primis fere menſibus) ſymptomatum concurſus, quæ cauſam habent relicta excrementa. A Veriſimile quoque eſt, cum prægnantes non ſunt, elabi id potiſſimum, quod aquoſiſſimum eſt, ob naturalem ῥοπὴν, quam habet: ita tamen, vt propterea malus aut impurus ſanguis dici non debeat, ſed crudus tantum, ſeu pituitoſus. Hac in re conſentit mihi Ioubertus 2. *Paradox.* 7. Cæſalp. 5. *Quæſt. Perip.* 2. B Iam igitur in duobus differt ſemen maſculum à fœmineo 1. Semen maſculum eſt ex ſanguine elaboratiſſimo, qui per vlteriorem coctionem in ſpermaticis vaſis eo euadit: Semen fœmineum nihil aliud eſt, quam ſanguis, ne ſatis quidem elaboratus, ſi cum ſanguine maſculo conferas. 2. Semen maſculum habet in ſe principium animæ ſenſitiuæ; Semen fœmineum non habet, ſed eſt inſtar ma- C teriæ duntaxat.

CAP. XXIII.

ET hæc quidem ita ſe habent: quibus vt ampliorem lucem fœnerer, proponam certa quædam problemata, in quibus tam ὀσία, *eſſentia* huius ſeminis accuratius explicetur, quam ἐπουσιώδη quædam, *illa, inquam, quæ eſſentiam* D *eius ſequuntur.* I. Poteſtne de hoc ſemine inſtitui ratiocinium ſimile illi, quale de maſculo inſtituit Ariſtoteles, *vt vidimus ſupra?* Poteſt omnino. Eſt enim excrementum, proportione reſpondens ſemini maſculo, differens in duobus illis, quæ dicta ſunt. II. Eſtne pariter excrementum ſecundæ coctionis? Eſt, ſiquidem ita accipias illam, vt ego, de hepate pariter & corde. E Heic quam Claudinus *Reſponſ.* 23. diſtinctionem parat, Eſſe excrementum ſecundæ coctionis immediatè, tertiæ mediatè: inanis eſt. Quod enim illud medium? Neque ſatis eſt, quod in Venis ſit. Diſtinguunt enim omnes, & maiores quidem venas, quæ in trunco ſunt, afferunt ſecundæ coctioni: minores, easque tantum, quæ in partes alendas eunt, tertiæ. III. Quomodo conſi- F deratur? Iam dixi. Quod ſi non ſufficit, & deſideras iuxtapoſitionem, dico: Vt τόδε τι, *vt compoſitum aliquod.* Materiæ rationem habent fibræ terreæ, é quibus moles partium fit: Formæ, calor, quem habet à corde. Vt enim *ſupra cap.* 8. docui ex Ariſt., Calor ingreditur definitionem ſanguinis. IV. Quod eſt temperamentum ipſius? Calidum & humidum; ſed in inferiori gradu, ſi compares cum ſanguine maſculo. Ob quem gradum ſæpè dicitur frigidus & crudus. V. Cur habet hunc gradum? Iam dixi; Neceſſario quidem; ob frigiditatem & humiditatem ſexus: Natura tamen abutitur ad eam rem, quam pariter dixi. VI. Cur tanta in copia gignitur, vt menſtruâ vacuatione ſit opus? Iam hoc quoque dixi. Quia enim frigiditas habitûs muliebris non permittit tantam ſanguinis diſſipationem, quantam calor habitus virilis: ſupereſt vtique, & quidem ob finem non ſemel dictum. At vero cum mulier; nec poſſit, nec debeat ſemper, vel in vtero habere, vel lactare: quando neutrum horum eſt, excernitur, adeoque vere excrementum eſt, quia Natura ad conſeruationem huius indiuidui non indiget. Nimirum, menſium & lactis eandem eſſe materiam, docet, non Ariſt. tantum 2. *Gen.* 4. ſed & Galenus 14. *Vs. part.* 8. 5. *Simpl.* 22. Ita *de Venæ ſect. adv. Eraſiſtratum, cap.* 5. Menſium & lactis (inquit) eadem eſt ſubſtantia, amborumque (vt quispiam dixerit) riuorum fontes communes. Quamobrem, quibus per ætatem menſes non amplius fluunt, his neque lac amplius in mammillis colligitur, &c. Sano itaque ſenſu indiget, quod *ibidem paucis ante lineis* ait Galen. Naturam ſingulo menſe vacuare mulieres, ſanguine ſuperfluo foras effuſo, quod genus illud domi ſemper agat, nec frequentibus exercitiis fatigetur; nec ſub ſole agat, atque ideo coacervet multos humores, &c. Ideo nempè vacuat Natura, quia (ceu dixi) non debebant ſemper in vtero habere, lactare. Et alioquin ruſticæ, quæ quotidie opus faciunt ſub ſole, tamen habent menſes ſuos. Ex his iudicare licet ea, quæ Syluius, *Com. de Menſibus*, aliique ſcribunt de magno mulierum appetitu; de infelici coctione, de vita ſedentaria, de aliis. Vtut.n. hęc nata ſint (concedam enim) augere copiam ſanguinis, neceſſitatemq; vacuandi: res tamen

tamen ipſa pendet ab longe alio claro, A
ab eo, inquam, quem ex Ariſt. & Gal.
fixi modo, & docet amplius Gal. 5. *Aph.*
39. Opifex noſter ita voluit. VII. Poteſt-
ne dari vna & certa ratio temporis, quo
fiat purgatio hæc? Reſpondet Ariſt. 2.
Gen. 4. ἀκριβῶς ἡ περίοδος ὀ τέτακται ταῖς
γυναιξὶ, *non eſt præſcriptus ei rei mulieribus
certus terminus.* Vt plurimum tamen,
quod *& ibi & poſtea* 4. *Gen.* 2. *item* 7. *Hiſt.* B
2. docet Philoſophus, decreſcente luna
fit. Tum enim corpora ſunt frigidiora &
humidiora, ob defectum luminis. Dico
Vt plurimum. Quia ſtatum tempus eſſe
non poteſt, ob diuerſitatem tempera-
menti & victus, qua de re videre tibi in-
tegrum eſt Mercurialem *l.* 4. *de Morb.
mul. c.* 1. Bonamicum 4. *Alim.* 17. Auer-
roem *in Paraphraſi ſuper* 2. *Gen.* 4. Lau-
rentium 2. *Anat. quæſt.* 22. Ego ne in vno C
quidem indiuiduo ſtatum habere ter-
minum dico. Hoc enim obſeruaui, ſin-
gulis menſibus anticipaſſe per biduum
aut triduum, vt ſpacio ſemeſtri quin-
quies tantum purgatæ fuerint. Quo ca-
ſu neceſſe eſt, ire aliquando noua luna,
aliquando plena, aliquando decrepita.
VIII. Cur Ariſt. ſcribit 7. *Hiſt.* 2. Paucis
ire ſingulis menſibus: plerisque vno in-
terpoſito? Coſtæus (cui conſentit Bo- D
namicus *loco iam dicto*) *l. de humano conce-
ptu c.* 12. ex Plinio *l.* 7. *c.* 15. reſpondet,
Paucis ire ſingulo menſe confertim, &
in magna copia, ſed trimeſtri ſpacio in-
terpoſito. Quod vt non valdè improbo:
ita magis mihi placet Alberti Magni,
Com. in eum locum, ſententia, Mendam
ſubeſſe. Quam licet violentam eſſe di-
cat Mercurialis *loco iam dicto*, *itemque de
Gener. hom.* 5. contraque fidem omnium E
Ms. Codicum: mihi tamen improbabi-
le videtur, erroris vetuſtatem debere
officere duobus illis eiuſdem Ariſt. ma-
nifeſtis locis, 2. *Gen.* 4. *&* 4. *Gen.* 2. vbi ait,
φθινόντων τῶν μηνῶν, *decreſcente luna*, περὶ τὰς
μῆνας φθίνοντας, *circa decreſcentem lunam.*
Quorum verborum explicationem, &
quaſi reſtrictionem ſi vis eſſe ea, quæ in
de Hiſt., & quidem ſenſu Pliniano: non
valdè pugnabo. Non refragabor etiam, F
aut more feroculorum quorundam ri-
debo, ſi in Græcia ita eſſe dixeris, non in
Scythia noſtra. Magnam enim in hac re
diuerſitatē eſſe, ſecundum quoq; regio-
nes, Accorambono credo *Notis in eum
locum.* Vide Maſſariam 4. *Pract.* 1.

Cap. XXIV.

IX. SEd cur omnibus tricenis diebus
potius, vt Plinius loquitur, quam
vel vicenis, vel quadragenis mouentur
menſes? Placet mihi Mercurialis *in de
Gen. hom.* determinatio, Quia eſt motus
quidã Criticus. Quando igitur dies Cri-
tici conſtituuntur per quartas ſeu heb-
domadas: quatuor autem hebdomadæ
conficiunt paullo minus quam inte-
grum menſem: ideo hoc potius modo
fit, quam alio. Tanto enim tempore tan-
tum colligitur, vt opus ſit expulſione.
Hoc eſt, quod 2. *Gen.* 4. dicitur, Non eſſe
motum hunc, ἄν μή τι βίᾳ πολλῇ, καὶ παρὰ
φύσιν, *niſi cum violentia, & præter naturam.*
Dum enim natura grauatur copiâ, in-
ſurgit, non ſine manifeſto corporis ſen-
ſu. Hoc (ſi quid video) dictum eſt de iis,
quæ naturaliter ſe habent: non de libi-
dinoſis illis, quibus aliquando ter eunt
in menſe, vt ſcribit Philoſophus noſter
7. *Hiſt.* 2. & ex eo Mercatus 1. *Morb. mul.*
4. Cæterum, id, quod dictum eſt de
quatuor hebdomadis, confirmatur ob-
ſeruatione illa mea, cuius modo memi-
ni. Vide, ſi placet, cenſuram huius motus
Critici apud Bonam. *l. c.* X. Cur anno de-
mum bis ſepteno fieri hoc incipit, 5. *Hiſt.*
14. 7. *Hiſt.* 1? Quidam dicunt ideo fieri,
quod calor in iunioribus ſit acrior, inſu-
matque ſanguinem. Hoc illis nullate-
nus dari poteſt. Quo enim modo cum
tanta humiditate, qualem primi anni
(præſertim in fœmina) ſecum ferunt,
tanta poſſit eſſe caloris acrimonia? tanta
vis ad diſcutiendum? Vera igitur cauſa
eſt, quod ante illud tempus abſumatur
omnis ſanguis in corporis incremen-
tum, 14. *Vs. part.* 4. Licet autem anno 14.
non definat augmentum, ſed duret vs-
que ad ἀκμὴν: non tamen poſtea requiri-
tur tantum ſanguinis, quantum antea.
Et poſſunt quidem circa hoc tempus
concipere: at, quia (vt dixi) corpus et-
iamnum indiget materia pro auctione,
vix ſunt viuidi fœtus ante annum ter-
ſeptimum, vt Ariſt definit 2. *Gen.* 4. 5.
Hiſt. 14. 7. *Hiſt.* 1. Fit autem hoc (vt idem
ait) ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, *vt plurimum.* Quare non
obſunt nobis exempla quædam rara ea-
rum, quæ vel quinto, vel octauo, vel no-
no æ-

no ætatis anno menſes habuerunt, con-ceperuntue. Qui vult, videat illa apud Schenkium 4. *Obſer.* 125. & Syluium, *Com.de Menſibus.* Sunt autem omninò tales breuioris vitæ. Vt enim Hipp. ait 6. *Epid.* 8. *t.* 16. Aetas ab ætate differt. Propterea, quod his quidem adole-ſcentia eſt, iam illis iuuentus eſt, & quod his iuuentus, illis perfecta ætas. Con-trà, diutius viuunt, quibus tardius e-rumpunt, cæteris tamen paribus. De maſculis penè eadem eſt ratio. Quo enim citius incipiunt libidinari, eo ci-tius ſeneſcunt, moriunturque. X I. Cur inter omnes fœminas, aut ſoli mu-lieri, aut nulli fœmellæ æque prodeunt? Proponit hoc Ariſtot. 5. *Hiſt.* 18. & re-ſpondet 7. *Hiſt.* 2. cæteris fœminis ver-ti in alimoniam corporis: aliis in pilos, in corticem, in ſquamas: alias eſſe ma-iores maribus ſuis, &c: quæ vide. No-ſtri addunt, Mulierem præ omnibus aliis eſſe voluptuoſam & otioſam, vn-de & multum ſanguinis gignatur, & parum diſcutiatur. Adde his iterum Maſſariam 4. *Pract.* 1. XII. Cum ſan-guis ſoleat fluere, aut per διαίρεσιν, *ſolutionem continui*, aut per διαπήδησιν, *transſudationem*, aut per ἀναστόμωσιν, *va-ſis apertionem*: quomodo fluit heic? Qui-dam volunt euincere *ex* 2. *Gen.* 4., A-riſtotelem ſtatuere διαπήδησιν. Ego ve-ro non magis διαπήδησιν, quam ἀναστό-μωσιν inde poſſum elicere. Tenuitas enim ſanguinis, non vaſorum, facit διαπήδησιν. Fit omnino per ἀναστόμωσιν, vt poſt Mercurialem Claudinus do-cuit. XIII. Sed quorum vaſorum ἀ-ναστομώσει? Vteri proculdubio: quo de non quæritur. Sed, fundi, an cerui-cis? Ariſtoteles *l.c.* videtur velle, fieri per vaſa fundi, cum ait, ἐκκρίνεσθαι εἰς τὰς ὑ-στέρας, *effundi in vterum.* Idem vult Ga-lenus 1. *Sem.* 7. At idem 6. *Loc. aff.* 5. *præcipue* 5. *Aph.* 60. videtur diſtingue-re, & docere, In non grauidis vacuari per fundum: in grauidis per ceruicem ſeu collum. Veſalius *lib.* 5. *cap.* 15. mi-ram profitetur diligentiam, quam in indagandâ hac re adhibuerit. Docet autem, ex cadauerum ſectione nun-quam quidquam diſcere ſe potuiſſe, quod ad alterutram ſententiam con-firmandam ſatis eſſet. Hac occaſio-ne (credo) vſus Columbus *lib.* 6. *A-*

A *nat. ſuæ* (conſentit huic Peramatus *de Procreat. hom.* 3.) arbitrium ſibi ſumens de toto negotio, Sæpenumero ſe vi-diſſe, ait, oculis ſuis in mulieribus, quæ violenta morte perierint, vel dum men-ſes illis fluerent, vel dum propediem in-ſtarent, exire ſanguinem hunc per cer-uicem. Quod vidiſſe illum vt negare non auſim: ita concludere ille non po-B teſt, aut hoc tantum, non etiam illud fieri, aut perpetuum hoc eſſe in omni-bus. Quoties enim factum fuiſſe cre-dendum eſt, vt pœna capitalis in eos exacte dies incideret? niſi forte metus mortis ciere potuit? Sed viderit (vt lo-quitur) ſæpenumero: quid reſpondebit ad duo Veſalii argumenta? Primum eſt: In procidentiâ vteri manifeſte apparet, ſanguinem menſtruum vacuari per fun-C dum vteri. Secundum eſt: Quæ conci-piunt, illis ſecundæ adhærent vteri fun-do. Veriſimile autem omnino eſt, per ea vaſa ire ſanguinem, qui ſingulis menſib. vacuatur, per quæ it ille, qui fœtum con-ſtituit, alitque in vtero. Quod attinet di-ſtinctionem Galenicam, idem Veſalius docet, nullam adeo neceſſitatem eſſe, grauidas ſemper purgari per ceruicem. Neq; enim toti vteri capacitati ſecundæ D adhærent, (quin immo, alteri tantum parti, vt infra docebo) neq; vterus in o-mnibus tam exacte clauditur. Quid mi-ri igitur, ſi fluat ex illis vaſis, quæ occu-pata non ſunt? maxime, in iis, quibus v-terus non eſt clauſus, quæque ſuper-fœtare poſſunt? Quamobrem conclu-do, Poſſunt fluere vtrinque, & modo ex his fluunt, modo ex illis, modo ex vtris-que. X I V. Quæ cauſa eſt eius rei, quam E modo tetigiſti, Quibusdam etiam gra-uidis fluere? & quidem aliquibus, pri-mis tantum menſibus, aliquib. toto ge-ſtationis tempore? Vnam cauſam ſupra attuli *ex* 1. *Gen.* 19. *extr.* Præter naturam eſſe. Ait enim Philoſophus, ἀλλὰ τοῦτο μὲν νοσηματῶδες, *ſed hoc morboſum eſt.* Ita 4. *Gene.* 5. παρὰ φύσιν, *contra naturam* ait eſſe. Et addit, βλάπτει γὰρ τὸ κύημα, *læ-dit enim conceptum.* In eandem ſenten-F tiam 7. *Hiſt.* 2. ſcribit, φαῦλα τίκτουσι, καὶ μὴ σώζουσιν εἰς αὔξην, &c. *Tales*, inquit, *pariunt liberos morboſos, quique non diu vi-uunt, aut, ſi viuunt, morboſi ſunt.* Loqui-tur autem de iis, quæ toto tempore ha-bent. Iam addo alteram, Otium & lu-

xum mulieꝛcularum noſtrarum, qui- A bus peruertunt; & falſi conuincunt Hipp. noſtrum, 5. *Aph.* 31. docentem, Mulier grauida ſanguine miſſo abortit, maxime, ſi maior ſit fœtus. Quota enim quæque eſt, quæ hodie ſecare venam non erubeſcit? Et accidit hoc pleriſque bene, illis, dico, quæ valde ſanguineæ ſunt. Sed accidit etiam multis male, fitque inde, vt non tantum B partus ſint difficiles, ſed & fœtus ipſi poſtea, vel ſemper miſeri, vel cito moriantur. Quo fit, vt amplectar conſilium Syluii, *Com. iam nuper citato*, Non niſi illis venam eſſe ſecandam, quæ menſes habent, dum grauidæ ſunt: ſed cum hoc additamento, Si certum ſit, eſſe ex ſanguine laudabili. Si enim ſit ex ſanguine tenuiore, qualis non tantum in bilioſis eſt, ſed & in lineoſis: C non admitto conſilium. Hinc intelligitur, Cur quædam, etiam dum lactant, menſes habeant? Docet id Ariſtoteles quoque 7. *Hiſt.* 11. Vide Augenium 5. *Epiſt.* 1. Chr. à Veiga *Com. in dict. Aph.* Accoramb. *tract. de vſu lactis.* An & in his & in illis non meretur dici ſanguis menſtruus? Certe Hollerius *in Scholiis ad libr. 1. de Morb. int. cap.* 58. valde veriſimiliter docet, ex D hæmorrhoidibus vteri fluere. An potius τὰ λόχεια ſenſim & ſenſim in his ſecedunt? Sanguis enim eſt ater, quem iure dixeris eſſe reliquias boni illius alimenti, quod fœtus capit. Argumentum eius rei eſſe dixeris, quod ſanguis hic it, non cum moleſtia, vt dixi de menſtruo: ſed ſine illa, docente Bonacciolo *lib.* 2. *de* Conceptu *hom. cap.* 2. Vide de hac re Paſchalium ad Pere- E dam *libr.* 1. *cap.* 55. XV. Quot diebus ſolet abſolui fluxus hic? Non in omnibus eodem temporis ſpacio. Pro diuerſitate enim temperamentorum, ætatis, aliarumque circumſtantiarum hæc variant. ὅσαις ὀλίγον χρόνον γίνεται, δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας, ἀπαλλάττουσι ῥᾷον, *quibus exiguo tempore fit, puta, duos aut tres dies, eæ facilius defunguntur, inquit Philoſophus* 3. *Hiſt.* 2. Dixeris hoc ex Hipp. eſſe, qui F *de Morb. mul.* 15. Moderati, inquit, menſes ſunt, qui ad duos aut tres dies durant. Longius aut breuius tempus morboſum eſt. Atque hæc duorum ſummorum virorum teſtimonia faciunt, quo minus credam Auerroi, 3. *Coll.* 29. dicenti, Et tempus naturalis purgationis breue, eſt vnius diei: longum, eſt dierum ſeptem. Licet enim in morboſis etiam vltra ſeptimum extendi poſſit: in ſanis tamen abſolui poſſe vno die, prohibent me credere illi, quos dixi. Bonamicus 4. *Alim.* 17. omnia refert ad maiorem, minoremue caliditatem. XVI. Qua quantitate ſolet eſſe? Hipp. *l. c.* ad duas heminas Atticas refert, hoc eſt, ad ℥xxx, vt computat Mercurialis *de Morb. mul.* Sed reuera, vt idem Mercurialis docet, Non poteſt certum quid dici.

Cap. XXV.

XVII. Quam diu, ſeu, ad quot annos durare ſolet? Ariſt. 7. *Hiſt.* 5. ſcribit, Circa annum quadrageſimum pleriſque ſiſti: quib. autem tum non ſiſtitur, illis ire ad quinquageſimum vſque. ἀλλὰ τοῦτο μὲν σπάνιον γίνεται, *at hoc raro fit.* 5. *Hiſt.* 14. Magnâ enim ex parte circa annum quadrageſimum quintum deſinunt eſſe fœcundæ. Quo magis dici poterit, ſi quæ peperit anno ſexageſimo, eſſe id rarum, & pene monſtroſum. De partu Conſtantiæ Imperatricis, poſt annum ſcilicet quinquageſimum, quomodo dubitatum fuerit, non ab hoſtibus tantum, ſed & ipſis coniugibus, quæque turbæ illum exceperint, videre eſt, cum apud alios, tum apud Collenutium *libr.* 4. *Hiſt.* Neapol. XVIII. Cur per hanc potius partem, quam per aliam it ſanguis hic, v. g. per nares, per hæmorrhoidas? Vt natura aſſueſcat huic viæ: non autem, quia vterus eſt debiliſſimus, quod quidam cenſent. Interim non nego, fieri id poſtea, & ex accidenti, Quia natura aſſueſcit huic viæ, ſi contingat in corpore error aliquis, mittit etiam eo excrementa. Hinc vterus dicitur cloaca omnium, quæ in fœminis gignuntur, ſordium, ex Hipp. *lib. de loc. in hom.* 6. & Ariſtot. 4. *Gen.* 7. Atque huc faciunt, quæ ex Galen. & Syluio non ita pridem dicta ſunt. XIX. Vtrum ſola quantitate ſit excrementum, an etiam qualitate? Si bene ſe habent fundamenta noſtra, nullo modo poteſt eſſe excrementum qualitate, 3. *Cauſ. ſympt.* 2. quod

2. quod eum veneno comparant quidam. Statuit id tamen Fernelius 7. *Phyſiol.* 7. quem ſequitur longa pompa, inter quos celebriores ſunt, Cardanus *Com. in Hipp. lib. de aere, aq. & l.* 8. Bottonus *de morb. mulier. cap.* 7. *& ſeq.* Horum Rhetoricationes (vt ſic dicam) qui cognoſcere vult, ſimul quid in vniuerſum & ſingulis reſponderi debeat, adeat Ioubertum 2. *Paradox.* 1., aut, in eius defectu, referendarium ipſius Caſmannum 2. *Pſychol.* 8. *diſp.* 9. Peramatum *l. de Procr. hom. cap.* 16. Laurentium 2. *Anat. quæſt.* 20. Claudinum, 1. *Reſponſ.* 23. Horſtium noſtrum 1. *Nat. hum.* 1. *quæſt.* 7. Paucis, ſi ita vis. Quamdiu ſanguis hic à natura gubernatur; tamdiu bonus eſt, & naturæ amicus. Vbi autem corrumpitur, vel ex diuturniore mora, vel ex admiſtione prauorum excrementorum: fieri & ipſum prauum, naturæque inimicum, rationabile eſt. Venenum tamen fieri nego, quatenus venenum à pernitioſo diſtinguitur in Medicina. Huius meæ aſſertionis hæc duo iam fulcra ſunto. Hipp. 1. *Morb. mul.* 15. ait, χωρέειν, οἷον ἀπὸ ἱερείου, *fluere quaſi ab animali iugulato.* Huius interpretationis fides ſi tibi ſuſpecta eſt forte, Caſaubonum adi *Animaduer. in* 1. *Athenæi* 11. Qui ſi ſatis non eſt, accedat Ariſtot., qui 7. *Hiſt.* 1. ait, τὰ καταμήνια εἶναι αἷμα, οἷον νεόσφακτον, *menſes eſſe ſanguinem, qualis à recens mactato animali profluit.* Et hæc quidem hactenus: quibus ἐπεισοδίου loco addo, propter adoleſcentiores, Columbi & Valuerdæ craſſiſſimas ſubtilitates. Ideo, inquit Columbus *lib.* 12. *Anat.*, ſanguis hic ad fœtum neceſſarius non eſt, quia quibuſdam grauidis fluit. Pulcrum! Si enim paucis quibuſdam, ergo ne omnibus? Sed & ipſus ſe refutat, cum ait, Factum hoc fuiſſe ob magnam ſanguinis copiam. Nimirum, ob hanc eandem dixi quibuſdam ſecari venam. Quod vero præcipue mireris in homine, eſt, Putat, illũ tantum ſanguinem dici menſtruum, qui ſingulis menſibus effluit: ideo addit, In quibus non gignitur in tanta copia, in iis vniuerſum diſtribui ad fœtum ipſum, naturæ miraculo. Ego vero ſupra dixi, quid vocetur ſanguis menſtruus, non, inquam, ille, qui oſtentare ſe ſolet ſingulis menſibus, cum mulier in vtero non

A habet, lactatue: ſed quem natura deſtinauit alendo fœtui. Alitur igitur fœtus, non illo ſanguine, qui è venis in vterum effluxit: ſed ſemen trahit illum è venis, vt infra latius explicabitur. Valuerda 3. *Anat.* 17. videri vult, φιλοσοφικωτέρως egiſſe hanc rem. Ait enim 1. Si ſanguis hic eſſet neceſſarius ad conſtitutionem animalis, omnia animalia habe-
B rent. At non habent omnia: immo ſola mulier & equa, teſte ipſo Ariſtotele. Argumentum hoc eſſe factum ad imitationem illius, cuius ex 1. *Gen.* 4. de teſtibus facta eſt mentio, Bonamicus obſeruauit 4. *Alim.* 16. Reſpondit autem ipſe Ariſtot. 7. *Hiſt.* 2. vt pluribus non ſit opus. 2. ait: Multæ pariunt, & pariunt liberos ſanos, quæ nunquam habuerunt menſes. Ego dico, Non valde multis ac-
C cidere, ſed pauciſſimis, & inter millenas forte vni, qualis illa fuit, quam Rondeletius *Meth. cap.* 24. ait duodecies pepeeriſſe, & non habuiſſe hunc fluxum vnquam. Sed & nouerat hoc Philoſophus, 1. *Gen.* 19., ceu dictum eſt mihi. 3. ait, Quod ſingulis menſibus eiicitur, tam eſt prauum, vt fœtum interficere potius aptum ſit, quam natum alere. Qui priora non legit, is deſiderat reſponſionem.
D Modo illud addo ex Bonamico: Debebat ſanguis hic coqui à ſemine viri, fœtuque: quod cum non fit, quid miri, ſi vitium capiat? 4. ait. Multæ initio conceptionis purgantur: quod ni fieret, periclitaretur infans. Ita eſt, veruntamen cum explicatione, quam dedi. Ex magna igitur illa copia dum capit infans, quod ſatis ſibi eſt, ablegat autem ſuper-
E fluum: quid incommodi inde habet ſententia noſtra? Tandem ait. Non ob copiam fluere, alias fieret ſine illis ſymptomatis, quæ videmus: fieri autem, cum excrementa quaſi fermentata turgent. Magnum poſtulatum! Etiam ob ſolam copiam non adeſſe ſigna pellentis naturæ! Sunt autem tanto euidentiora, quanto ſanguis eſt impurior. Ideo illæ, quæ purgantur per ſex aut ſeptem dies, recte poſſunt appellare malam ſuam
F ſeptimanam, ob dolores grauiſſimos, ſtrangulationes, aliaque quæ facit muſtum illud feruens. An vterque horum fundat ſe ſuper diſtinctione illa, Aliud eſt ſanguis menſtruus, aliud ſanguis, quo fœtus nutritur? Menſtruus ſanguis

eſt (dicit quidã) qui ſua natura malignus eſt, & non gignitur in omnibus: in quibus autem gignitur, ſiquidem grauidæ non ſint, pellitur ſingulis menſibus; ſi ſint, facit in illis picas, vomitus, alia ma-

A la, collectus autem vacuatur poſt partum ſub nomine τῶν λοχείων, &c. Hæc repudiabit, qui priora bene intellexerit. Quare gradum iã facio.

CASP. HOFMANNI
DE
GENERATIONE HOMINIS
LIBER SECVNDVS.

Cap. I.

Explicata quoquo modo natura & eſſentia vtriuſq; principii noſtri, deinceps propiꝰ veniendum eſt ad rẽ, applicandumq; agẽs ad patiẽs. Nam, quid agendo ſemen maſculum in ſemen fœmineũ, producit hominem? Heic quoniam ab omnibus, tam Peripateticis, q̃ Galenicis, ſemini maſculo tribuitur vis

C actiua, ſeu effectiua: ab omnib. etiam pariter diſputatur de *δυνάμει, facultate, ſeu, vt Scaliger vult, poteſtate quadã, virtuteue*, quâ agente ſeu operante ſequatur effectus, qui eſt hominis ex ſemine generatio. Vocant hanc, qui Græcas amant literas, πλαστικὴν, διαπλαστικὴν, δημιουργικὴν, ποιητικὴν, *formatricem ſeu formatiuam, efformatiuã ſeu informatiuam, fabricatricem, effectricem, & forte aliter.* Schegkius *in libb. de hoc nego-*

D *tio* retinuit Græcum, vocauitq; Vim plaſticam, quem ſequar. De hac qui dicere occipit, ſubito inuoluit ſe quęſtioni vulgatiſſimæ iuxta & tenebricoſiſſimæ, de formarum origine. At vero quia illa nimis longe abducit nos à ſcopo, ſufficiet forte autores tantum monſtraſſe, qui illam proſecuti ſunt. Inter hos Conimbricenſes ſunt, *Com. in Ariſt. 1. Phys. 9. quæſt.* 12., *& Com. in 1. de Gen. & Cor. 4. quæſt. 8. & 13.* Fonſeca *Com. in 5. Meta. 2. quæſt. 4.* Ruuio *in 1. Phyſ. 2. quæſt. 1.* Pererius 5. *Co. princ.* 21.

B *&* 22. Pendaſius *in Exam. princ.* 20. Bonamicus 2. *de Motu* 28. *& ſeq.* Argẽterius *in 1. Aph. 1.* Vicomercatus 2. *Princ. natural.* 9. *&* 10. Eraſtus *diſp. de medicament. ꝓpriet. c. 14. & ſeq.* Breuiter, Formas & vim formatricem nõ neceſſe habemus aliunde petere, cum omnes res creatæ ſuam ꝑfectionem in ſe habeant, natæq; ſint ſimile ſibi (ꝙ ipſum ſit omnib. ſuis numeris ꝑfectũ) ꝓducere. Quando igitur Vis plaſtica eſt

C aliquid animalis, quid eſt? Gal. *de Form. fœt. 6. itẽ 9. Sẽt. Hipp.* 8., cũ quo Th. à Veiga facit *Com. in 6. Loc. aff. vlt.* oratorie magis mirantur, quæ facta ſunt à Natura, q̃ dicunt, à quâ cauſâ fiant. Idem Gal. 17. *Vs. part. 1.* videtur inclinare ad Animã mundi Platonicam. Quo it (niſi fallor) 1. *Tẽp. vlt.*, idemq; ſenſiſſe Ariſtotelem, ꝑſuadere vult 2. *Tẽp. 6.*, vbi dubitat, vtrum Vis plaſtica ſequatur omniũ partium tem-

D periem, quatenus ab elementis ſunt? an potius diuiniorem aliquã ſuperne originem habeat? Quare de elementis ſubiicit, εὔλογον, ὄργανα μὲν εἶναι αὐτὰ· τὸ διαπλάττον δ' ἕτερον, *rationabile eſt, elementa quidem ſeu elementorũ qualitates inſtrumenta duntaxat eſſe: id autem, quod format, aliud quid eſſe, fortaſsis, Animam mundi.* Contra hanc quę dicant Conimbricenſes, *in Phys. l. c. 2. item de Cælo 1. quæſt. 1. art. 3.* ſi videre libet, licet.

E Cæterum, quia Gal. *in de Form. fœt.* negat, τὴν ἐν τῷ σπέρματι ψυχὴν διαπλάττειν τὸ ἔμβρυον, *animam, in ſemine contentam, formare*

fœtum

fætum;ea ipſa autem,vel eſt ſententia Ariſtotelis,vel non longe ab illa abeſt: age videamus rem paullo attentius cum Bonamico *4. & 5. Alim.ſparſim.* Quandoquidem animæ hominis ſunt variæ facultates, quarum aliæ agunt per qualitates elementares, aliæ non agunt:ſi Ariſtoteles quaſdam deducit ex ſemine paterno, quaſdam θύραθεν ἐπεισιέναι, *forinſecus accedere* ſcribit, vtique certi quodammodo eſſe poſſumus de ipſius voluntate. Atqui τὸ φυτικὸν, *anima vegetatiua*,vna cum τῷ αἰσθητικῷ, *anima ſenſitiua*, obitur à qualitatibus elementaribus, quibus vtuntur illæ pro inſtrumentis. Ergo.Intelligitur hoc amplius ex oppoſitione. Si enim τὸ λογιστικὸν, *anima rationalis*, quam νοῦν, *mentem* ſolet ille vocare, μόνον θύραθεν ἐπεισιέναι, καὶ θεῖος εἶναι μόνον, ὅτι τῇ αὐτοῦ ἐνεργείᾳ οὐ μὴ κοινωνεῖ σωματικὴ ἐνέργεια, 2. Gen. 3. *ſolus accedit forinſecus, ſolusque diuinus eſt, quod actio ipſius nihil habeat commune cum actionibus corporalibus*: manifeſtum erit, quid ſentiendum ſit de reliquis facultatibus. Hoc docent illa, quæ ſequuntur, ab omnibus vexata, à paucioribus recte accepta: Πάντων ἐν τῷ σπέρματι ἐνυπάρχει, ὅπερ ποιεῖ γόνιμα εἶναι τὰ σπέρματα, τὸ καλούμενον θερμόν. τοῦτο δὲ πνεῦμά ἐστι, ἐμπεριλαμβανόμενον ἐν τῷ σπέρματι, καὶ ἐν τῷ ἀφρώδει, καὶ ἡ ἐν τῷ πνεύματι φύσις, ἀνάλογον οὖσα τῷ τῶν ἄστρων στοιχείῳ, *In omni animalium ſemine ineſt, quod facit, vt ſemina ſint fecunda, vocatum, inquam, Calidum. Hoc ſpiritus eſt, incluſus ſemini, ſeu potius parti ipſius ſpumoſæ, & in ſpiritu natura quædam, proportione reſpondens ſtellarum elemento.* Heic quid eſt γόνιμον ποιεῖν? Dicat Bonamicus noſter 4. *Alim.* 19. Spiritus, in aëria ſeminis ſubſtantia comprehenſus, aſperſus autem à calore cœleſti, & vià patre accepta, & ea, quam è cœlo participat, in vterum fœminæ coniectus, concoquit materias, à fœmina infuſas, & pro ratione ipſarum variis modis afficiens, efficit inſtrumenta; dum vero ea fabricat,appellatur Vis διαπλαστικὴ, ſeu, δημιουργικὴ; ſed vbi exſtructa fuerint inſtrumenta, vt vti illis queat, quæ prius erat Vis formatrix, illis vtens degenerat in Animam,mutata ſcilicet habitudine, quam habebat ante organorum fabricationem,& poſtquam organa formata

A fuerint, tum iis vtitur, eadem ſubſtantia permanente. Et poſt pauca, ſi ſenſum afferre, ſatis eſt: Eadem ſubſtantia eſt, quæ Vis formatrix dicitur ante organa,& Anima,quæ poſt organa. Tu vero fortaſſis hinc occaſionem capis dicendi cum Fernelianis, Cœleſtem,adeoq; diuinam eſſe Vim hanc plaſticam? Quamobrem hæc addo ſuperiorib. Deus & Cœlum apud Peripateticos ſunt prima viuentia, prima principia, primæ cauſæ omnis vitæ, ſiue illam plantę dicas, ſiue animalis, ſiue hominis: ſed Deus quidem, vt mouens ſeu cauſa remotiſſima, libere agēs; Cœlum autem, vt mobile, ſeu cauſa propinquior, ex præſcripto cōditoris agens. Eſt.n. Cœlum in id inſtitutum, vt præſit mutationibus rerum naturalium. Ideo recte dictum eſt ſupra, Si Cœlum ſtaret, omnia inferiora ſtarent, hoc eſt, non eſſet vlla viciſſitudo generationum& corruptionum. Cœlum ergo quia effectus omniū rerum cōtinet eminenter, motu & lumine efficit in his ſublunaribus Calorem, quo omnia animantur. Efficit autem,non quia immittit ſubſtantiam aliquam calidam: ſed quia ſubſtantiam calidam, quæ in nobis eſt, exſuſcitat, fœcundamque reddit. Hæc res exemplo declaretur. Cerealia ſemina, quæ per autumnum ſpargit ruſticus, cur nō germinant per hyemem? Deeſtne illis aliquid ad perfectionem? Non puto: Accedente enim calore cœleſti germinant. Calor igitur cœleſtis eſt ille, quo fauente,& pullulant,& creſcunt,& ad maturitatem denique perueniunt. Ita ſemen humanum, calefactum à ſuperioribus, redditur γόνιμον, quod eſt (.vt explicant.) ζωόγονον, καὶ ζωοποιόν, *vt aptum ſit producendo animali.* Hoc Ariſt. voluit dicere illo iam allato, Homo generat hominem & Sol. Pendent enim hæc noſtratia è ſuperioribus, propter æquiuocam connexionem, non propter vniuocam effectionū communionem, vt, paulo ſanius quam Cæſalpinus, Scaliger loquitur *Exerc. 6. num. 5.* Hoc volebant veteres, cum Cœlum, & Solem, adeoq; ſupera corpora omnia, generantis & patris nominé vocabant, *vt eſt 1. Gen. 2.* Dicis. Cœlum igitur quia dat ſemini formam, cur cœleſte non dicitur ſemen? Dico. Cœlum primo dat homini: ſecundario ſemini, quod homo profundit. Totum igitur

quia ab homine eſt, iure etiam dicitur Humanum, non Cœleſte. Pendet autem ab homine συνδυαζομένῳ tamdiu, quamdiu durat ὁ συνδυασμὸς. Quo abſoluto, exſiſtit forma ſeu λόγος, ſuperſtes in materia, ſeu ὄγκῳ ſeminis, iamque actu diſtincta eſt forma ab efficiente, ſemen fœcundum à patre fœcundo. Et hanc ob cauſam dicebatur priſcis ἀπόσπασμα ψυχῆς καὶ σώματος, ceu vidimus ante. Nimirum, vt ignis (qua ſimilitudine Bonamicus vtitur) excitatur p attritionem duorum corporum ſolidorum: ita in συνδυασμῷ excitatus ſpirit[9] exſilit cum corpore ſuo in fomitem, in quo nouum ignem excitat, qui Anima dicitur. Patet ex his, quatenus Themiſtio & Auerroi, *Com. in 2. de Anima* 12. concedi poſſit, Vim plaſticam eſſe cœleſtem & diuinam? Quia Cœlum ita irradiat materiam ſeminis, vt apta ſit producendæ ſpeciei ſuæ. Quo tenduntilla, quæ ſupra dixi de diuinitate Calidi natiui, quia, inquam, viuificat elementa. Poteſt & alio modo diuina eſſe, quatenus forma eſt θεῖόν τι, 1. *Phyſ. t.* 81.

CAP. II.

TV dicis fortaſſe, Si omnino ita eſt de inferioribus animæ gradibus: quid fit de rationali? eſtne illa quoque ex ſemine? Si de Ariſtotelis mente (quam exponere nobis animus eſt) quæris, auſim pene affirmare, Non eſſe ex ſemine. Hoc enim loquitur diſertis plane verbis locus ille, quem *ex 2. Gen. 3.* attuli, cum ait, Mentem accedere forinſecus. Hoc clamant illa *2. de Anima 2. t.* 21. περὶ δὲ τοῦ νοῦ, καὶ τῆς θεωρητικῆς δυνάμεως οὐδέπω φανερόν. ἀλλ᾽ ἔοικε ψυχῆς γένος ἕτερον εἶναι. καὶ τοῦτο μόνον ἐνδέχεται χωρίζεσθαι, καθάπερ τὸ ἀΐδιον τοῦ φθαρτοῦ. *Quaſi diceret, Definitio animæ, præcedenti cap. tradita, non extendit ſe ad hominem, ſeu ad animam rationalem. Imo videtur illa ſpecies eſſe alia quædam animæ, eamque ſolam eſſe ſeparabilem à corpore, quemadmodum incorruptibile & æternum à corruptibili.* Quibus ex locis, aliiſque pluribus, quibus diuinitatem τοῦ νοῦ, *mentis ſeu intellectus* prædicat, clare intelligitur, Quid de animarum noſtrarum immortalitate ſenſerit Ariſtoteles? Quod autem non definierit, Vnde ſit anima noſtra? mirum non eſt. Poſtquam enim diſceſſit à Platone,

A qui ex Anima mundi decidebat: non ſuppetebat autem illi alia ratio: maluit in dubio relinquere, quã temere iactare falſa. Nempe hunc fuiſſe illi morem ſcimus, vt in iis, in quibus ſenſus fides illum deſtituebat, non temere, aut affirmaret quid, aut negaret. Illud, ne temerarius haberetur: hoc, ne impius. Non me latet, Hawenreuterũ noſtrum *in Oratione primum ſua Magiſtrali, anno* 1574. *habita,*
B *deinde in Com. in 3. de Anima* 5., quæ Goclenius quoque habet inter alia ſimilis argumenti, *anno* 1594. *edita*, probare voluiſſe, Traducem (vt hodie fere loquimur omnes) etiam de mente Ariſtot. eſſe. At vero, quia loca, quæ affert, non perſuadent; immo vero, quia ad loca contraria, aut nihil reſpondet, aut non ſatis: hactenus ego illi aures dare non potui. Idem dictum velim de Rumbau-
C mio, *in præf. Exerc. de Gen. fœt. item Ex.* 72. *& ſeq.* Cæterum, licet quæſtio de traduce ſit obſcura, explicatu difficilis, periculique plena, quod in quamcunque partem ſtatuatur aliquid ſequantur abſurda, quæ vel in ſacræ ſcripturæ diuinitus patefacta teſtimonia impingunt, vel refragantur perpetuo Naturæ ordini, vt vere loquitur ſummus Vir, Caſp. Peucerus *in elegantiſſimo tractatu de eſſen-*
D *tia & ortu animæ*: tamen, quia licuit ſemper, ſemperque licebit in medium proponere, quid quaque de re ſentias, ita puto. Si in omnibus, quæ generantur, generãs dat generato totum, v. g. equus generat equum, aſinus aſinum, canis canem, & ſic de cæteris, ita, vt ad perfectionem cui[9] libet ſpeciei nõ deſit quidquam: cur homo ſit infelicior equo, aſino, cane? Quin Natura ipſa, ſi loqui poſ-
E ſet, indigniſſime ſe ferre clariſſimis verbis teſtaretur, adimi ſibi nobiliſſimam operationem, hoc eſt, generationem ſubſtantialem, vt alicubi ſcribunt Conimbricenſes. Huius ſententiæ fuiſſe memini viros clariſſimos, eoſdemque præceptores meos optimos maximos, DD. Ph. Scherbium, & Nicol. Taurellum, cuius hac de materia ſuperſũt geminæ Diſputationes, *quarum altera anno* 1596. *reſpon-*
F *dente Stanislao Iurgeuicio habita fuit, altera anno* 1604. *reſpondente Chriſtophoro Leibnitzio.* In quibus, vt in toto quoque negotio, ſi quædam nimis accurate, adeoque ſuperſtitioſe diſputantur, penſiculantur-

lanturque: non ego id valde probo, ſed ad illos me adiungo, qui ſobrietatem quandam, & parſimoniam in eiuſmodi controuerſiis deſiderant. A me autem qui argumenta, vel pro ſtabilienda hac parte, vel pro diruenda aduerſaria expectet: is pariter accuſet me pruritus cuiuſdam omnia inculcandi huic commentario. Quæ cauſa quoq; mihi eſt, cur excutere nolim ea, quæ de Vi plaſtica ſcripſerũt, Leonicenus *libro ſingulari*, Schegkius *tribus integris*, Langius 1. *Epiſt.* 14. alii aliis locis. Mihi enim ſatis eſt dixiſſe, In ſemine maſculo eſſe virtutem quandã, à mare propagatam, quæ è ſemine fœmineo, tanquam materiâ, fingat alium hominem. Atque hanc dici Vim plaſticam. Nec me Gal. moratur, qui negat, Animã ſeminis hoc poſſe, οὐ μόνον οὐκ οὖσαν σοφήν, ἀλλὰ καὶ παντάπασιν ἄλογον, *quod non tantum non ſapiens ſit, ſed & omnino bruta.* Qui enim inſtituit generationem hãc ſubſtãtialem, ſupra omnes eſt ſapiens, & omnibus modis prudens, quo ipſus it5. *Aph.* 39. Et hic eſt iuſſus ille diuinus, de quo Eraſtus *l. c.* aliique egregie philoſophantur. Pariter nõ diſcutiam, ad quam facultatem pertineat hæc vis? Videri autem poteſt de controuerſia illa Valleſius 2. *Controu.* 18. Bonamicus 4. *Alim.* 1. Peramatus *l. de Facult. c.* 6.

CAP. III.

HEic nobiliſſima ſeſe ingerit diſputatio, An ſemen, à patre abiunctũ, ſit animatum? ſeu, vt alii loquuntur, viuatne? ſi ſit ita, quo modo? actu? an potentia? Pleriq; omnes, dum conantur rẽ explicare, implicant. Audientes enim actum, ſubito intelligere volunt illum ſecundum, quo animal eſt animal, hoc eſt, intelligunt animam, inſtructam inſtrumentis illis, quib. animal vnumquodque indiget ad edendas actiones ſuas. Tum vero abſurdum dictu non eſt, Semen nõ eſſe animatum. Ergo potẽtia eſt animatum, dicunt, Sed & horum non pauci errant, dum potentiam intelligunt nudã, qualis eſt in ligno, è quo fieri poteſt mẽſa. Tum vero idem eſt, ac ſi dicas cum priorib., Semen non eſt animatum. Qui primus inter recentiores mihi fregiſſe glaciem hanc viſus fuit, Scaliger eſt, *Exerc.* 7. *n.* 5. cui lumen præiiſſe, non Auerroëm tantum, ſed & ipſum Ariſtotelem, poſtea didici. Docuit is, duplicem eſſe potentiam, ꝓpinquam & remotã: duplicem quoq; actum, primum & ſecundum. Et hunc quidem (actũ ſecundum) coincidere cum potentia ꝓpinqua: illum (actum primum) cũ potẽtia remota. Si ergo quæras de ſemine, Eſt (inquit Scaliger) animatum potentia remota, ſeu actu primo: non eſt animatum, potentia propinqua, ſeu actu ſecundo. Vt intelligas, accipe hæc quoq;. Semen cuiuſq; animalis habet animã, quæ poſſit fabricare ſibi inſtrumenta, ſuo generi apta: Semen nõ habet animã, quæ habeat iã inſtrumenta illa, quib. operantur ſingula animalia. Hoc, niſi fallor, Auerroes voluit, *Paraphr. in* 2. *Gen.* 3. Nõ poſſumus (inquit) dicere, animam ineſſe ſemini: non poſſumus etiam dicere, ſemen nullam habere animã: ſed dicere poſſumus, habere potentiam animatam. Hoc clarius docuit optimus magiſter, vt Bonamicus appellare ſolet, 2. *Gen.* 1. ὅσα φύσει γίγνεται, ἢ τέχνῃ, ὑπὸ ἐνεργείᾳ ὄντος γίνεται, ἐκ τοῦ δυνάμει τοιούτου, *quæcunq;, aut à natura fiunt, aut ab arte, fiunt ab eo, quod actu eſt, ex eo, quod potentia tale eſt.* τὸ μὲν οὖν σπέρμα τοιοῦτον, καὶ ἔχει κίνησιν, καὶ ἀρχὴν τοιαύτην, ὥστε, παυομένης τῆς κινήσεως, γίνεσθαι ἕκαστον τῶν μορίων, καὶ ἔμψυχον, *q. d. Semen igitur cum ſit agens naturale, habet in ſe potentia principium tale, vt, poſtquam motus non eſt amplius, pars vnaquæque ſit actu id, quod ſemen erat potentia.* Et poſt pauca: ἡ τῆς φύσεως κίνησις ἐν αὐτῷ, ἀφ' ἑτέρας οὖσα φύσεως, τῆς ἐχούσης τὸ εἶδος ἐνεργείᾳ, *principium motus naturæ eſt in eo ipſo, quod fit, ſed profectum ab altera natura (à generante, puta) quæ formam habet actu.* Sed (pergit) ſi de ſemine quæras, An habeat animam? dicetur tibi, quod antea de partibus Si enim pars quælibet eſt animata (actu) quia eſt à ſemine, quod eſt animatum (potentia) fuerit vtique & ſemen animatum. οὔτε γὰρ ψυχὴ ἐν ἄλλῳ οὐδεμία, πλὴν ἔσται ἐν ἐκείνῳ, οὗ ἐστιν, *nulla enim anima eſt in alio, præterquam in illo, cuius eſt anima.* Et concludens negotium, δῆλον οὖν, ὅτι καὶ ἔχει, καὶ ἔστι δυνάμει, *manifeſtum igitur, quod ſemen & habeat animam, & habeat potentia.* ἐγγυτέρω δὲ καὶ πορρωτέρω αὐτὸ αὑτοῦ ἐνδέχεται εἶναι δυνάμει, ὥσπερ ὁ καθεύδων γεωμέτρης τοῦ ἐγρηγορότος πορρωτέρω, καὶ οὗτος τοῦ θεωροῦντος, *q. d. Ne erres in eo, quod dixi de potẽtia, hoc tibi dico, Nõ eſt illa vniuſmodi: ſed alia*

quidem remota, alia autem propinqua. Ita enim Geometræ vni actu, apponitur Geometra *duplex potentia, & ille, qui vigilat; & ille, qui dormit, quorum hic potentiam habet remotã, ille propinquam.* Ita etiam homini actu viuenti, opponitur duplex potentia homo: & ille, qui iam habet omnia inſtrumenta, vt nutriri poſſit, ſentire, ratiocinari: & ille, qui nondum habet, ſed habere poteſt. Quemadmodũ igitur Geometra dormiens habet potentiam ad opus Geometricum, ſed lõge remotiorẽ, quã vigilans: ita ſemen habet potentiam remotam ad hominem. Rurſus, quemadmodum potentia illa Geometræ non eſt nuda, ſed præſupponit actum quendã, qualis in nullo alio homine eſt, quam in eo, qui Geometra eſt: ita potentia ſeminis præſupponit actum quendam. Quemadmodũ igitur potentia illa Geometrę dormientis eſt actus primus Geometræ geometricantis, vt ſic dicam: ita potentia ſeminis eſt actus primus hominis. An potentiam hanc remotam, quæ eadem eſt primus actus, Gal. indicauit, cum *lib. de Maraſmo* 1. pro ſeminibus fecit peculiarem ordinem viuentium? Ait.n., tria eſſe viuẽtium genera, animalia, plãtas, ſemina. Dicis fortaſſe, Si igitur ſemen omnino habet animam, quam habet? an potius omnes ſimul habet? Liceat n. nũc mihi ita loqui. Explicat id Philoſophus pulcerrime *c. 2. ſeq.* τὴν θρεπτικὴν, *vegetatiuam* ab initio habet. Viuit.n. vitam plantæ, quæ eſt, adhæreſcendo (vt plantæ) aliunde accipere confectum alimentum, 2. *Gen.* 4. 3. *Gen.* 2. Et hi ſunt motus illi primi, quos ſemen, vtero receptum, orditur, 14. *Vs. part.* 3. Quia autem vegetatiua eſt quaſi fundamentum ſeu materia τῆς αἰσθητικῆς, *ſenſitiuæ*, accedit & illa ſenſim, fabricatis ſcilicet ſenſuum inſtrumentis. Mens autem ſeu anima intellectualis, quia inſtrumentis opus non habet, tandem quidem accedit, ſed forinſecus, nequaquã ex potentia ſeminis. Tu vide locum, & fatebere, eſſe hanc ſententiam ipſius de anima rationali, ſecus quam alii putant. Mecum eſt Argenterius *Com. in* 1. *Aph.* 1.

Cap. IV.

HÆc ſi bene conſtituta ſunt, labentur difficultates omnes, ſine etiam vlteriori labore. Sed enim, ne qui con-

A temni ſe putent, agedum, ſatisfaciam his quoque καδδύναμιν, *pro virili.* I. ſit, quod Ariſtotel. videtur ſibi non conſtare, cum modo dicit potentia ſemen eſſe animatum, modo actu. Potentia dicit eſſe 2. *Gen.* 1. & 3. 2. *Part.* 1. 2. *Anima* 1. *t.* 10. 9. *Metaph.* 7. & 8. Actu dicit eſſe 1. *Gen.* 22. 2. *Gen.* 1. 7. *Metaph.* 9. 9. *Metaph.* 8. *& aliis locis, quæ mox videbimus.* Reſpon-
B deo ex ſuperioribus, coincidit potentia remota cum actu primo. Quod vt melius accipiatur, oportet huc afferre explicationem triplicis potentiæ, vt *ex* 2 *Anima* 5. *t.* 55. 8. *Phyſ.* 4. *t.* 31. proponunt Conciliator *Diff.* 48. & Th. à Veiga *Com. in Art. cap.* 47., adhibito in exemplum Geometra illo, de quo modo. Actus primus eſt vniuscuiuſque rei, quatenus eſt: ſecundus, quatenus per operationes ſu-
C as procedit in conſpectum. Geometræ, qua Geometra, eſt actus primus eo ipſo, quo eſt Geometra: ſecundus, quando operatur ex ſcientia Geometrica. Primo illi actui opponitur triplex potẽtia. Prima, cum vigilat Geometra, nec tamẽ operatur: habet enim tum potentiam proximam ad operationem. Secunda, cum dormit: tum enim habet potentiam remotam. Vtraque harum dici poteſt for-
D malis, quia vtrobiq; præſupponitur ſcientia Geometriæ, quæ eſt actus primus Geometræ. Tertia, cum infãs adhuc eſt, antequam fiat Geometra: habet enim tũ quoque potentiã, ſed remotiſſimã, quã ideo materialem vocant. Eſt enim nihil dum in re, ſed mera & ſola aptitudo ad ſcientiam Geometricam, cum prioribus potentiis adſit iam effectiuum principium, vt loquitur à Veiga. Iam igitur ita
E applico. In ſemine eſt potentia illa formalis, quæ cum actu primo prorſus eadem eſt, vt ſine vllo inconſtantiæ vitio dicere poſſit Philoſophus vtrumque. II. Anima eſt actus corporis organici, At ſemen non eſt organicum, Animatum igitur non eſt. Reſpon. cum Simplicio 2. *de Anima cap.* 1. *t.* 6. ad cuius ſenſum Mundinus accedit *libr.* 1. *cap.* 13. Anima dupliciter dicitur actus
F corporis organici. Altero, quatenus organum tale fit, quod poſtea eſt animæ organum. Altero, quatenus vtitur organo iam facto Priori modo ſemen eſt animatum, quatenus (inquã) format ſibi organum. Nimirum vt iam

dictum

A dictum eſt,non intelligitur in ſemine a-ctus ille, quo animal iam eſt animal, omnibus ſuis numeris abſolutum:ſed ille, quo poteſt formare tale animal, quale fuit id, à quo decidebatur. Et hoc planiſſime voluit Argenterius, cum *Com.* 2. *in Artem c.* 45. ſcribit, Semen hominis eſſe hominem, quia formam hominis habeat: deeſſe autem ſolum membra expreſſa, delineata & figurata. Vt mirer, B quoſdam ita inſultare illi, quem non intelligunt! Nō diſplicet, q. dicunt iidem, Semē videri habere naturā quandā mediam, inter vere & vniuoce animatum, & inter æquiuoce animatum. Non enim habet animam in actu ſecundo, vt animal perfectum habet: neque tamen prorſus deſtituitur animâ, vt animal mortuum. Habet igitur, ſed in potentiâ illa, quę cū actu primo eſt eadem. Huc, C ni fallor, eunt Gal. iſta *de Maraſmo*. III. Semen eſt vniforme, Ergo non eſt animatum. Reſpondeo. Per *Vniforme* aut intelligis *Similare*, cui opponitur *Organicū*, & ita iam eſt ſatisfactum tibi in præced. argumento: Aut intelligis *Simplex*, cui opponitur *Compoſitum*, & reſpondeo per negationem antecedentis, Semen non eſt corpus ſimplex, vt elementa, ſed τόδε τι, vt oſtenſum fuit ſupra. Aliter Scaliger, D qui ait: Ab vniformi ſeu ſimplici eſſe actionem. Annon (inquit) anima eſt vniformis? ab ea tamen ſunt actiones, non tantum diuerſæ, ſed & contrariæ. At, ô vir illuſtris, actiones non debentur, vel animæ ſoli, vel corpori ſoli: ſed toti, ſeu compoſito. IV. Quidquid viuit, etiam nutritur, At ſemen non nutritur. Reſp. Immo vero nutritur. Habet enim συμφύτας δυνάμεις, *inſitas virtutes*, vt Gal. E loquitur 1. *Sem.* 6. attrahendi ſanguinem, è quo fœtum format. Quod ſi non nutritur eo modo, quo animalia, non ob id negari debet illi nutritio. Vt enim potentia habet in ſe viſcera nutritoria, quæ ſanguinem poſtea conficiunt: ita potentiâ nutritur. Inſtantia. At ſemen abiunctum non viuit: quin ſubito diſperit. Semina etiam Cerealia, vt F & fructuum, ſi reponantur, non nutriuntur. Reſpon. Satis eſt, ſi ſemina nutriantur, & quamdiu in planta ſua ſunt, & poſtquam terræ credita ſunt. Hoc ipſum arguit σύμφυτον illam δύναμιν. Quod autem ſemina animalium abiuncta non viuunt, nō adimit illis quidquam. Dico enim: ſic cōditor voluit. Tu tamen, ſi nutritionem hanc improprie dictam eſſe contendere voles: non pugnabo. Iam enim ſufficit mihi, non Ariſtotel. tantum 2. *Gene.* 6. ita loqui, ſed & Galen. 2. *Fac. nat.* 3. Vide mox *cap.* 9 *&* 16. *iterumque l.* 4. *c.* 17.

CAP. V.

V. QVod non eſt animati corporis pars, ſiue, quod cum toto non cohæret, non viuit, Semen non eſt pars corporis. Reſpon. Iſti homines, præ ſtudio ἀντιλογίας, ne riſum quidem doctorum metuunt? Quis enim ſanus ferat hoc, Semen cenſeri eodem iure cum partibus, quæ totum conſtituunt? Alioquin vere animatum dici poteſt, quatenus ab animali eſt, & animal facit, eo ſenſu, quo dictum eſt. VI. Nullum viuens deſiderat ſuam corruptionem; At ſemen deſiderat. Reſpon. Aliud eſt, loqui de viuentibus actu ſecundo: aliud de viuentibus actu primo. Toties igitur cum iam dictum ſit, quatenus ſemen viuat, cur tu perpetuo alio me trahis? Nempe enim luctator, proſtratus etiam, non dimittit alterum, ne videatur victus? VII. Sed ne hoc quidem modo, quo tu dicis, ſemen dici poteſt animatum. Si enim eſt abſciſſa à generante pars, viuet vt inſecta viuunt, quorum fertur vna actu eſſe anima, plures potentia, quia quælibet pars vult viuere, 4. *Hiſt.* 7. *de reſpir.* 17. *aut, ſi ita vis de Vita* 1. At hoc eſt falſum. Ergo illud quoque. Reſpon. primum, Argumentum ab inſectis, animalibus adeo imperfectis, non valet ad animalia perfecta. Deinde, in ſimilitudine hac maxima eſt diſſimilitudo. Inſecta enim iam ſunt actu ſecundo animalia: at ſemen non niſi primo. VIII. Sententiam tuam ſequetur etiam hoc abſurdum, Semen generare, non patrem. Reſpon. Et ſemen generat, & pater: hic, quatenus ſemini has vires dat; illud, quatenus acceptas exſerit. Quare apud Ariſt. 2. *Gen.* 1. οὐδὲν διαφέρει, τὸ σπέρμα λέγειν, ἢ ἀφ' οὗ τὸ σπέρμα, *non refert, ſiue ſemen dicas, ſiue patrem, à quo ſemen.* Proprie autē pater generat, vſus ſemine,

mine, quaſi inſtrumento. IX. Sequetur A etiam hoc abſurdi, Semen ſeipſum formare. Reſp. Nihil abſurdi eſt, ſemen ab actu primo properare ad ſecundum, formam imperfectam ad perfectam. Vt enim antea dictum eſt, λόγ☉ ſeminis σπερματικὸς, qui inſtrumenta, actionibus ſuis apta, facit, vbi fecit, manet ibi, & iam dicitur anima. Tamen, Dicis, Vis plaſtica ſe ipſam conſtituet animam? B Ne heic quidem aliquid abſurdi eſt, cum mutetur tantum habitudo, vt Bonamicus loquitur 4. *Alim.* 19. In quem ſenſum it Peramatus quoq; *l. de Facult. c.* 5. X. Si ſemen habet animam, aut vegetatiuam habet, aut ſenſitiuam, aut rationalem. Sed nullam harum habet. Reſp. Habet omnes in actu primo, non autem ſecundo, vt iam toties dictum fuit. XI. Si ſemen habet animam, aut eſt C eadem cum illa, quam poſtea habebit animal, aut diuerſa. Eadem dici non poteſt, ne duæ ſint concedendæ animæ in vno indiuiduo. Ergo diuerſa. Hoc vero abſurdum eſt. Reſp. Eſt eadem anima, ab actu primo educta ad ſecundum: ibi, nondum inſtructa debito modo; heic, inſtructa. Inſtantia. Quomodo poteſt eadem eſſe, ſi vnius generatio eſt corruptio alterius? Poteſt, ſi recte in- D telligas hoc axioma, Gallinæ generatio eſt deſtructio oui: interim in ouo erat anima gallinæ actu primo. XII. Potentia & actus ſe mutuo tollunt. Vbi enim potentia eſt, ibi actus non eſt. In ouo v. g. ſi eſt potentia ad gallinam, non eſt actus gallinæ. Vix contineo me, quin increpem tarditatem tuam! Potentia in ouo ad gallinam eſt actus primus gallinæ. Si hoc etiam vis, quod E ſupra fuit doctum, Potentia materialis tollit actum, formalis non tollit. Quare ouum quidem fœcundum recte dixeris ἡμίζωον, *ſemianimal*: non autem irritum, (quamuis id velit Scaliger, *Com. in* 10. *Hiſt.*) quia principio caret, vt loquitur Ariſtot. 2. *Gen.* 3. Pariter, ſanguis menſtruus, quia mera eſt materia, non habet etiam aliam potentiam, quã materialem. At ouum irritum ne hanc F quidem habet, quia non amplius eſt capax principii, ſeu actus primi. XIII. Si canis, v. g., anima eſt actu in ſemine canis, ſemen canis iam eſſet canis: quo quid abſurdius? Abſurdiſſimum eſſet, ſi actu ſecundo dicerem ineſſe animam: at quia primo, nihil plane abſurdi eſt. Ita vero locutos eſſe veteres quoque, (ſemen humanum eſt homo) ex Martiali conſtat *Epigram.* 9. *ad Ponticum.* XIV. Ergone canis, vel homo, eſt plenus animarum? fitque adeo, vt anima geniti ſit pars animæ generantis? Reſpon. Scaliger, *quo loco dixi*, Animal, quod gignit, non habet plures animas, ſed vnam, quæ ſufficit plurium generationi. Neque enim abſurdum eſt (addit) animam materialem diuidi ad materiæ diuiſionem. Ego vero hæc, vt etiam alia quædam in hac diſputatione, refero in cenſum τῶν παρέργων. Non minus enim boni Philoſophi, quam boni Grammatici eſt, quædam neſcire. Tamen, ſi quis delectatur eiusmodi, is adeat Scaligerum, Conciliatorem & Th. à Veiga locis dictis, Valleſium præterea 2. *Controuer.* 9. Mercatum, *in Phyſiol. libr.* 1. *quæſt.* 98. Peramatum *libr. de Semine*, Ferdinandum 2. *Theorem.* 35. Horſtium noſtrum 2. *Nat. hum.* 3. *quæſt.* 14. Sennertum noſtrum 1. *Inſtit.* 10. Cardanum 2. *Contrad.* 2. *tr.* 6. *q.* 17.

CAP. VI.

FOrtaſſis malit aliquis vberiorem ſententiæ dictæ confirmationem? Accipiat igitur hæc ex iiſdem fontibus. I. *ex* 2. *Gen.* 1. illud repeto. Cum nihil referat, patrem dicas, an ſemen, quod mouet ad generationem: ſiquidem pater mouet actu, mouebit etiam ſemen actu. II. *ex eodem loco.* Quidquid fit, vel à natura, vel ab arte, fit ab eo, quod actu eſt. A ſemine fit homo, Semen igitur eſt actu. III. *ex* 1. *Gen.* 22. *&* 9. *Metaph.* 8. *t.* 13. Omne mouens eſt actu, At ſemen eſt mouens. IV. *ex* 7. *Metaph.* 9. Semen facit, vt artifex, At artifex actum habet, quo agit. Aut ſic, *ex* 2. *Gen.* 1. Semen agit, vt αὐτόματον, ab artifice excitatum, At in αὐτομάτῳ eſt aliquid, quod actu mouet, Ergo in ſemine quoque. Expreſſe enim ait Ariſt. 2. *Part.* 1. generationem fieri ex eo, quod iam φύσιν τινὰ ἔχει ἐπὶ τινὰ μορφὴν, *naturam aliquam habet ad formam aliquam.* V. In omni generatione vniuoca genitum eſt ſimile generanti, Generatio hominis ex homine

homine eſt vniuoca. VI. Qui dat A *δύναμιν, facultatem, poteſtatem, vim* animæ, dat ipſam animam, At omnes dant ſemini Vim plaſticam. Conſequentiæ ratio eſt, quia facultates ſunt inſeparabiles ab anima illa, cuius facultates ſunt, quippe à qua emanant. Alii ita formant. Cui datur relatum, datur ſimul correlatum, At ſemini datur relatum, *δύναμις*. Vide Galen. 1. *Cauſ. pulſ.* B 2. VII. Ex operationibus, in ſenſum incurrentibus, iudicamus eſſentiam illius, à quo procedunt, licet in ſenſus non incurrat, In ſemine ſunt operationes animæ, Ergo anima quoque eſt. De operationibus ſeu facultatibus, vnde ſunt operationes, ſi non ſufficit locus *ex* 1. *Sem.* 6. nuper allatus, adde hos duos alios 2. *Fac. nat.* 3. 14. *Vs. part.* 3. Si ita vis, Auicennam quoque 1. 1. *doctr.* C 6. *cap.* 2. VIII. Quod generat, aut intrinſecum quid eſt (intra ſemen, inquam) aut extrinſecum. At præter ſemen nihil accedit ad generationem, Ergo in ſemine eſt, & eſt aliquid intrinſecum. Generatio autem quia eſt animati, non poteſt non ipſum etiam ſemen eſſe animatum. IX. In plantis eadem vis quotannis dat folia, flores, fructus, nouos ramos, quæ ab initio totas D plantas producit, Ergo in animalibus quoque ita eſt. Nam hac in re paritatem eſſe, nemo mihi iure negauerit, licet in aliis non ſit. X. Si ſanguis non poteſt verti in alimentum partis viuentis, niſi à parte viuente: multo minus idem ſanguis vertetur in totum animal, niſi à ſemine viuente. XI. Cum animatum ſit longe præſtantius inanimato, quomodo homo animatus fieri E poteſt è ſemine non animato? XII. Vbi eiuſdem animæ facultates, ibi eadem eſt anima, In ſemine ſunt facultates animæ vegetatiuæ, non ſecus atque in fœtu, è ſemine formato, Ergo. XIII. Ab accidenti non fit ſubſtantia, A ſemine fit ſubſtantia, Ergo in ſemine fuit illa ante. XIV. Ab eo, quod actu non eſt, actus non fit, A ſemine fit actus, Ergo in ſemine fuit actus. XV. F Semen eſt ſpirituoſum, Ergo animatum. Hinc Gal. 1. *Sem.* 8. ſpiritum ſeminis vocat *αὐτοκίνητον ἀρχὴν τοῦ ζώου, ex ſe ipſo mobile principium ad conſtitutionem animalis.*

CAP. VII.

Ad hæc, & non pauca alia, quid reſpondent illi, qui ſemini adimunt omnem actum, meramque & materialem potentiam relinquunt? Equidem pauciſſima vidi; & ea (quod pace illorum dixerim) nullius roboris. Vt viuens fiat ex non viuente (dicunt Conimbricenſes *Com. in* 1. *de Gen. & Corr.* 4. *quæſt.* 25.) non ſemper neceſſe eſt viuens eſſe, quod facit: inſtrumentum enim poteſt idem. V. g. Calor, qui non viuit, mutat ſanguinem in ſubſtantiam viuentem. Ita per aſciam & dolabram fit menſa. Heic primum nego, Semen eſſe inſtrumentũ, puta externum. Eſt enim, vt mox conabor probare, primaria cauſa efficiens: at inſtrumentum ſeruit tantum primariæ cauſæ. Deinde, Calor eſt quidem inſtrumentum, puta internum: at ille ſine primaria cauſa, ſine anima, nihil agit. Iidem *quæſt. ſeq.* valde ſudant, vt excludant ſemen, eiusque operationes ab operationibus animæ. Virtus ſeminis, (inquiunt) non eſt de numero virtutum illarum, quæ proprie vitales ſunt, ſed alterius ordinis. Quos ego ſubſequor, Cuius autem, ô viri religioſi? Oportet omnino edatis nomen, ſi vultis me vobis fidem dare. Quod quamdiu non facitis, habeo vos in numero eorũ, qui nihil docent. Non neceſſe eſt (inquiũt) eſſe propriam aliquam, cum ſatis ſit proficiſci à principio, vitæ coniuncto, per ſpiritum & calorem, quem ſemen habet à patre. Eia! Si ſpiritus paternus actu eſt in ſemine, quid vos mihi loquimini de nuda potentia? Licet autem ſpiritus ſit commune omnium facultatum inſtrumentum: ſit tamen proprium, quando in hac vel illa parte nouum acquirit habitum. V. g. Spiritus vitalis fit in cerebro animalis, editque operationes illas, quæ vitalis non poterat. Ita in vaſis ſpermaticis & teſtibus ſanguis acquirit, non colorem tantum nouum, ſed mutationem ſubſtantialem, quippe, quæ in nulla alia parte fieri poterat. Quamobrem ſpiritus ille ſeminis, & quæ in ſpiritu Vis plaſtica, non eſt commune quid, ſed proprium. Amicus quidam noſter magnus, cum inter actum primum & ſecundum, inter potentiam formalē & materialem non rite diſtingueret, nouam

uam inuexit diſtinctionem. Aliud eſt (inquit) Vis plaſtica latens : aliud eadem excitata. Priori modo eſt proxima aptitudo ad facultatem recipiendam, non ipſa facultas: Poſteriori eſt facultas, quæ præſupponit actum, ſeu animam. Ita enim loqui debebat, niſi latere volebat. Ego vero intelligere cupio, quo tandem modo facultas, quæ latet, hoc eſt, quæ non prodit in actum, non ſit facultas? Oculus, quia non videt, an propterea facultatem videndi non habet? Quare dico, Semen eſt animatum, quia Vim plaſticam includit, quæ operabitur, quamprimum ſemen in loco ſuo fuerit, & idonea materiâ non deſtituetur. Stat ergo argumentum, Quod habet facultatem viventis, viuit, Semen habet. Huc eunt eiuſdem verba illa, Cauſam formatricem partium corporis noſtri eſſe animam naturalem, in ſemine latitantem. Quod mox explicans, intelligere ſe ait ipſam inexiſtentiam formæ, quæ latet inuiſibiliter in ſua materia, & non ineſſe dicitur actu, ſcilicet completo & perfecto, quatenus organis ad operandum conuenientibus deſtituitur. Et poſt pauca ſcribit, Materiam generationis noſtræ, hoc eſt, ſemen vtrumque, obtinere in ſeſe principium viuificum, cuius virtute, hæc & non alia ſpecies ex eadem producitur. Dico enim, ſi anima in ſemine inexſiſtit, ſemen eſt actu animatum: ſi in ſemine eſt principium viuificum, ſemen viuit. Quis vero Peripateticorum vnquam ſomniauit actum ſecundum, qualem ille? Imo actum primum ipſuſmet agnoſcit *in ſecunda hypotheſi*, quam confirmat autoritate Hipp., Plantis, Stoicorum, Anaxagoræ, Scaligeri, Quercetani, Seuerini, Formas & eſſentias rerum actu latitare in ſuis principiis, &c. Quid vero, per Hygieam illud eſt, quod ait alibi, Viuens producitur, non à ſemine, ſed ex ſemine? Ergone in ſemine non eſt Vis efficiens? non eſt Vis plaſtica? Omnino, producitur viuens (in ſexu diſtinctis) & à ſemine paterno, tanquam efficiente, & ex ſemine materno, tanquam materiâ. Quid illud tandem, In generatione vniuoca efficiens eſt eadem cum effectu? An hoc vult, Non refert, ſi de efficiente ſit ſermo, patremne dicas, à quo ſemen, an ſemen? Tum verò ſubſumam ego, At pater actu concurrit ad generationem, Ergo ſemen quoque. Hæc ratio infringet quoque opinionem illam nouam, qua idem amicus animam fœtus à matre deducit. Si vis, vide, quæ contra illam dicit Sennertus noſter *l. c.* Petræus de form. origine θ.55.

Cap. VIII.

DE his autem hactenus: modo illud venit conſiderandum, Si Vis plaſtica fundamentum habet in ſpiritu genitiuo, à patre accepto: quomodo illa agit? vtrum, vt cauſa efficiens? & ita eſt in numero cauſarum principalium? an vt inſtrumentum? & ita eſt materiale quid tantum? Sunt inter præſtantiſſimos Philoſophos, qui, ratione quidem λόγȣ σπερματικȣ̃, efficientem eſſe dicunt: ratione autem ὄγκȣ, inſtrumentum. Hoc ita explicant. Quemadmodum coagulum (de hoc multa poſtea dicentur) ratione acredinis ſuæ pervadit totam lactis maſſam, trahens ſecum partem terreſtrem, quæ vehiculum ipſius eſt, & qua tanquam cuneo perforat lac: ita ſemen, ratione λόγȣ σπερματικȣ̃, pervadit totam maſſam ſanguineam, ob id in vterum attractam, & quia ſine corpore (forma quippe ἔνυλ☉) non poteſt, vtitur ſuo corpore, ὄγκῳ, tanquam terebra, qua ſe in intima penetrat. Hoc declarat porro exemplo, ab artificibus petito. Vt ſtatuarius aliquis forinſecus tantum expolit ſuum marmor, vt ſimilitudinem aliquam hominis accipiat: ita λόγ☉ σπερματικὸς, non forinſecus tantum, ſed & intrinſecus (mediante ὄγκῳ ſuo, tanquam inſtrumento) contingit omnes materiæ ſuæ particulas, etiam minimas, dilatando, comprimendo, diducendo, contrahendo, ſolidando, rarefaciendo, omnino omnia agendo, quę ad abſolutionem diuini ſui operis faciunt. Hoc modo competere ſemini aiunt tres inſtrumenti conditiones. Primum enim, mouet, quia mouetur, hoc eſt, quia calor, aut potius ſpiritus, qui in calore eſt, impellit materiã, vt fiat pars talis, aut talis. Deinde, non amplius mouet, quam per vim primi efficientis illi licet, hoc eſt, tantum prę̃ſtat, quã-tum à patre accepit. Tertio, non amplius

plius mouet, ceſſante illâ primâ vi. His quo minùs aſſentiar, multa me mouent. Inprimis, quod λόγος ille σπερματικὸς hac ratione tranſmutetur in formam ἄϋλον, qualem etiam volebat Schegkius. Cum enim omne inſtrumentum ſit extra agens principale, malleus aurificis, cœlum, lima, ſunt extra illum, & ſic de cæteris artificibus omnibus; ὄγκος autem σπερματικὸς ſit vnà cum λόγῳ σπερματικῷ, quippe cum quo conſtituit vnum τόδε τι: quomodo λόγος ille nõ dicetur hoc modo agere extra ſuum ſubiectũ? At verò notũ eſt in Philoſophiâ, in formis ἐνύλοις, qualis eſt hic λόγος, actionem deberi, non formæ, non materiæ, ſed toti compoſito. Deinde, inſtrumenta omnia ſunt ſeparabilia ab re, quam faciunt: at λόγος hic eſt inſeparabilis, adeoque cum ſubiecto ſuo conſtituit, (vt dicetur) calidum natiuum, quod ſeparabile ab animato eſſe tantum abeſt, vt ſit etiam animæ πρῶτον δεκτικόν, vt alibi docetur. Nec me quidquam tenet Bonamicus, qui 4. *Alim.* 23. *& 26. item* 10. *Motu* 52. contendit, Dari inſtrumenta quædam, quæ ſint inſeparabilia à re factâ, adeoque rei factæ pars, quale etiam ſit ſemen. Reuerà enim locus, cui innititur, (*eſt is lib. de Spiritibus, apud Ariſt.*) ſuſpectus eſt, ne quid amplius dicam. Qui ratione caloris ſemen volunt eſſe inſtrumentum, licet illi habeãt fauentem *Gal.* 2. *Temp.* 6. quin imò Ariſt. 2. *Gen.* 4. *extr. & 6*: iiſdem premuntur difficultatibus. Prætereà, ſi maximè ratione huius vel illius ſit inſtrumentum: non ob id tamen dici poteſt inſtrumentum. A formâ enim cuiuſque rei denominatio petitur. Qui ratinone τοῦ λόγου σπερματικοῦ cõtendunt illi deberi nomen inſtrumenti, licet illi Auerroëm habeant autorem, *paſſim in Paraphr. in lib. de Gen. & 7. Metaph.* 31. iiſdem obnoxii ſunt argumentis. Quin grauioribus etiam, quia forinſecùs tantùm adſtare dicunt, vt ſtatuarius marmori, quod pulcrè deducit Planerus, *Com. in Artem, quæ Ms. habeo.* Si hæc ratio ipſorum fuit, quod ſemen moueat in virtute alterius (ſic loquuntur) cœli puto: reſpondeo, Cœlum non niſi cauſam remotam eſſe: at nobis de propinquâ eſt ſermo. Licet igitur ſemen fiat, non abſque cœlo: tamen vbi factum eſt, ſuoque loco conceptum, non ampliùs pendet à cœlo, ſed agit vi propriâ, quâ ſcilicet ſemen eſt. Sunt, qui deſerto cœlo ad patrem veniunt. Quibus dico, Semen generare, etiamſi pater occidatur eâ ipsâ horâ, quâ conceptus eſt factus. Non enim incubat, vt gallina ouis, ſed quo calore poſteà opus habet, illum præſtat mater. Quando igitur ſatis ſuperq; probatum eſt, Semen eſſe animatum actu primo, quo prodeunte effectus prodit, & quidem ab intrinſeco: quid fruſtrà comminiſcimur externum adſtitem? inſtrumentum? Immò, quia ſemen eſt agens vniuocum, 7. *Metaph.* 9.; vniuoca autem ſunt cauſæ principales: ſemen nõ erit deterioris conditionis. Et quoties Ariſtot. inter cauſas principales numerat? τὸ σπέρμα, καὶ ὅλως τὸ ποιοῦν, πάντα ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως, *ſemen, & in vniuerſum omne, quod facit aliquid, habent rationẽ cauſæ illius, vnde motus principium eſt, hoc eſt, efficientis, inquit* 2. *Phyſ.* 3. *t.* 31. Huic adde loca illa, *in de Gener. anim.* quibus ſemen vocat ποιοῦν, δημιουργοῦν, *faciens, fabricans, & aliter*, vt cognoſcas, Schegkium à Sennerto noſtro *in Inſtit. l. c.* rectè fuiſſe repreheNſum, quod ex ſemine merum faciat inſtrumentum. Dicis. At fœtus fit, medio & beneficio ſeminis, vt menſa dolabræ, ſerræ, aſciæ. Neque hoc aduerſatur Ariſt. cuius 1. *Gen.* 22. hæc ſunt verba. ἡ φύσις χρῆται τῷ σπέρματι, ὡς ὀργάνῳ, καὶ ἔχοντι κίνησιν ἐνεργείᾳ, ὥσπερ ἐν τοῖς κατὰ τέχνην γινομένοις τὰ ὄργανα κινεῖται, *Natura vtitur ſemine, vt inſtrumento, quod actu in ſe habeat motum, quemadmodum in artificialibus quoque inſtrumenta mouentur.* Reſ. Ariſt. ipſe ſatis ſe explicat, cum ait, Eſſe inſtrumentum intrinſecum, quod actu moueat. At artificum inſtrumenta non mouent, niſi mota, &, vt ſic dicam, actuata à manu artificis. Nimirum, ſemen non eſt inanimatum, vt dolabra: quamobrem ex ſe etiam agit ſine vllius alius adiumento. Vt rectè Philoſophus comparauerit dolabræ animatæ, quo ſenſu etiam ſemen eſſe inſtrumentum; non negabo. Ergò eſt inſtrumentum, inquis? Eſt. At mihi tecum amplius non eſt negotii quidquam, cum intelligere nolis, quod alii intelligunt facilè.

CAP. IX.

IAm, ſi ſemen agit hoc modo, adeoque iam Natura quædam eſt, 2. *Fac. natur.* 3.

2.*Phyſ.*1.*t.*14.quid agit? Vin' dicã tibi Phi-
loſophi verbis? Ea ſũt 2.*Gen.*4.ὅταν ἔλθῃ τὸ
σπέρμα ἀπὸ τοῦ ἄῤῥενος, συνίστησι τὸ καθαρώτατον τοῦ
περιττώματος, *Cum receptum fuerit ſemen in v-
terum, cum puriſsima parte ſanguinis materni
coit.* Ita enim heic vertã τὸ συνίστησι. Et hoc
eſt τὸ πρῶτον μίγμα ἐκ θήλεος καὶ ἄῤῥενος, vt *l.*1.cũ
Philoſopho locutus ſum *ex* 1.Gen.20.vbi
κύημα vocat, *conceptum noſtri.* Atq; hoc eſt,
quod (vt in ipſo veſtibulo dixi) proportione
reſpondet tam ſeminib. plantarum, quã
ovis, quippe, in quibus vtrumq; princi-
pium iam coniunctum eſt. Et *mox*: ὅταν δὲ
συστῇ ἡ ἐν ταῖς ὑστέραις τοῦ θήλεος ἀπόκρισις ὑπὸ τῆς τοῦ
ἄῤῥενος γονῆς, *vbi autem in vtero fœminæ à ſe-
mine maris coiuerit ſanguis maternus, &c.* I-
tem *cap.*1.τῆς γονῆς εἰσελθούσης εἰς τὰ ζῶα, συνί-
σταται καὶ λαμβάνει τὴν οἰκείαν μορφὴν, *poſtquam
ſemen in fœminam ingreſſum eſt, animalia
conſtituuntur, accipiuntq́; propriam formam.*
Quâ autem facultate ſemen id faciat,
non poteſt obſcurum eſſe illi, qui legit
priora. Vin' edam tibi nomen facultatis?
Si non ſatis tibi eſt Plaſtica, ſeu forma-
trix, accipe ex Gal. Attractricem. Ait e-
nim 14.*Vs.part.*3.Semen, poſtquam in v-
terum venit, non elabitur, ſed ad vn-
guem retentũ motus naturales orditur.
Qui vero ſunt iſti? Tenuem humiditatẽ
è venis & arteriis vteri attrahit, eamque
ſibi ſimilem reddit. Ita enim nunc intel-
ligo locum, qui & in Græcis deſideratur,
& vitio carere non videtur. Quem ſi
propterea faſtidis, lege pulcerrimum il-
lum (.de quo infra iterum dicendum e-
rit) *ex* 2.*Fac.natural.*3.vbi inter alia ait, O-
mnes partes fieri ἐξ αἵματος, παρὰ τῆς κυού-
σης ἐπιῤῥέοντος τῷ σπέρματι, *ex ſanguine, qui à
matre grauida ad ſemen maris confluit.* Et
mox docet, Semini (in vterum coniecto)
facultatem ineſſe trahendi ſanguinis, nõ
ſecus ac magneti ferrum. Ne dubites,
Primam hanc (.ait.) ſeminis functionem
eſſe, trahendi ſanguinem ſibi σύμμετρον,
idque non ſemel & affatim, ſed iteratis
tot vicibus, quot neceſſariæ ſunt, donec
molem ſibi, magnitudinemque iuſtam
ex nutritione adiiciat, &c. Vnde intel-
liges, Galenum eſſe cum Hipp., qui *de
Nat. pu.* 14. ab initio pauciſſimum trahi
ſanguinem ait: contra quam Ariſtot. qui
1.*Gen.* 22. ἀθρόως, *confertim.* Si non ſuf-
ficiunt hæc, accipe, quæ 1. *de Sem.* 6. & 8.
docet Galen. de vi attractrice, tam ſemi-
nis, quam κυήματος, & intelliges, rectè à

A Iouberto *Com.in* 2.*Fac.nat.* 3. refutatum
eſſe Fernelium 7.*Phyſiol.*10. Attractio e-
nim hæc fit ſubito: at Fernel. volebat, fi-
eri demum poſt σύστασιν obitam ex ὄγκῳ
ſeminis maſculi, fœmineique. Hunc ſan-
guinem Ariſt.2.*Gen.*6.vocat τροφὴν πρώ-
την, ἢ τὸ τῆς τροφῆς θρεπτικὸν, *alimentum pri-
mum, ſeu partem alimenti nutritiuam*: ad dif-
ferentiam ſanguinis, quem fœtus iam
conſtitutus trahit. Hunc enim vocat τρο-
B φὴν δευτέραν, ἢ ἐπίκτητον, ἢ τῆς τροφῆς τὸ αὐξη-
τικὸν, *alimentum alterum, ſeu partem alimenti
auctiuam, alimentum aſcititium*, quod θύραθεν,
forinſecus accedere ait. Atque hunc a-
liquando ſequitur Gal., cum ſemen ma-
ſculum ſanguine nutriri affirmat, quâ de
de re infra. Et hoc quidem agit ſemen:
Verum, quia res ipſa latè patet, (com-
prehendit quippe totum grauidationis
tempus.) oportet diligentius in iſta an-
C quirere. Autor eſt idẽ Gal. 1.*Sem.*9.Hip-
pocratem (.locum nec Iul. Alexandri-
nus reperit, nec ego, & τὸ κύημα fuiſſe illi
vſurpatum, nondum credo) σύμπασαν τῶν
κυουμένων δημιουργίαν τέτταρσι χρόνοις, *reſtinguere
cunctas prægnantiũ operationes quatuor tem-
poribus*, quæ nominibus etiam diſtincta
ſint. Γονὴν enim appellare ait ante ſepti-
mum diem, cum nihil dum articulatum
eſt: κύημα, poſt illos dies, cum rudia ad-
D ſunt lineamenta cordis, hepatis, cerebri,
&c, ἔμβρυον, cum iſta iam peruenerunt
ad aliquam perfectionem: παιδίον, cum
infans eſt planè perfectus. Ad hunc lo-
cum ſe referens *l.de Format.fœt.*3.latiſſime
explicat quatuor hæc tempora: at vero
quia intelligebat, ſe *in de Sem.* propius ac-
ceſſiſſe ad Ariſtotelem, quàm ſectæ ſuæ
amicum erat, retractat id, quod de cor-
de dixerat, ſolumque hepar in illo, quod
E κύημα vocârat, eſſe confirmat. Quâ de re
quidquid ſit, (.videbimus autem mox.)
de quatuor propoſitis temporibus ita
cenſeo, Non pertinere illa ad σύμπασαν
δημιουργίαν, *totam conformationem ſeu con-
ſtructionem* vſque ad legitimum partum:
ſed πρὸς τύπωσιν, *ad figurationem*, aut omni-
nò πρὸς κίνησιν, ἢ πρῶτον ἅλμα, *ad primum
motum*, vt *l.de Alim.* loquitur Hipp. Hoc
volunt etiam vulgares verſiculi, qui ad
F Ægidium quendam referuntur,

Sex in lacte dies, ter ſunt in ſanguine trini,
Bis ſeni carnem, ter ſeni membra figurant.

Et alioquin nota eſt Hipp. doctr.1.*de Diæ-*

ta 21. de Nat.pu. 10. articulationem perfici intra 30. aut 40. dies, vt paulò pòſt videbimus, circa quod tempus ferè moueri quoque infantem, certum eſt. Sed demus hoc Gal. Tamen, quia quatuor illa tempora non ita obſeruari poſſunt, diſtinguemus nos (cum Ariſt. 1. *Gen. 23.* 2. *Gen.* 4. *& 6.*, à quo nullatenus abeſt Gal. ipſe 14. *Vs. part. 6. de Form. fœt. 2. vltimis verbis*) totam δημιουργίαν in duo, quorum alterum vocabimus σύστασιν, & vſque ad motum infantis extendemus: alterum αὔξησιν, quam ad partionem vſque legitimam differemus. De vocabulis ipſis pauca præmittenda ſunt. σύστασις eſt πολύσημον. Heic ſignificat συσσωματοποίησιν quandam, *coniunctionem agentis cum patiente in vnam maſſam*, non qualemcunque, ſed naturæ acceptam, gratamque, proximè ſcilicet ad finem ducentem. Hanc quomodo Latinè vertas vnâ voce, non facilè inuenias. Cicero, quem Gaza alicubi ſequitur, *Concretionem* aut *coactionem* vertit: verumtamen non ſatis accuratè. Alibi *Conſtitutionem* vertit, verbo magno generoſo, & pleno ſignificationis, vt Scaliger loquitur *Com. in 10. Hiſt. diſt.* 41. Eſt enim σύστασις initium quoddam animalis, quamobrem σύστημα etiam vocat Ariſtoteles. Eſt igitur amplius quid, quam κύημα, vt intelligetur. Hippocrati *de Nat. pu. 10.* eſt πρώτη πῆξις, *prima concretio.* Vt hoc quoque afferri poſſit pro Goupylo, quem Scaliger *l. d.* oppugnat. Eidem *l. de Alimento* τύπωσις vocatur, vt iam dixi: item διάκρισις, μορφὴ, ϗ ἰδέα, *diſcretio, forma & figura.* αὔξησις heic nihil peculiare infert, cum auctio fiat, attracto per vaſa vmbilicalia nutrimento, partibuſque ſecundùm omnem dimenſionem appoſito. Hipp. *lib. iam dicto*, τελειότης, *perfectio, &c.*

Cap. X.

De vtrâque dicam quædam in genere primum, deinde in ſpecie. Quod ad σύστασιν, fit illa, quemadmodum iam cœpi dicere. Cum ſemen benè habitum in vterum benè habentem inciderit: adhæreſcit alterutri eius lateri, dextro vel ſiniſtro, vt infrà probabitur. Tum verò, quia facultatem habet trahendi, vt modò dixi, orditur motus naturales, veluti Galen. loqui dixi, hoc eſt, attrahit ſanguinem ex vteri venis, quas ille præ aliis partibus plurimas, grandiſſimaſq; habet, *1. in 6. Epid. 2.*, quo cum ſemine maſculo permiſto, fit κύημα, de quo dixi, συνάθροισμα illud, è quo fœtus formatur. Huic ſeminum copulationi proximum eſſe valdè veriſimiliter docet Gal. 2. *Sem. 5.* & accipit ab hoc Peramatus, *de Procr. hom. 2. &* 4. vt morâ aliquâ in loco illo calido ſiccetur, & quaſi ſpiſſetur. Vt n. lutum liquidũ, inquit Gal., impreſſionẽ & fictionem nullã admittit, mediocriter induratum admittit: ita primæ ac recenti fœturæ (κυήματι) accidit, q̃ lacti coagulato ſimilis eſt. Ac, quemadmodũ illud caſearii nondũ formare aggrediuntur, priuſquam ſatis idoneâ coagulatione cõcreuerit: eodẽ modo animal natura non antè fingere conatur, q̃ conuenientem duritiẽ ſit adeptum. Hęc ille. De hâc ſpiſſatione interpretantur quidã Gal., qui *14. Vs. par. 11.* coqui ait ſemen fœmineũ à maſculo, itemq; 1. *Sem. 6.* augeri maſculum à fœmineo. Quâ de re quia infrà dicendũ erit, non eſt, cur heic ſtem. Modò id certum eſt, vtrumq; ſemen, hoc ipſo dum craſſeſcit, indui forinſecus membranâ quâdã, quæ proportione reſpõdet teſtæ ovorũ, corticiq; ſeminum, partim ex neceſſitate, partim propter finẽ, 2. *Gen.* 4. Propter finem, ne, vt Philoſoph⁹ ait, animal ſit in humido, ſed ſeparatum. Ex neceſſitate materiæ, quia quæcunq;, vel frigefiunt, vel calefiunt, eorum extima ſuperficies induratur. Hęc ita fieri oſtendit abortus famoſiſſimæ illius pſaltriæ, de quâ Hipp. *de Nat. pu.* 4. & Gal. *de Form. fœt. 1.* 1. *Sem.* 4. 3. *Fac. nat. 2.* Oſtendit & ille, quem Accorambonus deſcribit *Notis in 1.* Gen. 21. Ego abortum vidi, (inquit) vnius ferè menſis, in cuius medio erat rubra quædã materies, oblonga, circumcirca verò erat alba quędã & viſcoſa humiditas. Rubra illa materia habebat partes quaſdã duras, & tactui reſiſtentes, in albo verò humore circũfuſo nihil ſolidi erat. Quod euidens eſt ſignum (inquit ille) rubrum illud fuiſſe menſtruum, è quo membra ſolidiora incipiebant formari, erantque omnia rubra: humidum circumpoſitũ, fuiſſe ſemen virile, in quo nihil denſi erat, &c. Mihi illud inprimis ſignum heic conſideratur, quod ſemen, in vterum, tanquam agrum ſuum, coniectum, trahat ſanguinem. Probabile autem omninò eſt, & ſcribit *Gal. in illo 2. de Fac. nat.*,

trahere ſucceſſiuè, tantum ſingulis vicibus, quantum neceſſe eſt, *vt præced. quoq; cap.* dixi. Eſt enim agens naturale, quod præſcriptos ſibi ab opifice terminos non egreditur. Quò ſecuriores eſſe poſſunt illi, qui metuunt, ne ab affluente ſanguine ſemen obruatur, & quaſi ſuffocetur, fiatque loco veri conceptus mola. Poſſunt etiã hinc agnoſcere errorem ſuum illi, qui putant, ſanguinem iam in vtero ſtagnare, & quidem concretum, vt ſolet eſſe extra vaſa ſua. Non enim adeſt ſanguis: ſed trahitur. Trahitur autem, vt dixi, quò fiat inde prima partium delineatio, quandoquidem ex ſemine fieri illa poteſt, vt oſtendetur. Nimirum, ſanguis eſt, ἐξ ȣ̃ διηρθρωμένȣ γίνεται τὸ ζῶον, *ex quo dearticulato fit animal, 6. Hiſtor.* 12. Hæc delineatio ſeu dearticulatio cum fiat intra tot dies, quot dicti ſunt; trahatur autem non niſi ſanguis pauciſſimus, ad fœtum ſcil. tantillum: fieri poteſt, vt ſucculentiores quædam (.primis conceptionis menſibus.) tamen habeant fluxum ſuũ, non negante id Hipp. *de Nat. pu.* 5. Quare Philoſophus 7. *Hiſt.* 3. dicere poteſt, accidere hos ταῖς πλείσαις ἐπὶ τινὰ χρόνον, *pleriſque omnibus* (.*non omnibus.*) *ſed non toto geſtationis tempore.* Quod tempus definiens ibidem, numerat dies illos Hippocraticos, quorum iam bis facta eſt mentio. Quibus autem toto tempore fit, de iis dicitur 5. *Aph.* 60. Si mulieri grauidæ purgationes eant, impoſſibile eſt, fœtum eſſe ſanum. Reſtringit enim Gal. ad duas conditiones, quarum prima eſt, ſi multus eat ſanguis: altera, ſi ſæpiùs hoc contingat. Ego cum Liebautio & Heurnio addo illud Ariſt. ἐπὶ τινὰ χρόνον, & extendo vſque ad τύπωσιν, ſeu finitam σύςασιν, quæ eſt, vt dixi, cum fœtus eſt viuus, vt noſtræ loquuntur. Hoc enim tempore non ita multus requiritur ſanguis, præſertim primis menſibus: at poſteà cum fœtus grandior eſt, non poteſt ſine detrimento ſuo carere illo ſanguine. Hinc ratio reddi poteſt, Cur, quod Varolus docet 4. *Anat.* 5. hepar vterinum in abortibus 30. aut 40. dierum non fit? Non ſeruit τῇ συςάσει, ſed τῇ αὐξήσει, vt mox dicam.

CAP. XI.

QVod ergo ad αὔξησιν, *auctionem*, Cum (.quod ſtatim probabitur.) in συςάσει, *conſtitutione* primũ omnium fiat cor; cor autẽ ſine vaſis ſeu inſtrumentis trahere nõ poſſit: ſtatim poſt cor exhibẽt ſe vaſa, vt αὐτοψία nos docebit. Hæc, per vmbilicum infantis egreſſa, & in vterum matris ingreſſa, faciunt ſibi χορίον, *quod hepar vterinum hodie vocamus.* Adhærent autem vaſa eo prorſus loco, quò ſemen adhæſerat. Quare, quod in συςάσει fecerat Natura ſeminis abſque vaſis: id in αὐξήσει facit Natura fœtus, iam conſtituti, per vaſa vmbilicalia. Hæc ſi tibi non perſuadent, exſpecta-dum pauliſper, vti probem ex αὐτοψίᾳ, ceu promiſi. Modo illud addo corollarium, Ex Ariſtotel. ſententiâ expeditius reſponderi ad quæſtionem, quomodo fœtus conſtituatur? Ex ſemine enim, quod tantillum eſt, quomodo tot partes fiunt? Illud autem augmentum, quod ex ſemine dicto fœmineo illi ſuggerit Gal. tot patitur difficultates, quot dici vix poſſunt. Ego autem in vado ſum, dicoque ſimpliciter, Natura tantum trahit ſanguinis, quantum neceſſe habet, pro formandis partibus. Ne quid tamen diſſimulem, niſi alia infinita obſtarent Gal., ratio materiæ peti poterat etiam, ex ſolo ſemine maſculo. Si enim ſufficit exemplum: Quantilla ſunt ſemina plerarumque arborum, (& vrget alioquin id Gal., Eſſe coniunctum in ſemine maſculo vtrumque principium, vt in plantis eſt.) è quibus tam vaſtæ moles pullulant? Auctio enim plantæ pendet à terrâ, quemadmodum fœtûs ab vtero materno. Neque vero opus eſt magnâ ad σύςασιν mole. Abortus enim 30. aut 40. dierum (. circa autem hoc tempus finem habere σύςασιν, iam aliquoties dictum fuit.) τὸ μέγεθ@ ἡλίκον μύρμηξ τῶν μεγάλων, *magnitudine ſunt formicæ maioris*, 7. *Hiſtor.* 3. quam eandem eſſe cum ἱππομύρμηκι *ibidem capit.* 28. nullus dubito. Atque heic etiam non eſt opus longis ambagibus, quibus vel ad Aldrouandum eamus *l.* 5. *de Inſectis*, vel ad Wildium *l. de formica*, vt certi ſimus de quâ formicâ locutus ſit Philoſophus. Macrobius enim, Latinus autor, *lib.* 1. *in Somn. Scip.* 6. ex autoritate Stratonis Peripatetici, & Dioclis Caryſtii ſcribit, Quintâ ſeptimanâ in ipsâ ſubſtantiâ humoris (: κυήματ@ dic-

ceret

ceret Græcus.) fingi humanam figuram, magnitudine apis. Vidi, inquit Varolus *l. c.*, in abortu quadraginta dierum, hominem diſtinctè formatum ſub apis magnitudine. Tale quid apud Fernelium etiam leges *7. Phyſiol.10.* De loco Ariſtot. & Macrobii, totaque adeo re, vide Bonamicum 5. *Alim.* 16. Nec moueat quem paruitas. Vt enim Philoſophus comparat 2. *Gen.* 6. Natura eſt heic inſtar pictoris, qui omnia prius delineat, deinde exornat. Cæterum, ex hâc inſpectione redarguo autorem *lib. de Carnib.* apud Hipp. *text.* 20. qui intra ſeptimum diem id fieri aſſerit, autoritate (. ſi Diis placet.) meretricum. Oboluit huius rei falſitas etiam aliis, inter hos Lalamantio *in dict. lib. Hipp.* Cagnato 4. *Variar.* 13. Coſtæo *l. de hum. concept.* 2. & 13. Augenio *1. de hom. part.* 8. Riolano 5. *Anat.* 17. An σύςασιν & αὔξησιν diſtinguere voluerunt etiam illi, qui conformationem à perfectione dirimunt? An huc quoque tendit prima illa & ſecunda ἀρχή? An pariter duplex illa conformatio? An ſimul duplex ebullitio? De quibus aliquammulta nos cogent dicere illi, qui iurârunt in opinionem illam, de vi ſeminis fœminei actiuâ.

Cap. XII.

Et hæc quidem poſteà dicendorum quaſi fundamenta ſint: iam enim oportet omnia ſigillatim explicare, ὡς εἰπεῖν ἄνθρωπος περὶ τοιούτου πράγματος, *quantum homini de his rebus ſapere datum eſt*, vt Hipp. loquitur *de Nat. pu.* 4. Heic valdè miror diligentiam Gal. *1. Sem. & ſeq. de Form. fœt.* 2. *& ſeq.* Auicennæ *13. 3. tract.* 1. *cap.* 2. Capiuaccii *de form. fœt.* 6. Teleſii *6. Rer. nat.* 3. *& ſequent.* Peramati *lib. de procreatione hominis cap.* 4. aliorumque, qui tam accurate omnium partium ordinem deſcribunt, quaſi naturam vidiſſent operantem, veluti quidam apes vident, vel facto in aluceariis ligneis foramine, filiſque ferreis munito, vel ſtructis aluearis ex vitro. Ego apud priſcos ſapientes duos inuenio modos perueniendi in cognitionem huius rei. Alter apud Hipp. eſt, *l. de Nat. pu. t.* 35. *&* 36. vbi hæc ſunt verba. Naturam pueri ſic ſe habere, vſque in finem, intelliget, ſi quis teſtimoniis & ocularibus inſpectionibus iam dicendis vti volet. Etenim ſi quis ova viginti, aut plura, vt pulli inde excludantur, gallinis duabus, aut pluribus ſubiicere velit, & ſingulis diebus à ſecundâ ordiendo, vſque ad vltimam, qua pullus excludetur, ſubtrahere, confringere & videre: inueniet omnia habere iuxta meum ſermonem, quomodo volucris naturam conferre oportet ad humanam naturam, &c. Atque iterum *t.* 41. Augeſcit volucris in ovo, & coarticulatur eodem modo, veluti puer. Hoc magiſtro vſus Ariſtoteles, experimentum illud in ovis non fecit tantum, ſed & annotauit, quid mutatum fuerit, ceu videre eſt apud ipſum *6. Hiſt.* 3. E quo loco, vt credere par eſt, ſua deſcripſit Plinius *l.* 10. *cap.* 53. Secutus Ariſtotelem eſt Aldrouandus, vt ſcribit ipſe 14. *Ornithologiæ* 1. huiuſque adeo ſuaſu fecit idem Coiter, *in Appendice Tabularum & Exercit. Anat. f.* 33. Fecit etiã Excellentiſs. Vir, Domin. & Præceptor perpetuo mihi colendus, Dom. Hieronymus Fabricius ab Aquapendente, cuius hiſtoriam Ovi quotidiè exſpectamus. Alterius modi mentio eſt apud Ariſt. 4. *Gen.* 1. Agens enim ibi contra Democritum de cauſa generati huius vel illius ſexus, aſſeuerationis ſuæ fundamenta in Anatomiâ ponit. καὶ τοῦθ' (inquit) ἱκανῶς τεθεωρήκαμεν ἐκ τῶν ἀνατομῶν ἐν πᾶσι ζωοτοκοῦμένοις, καὶ ἐν τοῖς πεζοῖς, καὶ ἐν τοῖς ἰχθύσι, *huius rei ſufficientem notitiã habuimus ex Anatomiis, quas obiuimus in omni genere animaliũ eorum, quæ viuos pariunt, & in pedeſtribus (. an ſcribendum eſt,* ᾠοτόκοις*? Nam* τὰ πεζὰ *non contradiſtinguuntur à* ζωοτόκοις*. Hoc probo ex 2. Gen. 1.* ἧς εἰσελθούσης εἰς τὰ ζῶα, συνίσταται καὶ λαμβάνει τὴν οἰκείαν μορφὴν, τὰ μὲν ἐν αὐτοῖς τοῖς ζώοις, ὅσα ζωοτοκεῖ· τὰ δὲ ἐν ᾠοῖς καὶ σπέρμασι, καὶ τοιαύταις ἄλλαις ἀποκρίσεσι) *& in piſcibus.* Et addit: περὶ ὧν εἰ μὴ συνεωράκει, εὐλόγως ἂν ἡμάρτανε, ταύτην τὴν αἰτίαν εἰπών. εἰ δὲ ἑωρακὼς, ἄτοπόν τι, ἔτι νομίζειν ταύτην τὴν αἰτίαν εἶναι, *In his ſi exercitus non fuit (. Democritus.) mirum non eſt, quod hallucinatus ſit in afferenda cauſa: ſin exercuit ſe in talibus, abſurdus ſit, ſi amplius velit defendere hãc cauſam.* Et poſt aliquammultos verſus de fatuitate eorum, qui citra Anatomiæ peritiam aliquid pronunciant, inquit: τούτους οὐκ ἀληθῆ λέγειν, ἀλλὰ μαντεύεσθαι τὸ συμβησόμενον ἐκ τῶν εἰκότων, καὶ προλαμβάνειν, ὡς οὕτως ἔχον, πρὶν γινόμε-

γινόμϑμον ὕτως ἰδεῖν, hos mentiri, coniectarique ex veriſimilibus, quæ fieri putent: quin dicere, ita ſe habere, antequam viderint ita fieri. Hûc igitur pertinent abortus, quorum Hipp. meminit *de Nat.pu.* 4. & 14. Ariſt. 7. *Hiſt.* 3. *& alibi.* Apud Schenkium 4. *Obſ.* 151. exempla eorundem aliquot ſunt. Nimirum, in his rebus à ſenſu oportet exordium capere, & progredi ad rationem, quod Ariſt. fecit: contrà ſi voluerimus facere cum Galen., audiemus ab Ariſtot. 4. *Gen. iam dicto, μάντεις, coniectores eſtis.* Item, 2. *Gen.* 6. *ὐ λίαν ἐμπειρικῶς ἔχετε τῶν συμβαινόντων, Domini, non valde habetis experientiam eorum, quæ fiunt in Natura.* Appellat autem heic *συμβαίνοντα*, quæ aliàs *φαινόμϑμα, ſenſui nota*, tam in Phyſicis neceſſaria, vt ſine iis nihil rectè, aut affirmetur, aut negetur. Summæ enim ſtultitiæ eſt, *τὸ διότι* quærere, ignorato *τῷ ὅτι*, quod vel experientiâ cognoſcere oportet, vel lectione eorum, qui experientiam habent. Interim neutiquam excludere oportet *τὰ ἐναργῆ, intellectui clara*, immò coniungere, vt ſicubi ſenſus deficit, habeamus vbi pedem figamus. Vide hac de re Scherbium *in fragmentis Artis Apodictica.*

Cap. XIII.

Ergò, vt intelligamus, quæ intelligere nobis data ſunt de *συςάσει*, quatuor inprimis conſideranda veniunt. 1. An omnes partes fiant ex ſanguine, vt quidem Ariſtot. docet? An potius diuiſio quædam partium ſit inſtituenda, dicendumque, quaſdam tantum ex ſanguine fieri, quaſdam ex ſemine, vt Gal. contendit? 2. Quo id fiat modo? Puta, Conſtituanturne omnes partes ſimul & ſemel, quod Hipp. vult? An potius vna poſt aliam, quod Ariſtoteles? 3. Quæ ſit illa prima? Cor, an hepar? Nam de his duabus præcipue controuertitur. 4. Quantum temporis requiratur ad integram *σύςασιν*? Quod ad primum, cum circumſpicio, duas præcipue cauſas video, quæ Gal. mouerint, vt opponeret ſe Ariſtoteli. Prima, quod neſciret, quorſum ſe vertat corporatura ſeminis maſculi, ſi non abeat in partes quaſdam? Altera, quod idem illi dubium obuerſaretur de corporaturâ ſeminis fœminei. De hoc dicendi locus erit ampliſſimus in ſeq.: de

A illo dicendum heic eſt. Inprimis autem miror facilitatem Galeni, quod ſubitò crediderit illis, qui Ariſt. mentem interpretabantur tam ineptè! Tantò magis, quod laudat ipſuſmet illa Philoſophi verba 1. *Gen.* 20. *τὸ μϑμ ἄρρεν παρέχεται τό τε εἶδος, καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς κινήσεως· τὸ δὲ ϑῆλυ τὸ σῶμα, καὶ τὴν ὕλην. οἷον ἐν τῇ τοῦ γάλακτος πήξει, τὸ μϑμ σῶμα τὸ γάλα ἐςὶν· ὁ δὲ ὀπὸς, ἢ πυτία, τὸ τὴν ἀρχὴν ἔχον τὴν συνιςῶσαν*, B *Mas quidem præbet formam, principiumque motus (.ad animal.) fœmina autem corpus, materiamque. Veluti in lactis concretione, corpus quidem eſt lac, ſuccus autem ſeu coagulum eſt id, quod in ſe habet principium coagulandi.* Et illa, quæq; magis huc faciunt, 2. *Gen.* 3. *διόπερ ὐδὲ δεῖ ζητεῖν ἀεὶ, ϑύραζε αὐτὸ ἐξιέναι, ὐδὲ μόριον ὐδὲν εἶναι τῆς συςάσης μορφῆς, ὥσπερ ὐδὲ τὸν ὀπὸν, τὸν τὸ γάλα συνιςῶντα. καὶ γὰρ οὗτος μεταβάλλει, καὶ μόριον ὐδὲν ἐςι τῶν συνιςαμϑμων* C *ὄγκων, Quare non oportet perpetuo illud crepare, an ſemen vtero excidat? & ſi non, quomodo non ſit pars conſtitutæ formæ? Quemadmodum neque de coagulo, quod lac cogit, vlla quæſtio eſt. Mutat enim (.& in re mutata manet.) neque tamen vlla pars eſt factorum caſeorum.* Nimirum, hoc eſt illud, quod toties repetit Philoſophus, & nos ſuprà in veſtibulo expoſuimus, eritque infrà iterum inculcandum, In iis, quæ ſexu D ſunt diſtincta, diuerſas eſſe facultates, & à mare quidem eſſe principium actiuum tantum, à fœminâ paſſiuum tantum. Hoc explicat ſimili, à coagulo ſumto. Quemadmodum, (vult dicere,) in lacte coagulato, ſeu in caſeo, duo ſunt, lac & coagulum, quæ ab initio erant diſtincta: ita in fœtus conſtitutione duo ſunt, quorum alterum à mare eſt, & coagulo reſpondet, alterum à fœmina, E & lacti. Vt enim coagulum in ſe habet principium coagulationis; lac materiam ſeu molem caſei coagulati: ita ſemen maris præbet principium coagulationis; ſanguis maternus materiam, quæ coagulationi ſubeſt. Hinc quia dubium hoc oriebatur, Manetne ſemen maſculum in fœtu, quemadmodum in lacte coagulum? Manet, inquit: ſed non conſtituit vllam fœtus partem. Quei hoc intelligam? F Ita. Quemadmodum coagulum mutat lac, & in ſubſtantiâ lactis manet, tu tamen (.quia magnitudinem ſeparatam nullam conſtituit.) dicere non potes, Hoc eſt coagulum; ita ſemen,

aut

aut potius corporatura ſeminis manet in fœtu, neque tamen ad oculum oſtendere licet vllam partem, quæ ex illâ fiat. Quid ita? Quia, vt *ex* 1. *Gen.* 21. dicetur mox, Mas non confert quidquam ad fœtus quantitatem: confert autem ad qualitatem. Sed quid confert? Tribus verbis, σύμφυτον θερμότητα φυσικὴν, ἣν πάντα τὰ μόρια καὶ πᾶν σῶμα τῶν ζώων ἔχει, *Natiuã illam caliditatem, aut, ſi magis proprie loqui me vis, natiuum illud calidum, quod in omnibus animalium partibus & in toto eorundem corpore eſt, vt loquitur Philoſophus de iuuent.* 4. Eſt autem calidum hoc præcipue, & eminenter in corde. E quo niſi affluat aliis partibus omnibus, illudque alterum excitet, & quaſi animet, animal rebus ſuis præeſſe non poteſt. Ideo in veſtigio ait, ἀναγκαῖον δὴ ταύτης τὴν ἀρχὴν τῆς θερμότητος ἐν καρδίᾳ (τοῖς ἐναίμοις) εἶναι, *Neceſſe eſt, calidi huius principium eſſe in corde ſanguineorum.*

Et hoc modo intelligere oportet, vbicunque ſimpliciter loquitur, In corde eſſe principium & fontem calidi natiui, Cor primũ viuere, & vltimũ mori, Cor eſſe ſedem animæ, omniumque facultatum, Cor eſſe officinam omnis ſanguinis, & ſi quæ aliæ loquendi formæ ſunt, quæ huc tendunt.

Cap. XIV.

Hic ſi eſt ſenſus Ariſtot., vt videtur eſſe, iam paullo aliter licebit ſtatuere de nobili illo loco, præſertimque vexatiſſimis duabus vocibus, διαλύεται καὶ πνευματοῦται, quæ immediatè præcedunt, 2. *Gener.* 3. Verba ſunt: τὸ τῆς γονῆς σῶμα, ἐν ᾧ συναπέρχεται τὸ σπέρμα τὸ τῆς ψυχικῆς ἀρχῆς, τὸ μὲν, χωριστὸν ὂν σώματος, ὅσοις ἐμπεριλαμβάνεται τὸ θεῖον· (. τοιοῦτος δ' ἐστὶν ὁ καλούμενος νοῦς.) τὸ δ' ἀχώριστον, τοῦτο τὸ σῶμα (ita enim legendum eſſe cenſeo, non σπέρμα) τῆς γονῆς διαλύεται καὶ πνευματοῦται, φύσιν ἔχον ὑγρὸν, καὶ ὑδατώδη, *Corpus ſeminis, cum quo corpore ſimul abit principium (. i- ta intelligo.) animale, & quod (. relatiuum eſſe addendum docuit me Peramatus l. de Sem., laudans Mich. Epheſium & Portium de Mente hum. cap.* 17.) *principium, partim ſeparabile eſt, in iis, puta, in quibus includit diuinæ particulam auræ, vt cum Flacco loquar, Mentem: partim inſeparabile eſt, in iis ſcilicet in quibus vegetatiua & ſenſitiua ſola eſt: hoc corpus ſeminis (. ita Peramatus quoque l. cit.) cum naturam habeat humidam & aqueam,* διαλύεται καὶ πνευματοῦται, *hoc eſt, vt Gaza vertit, diſſoluitur, verſumque in ſpiritum euaneſcit.*

Niſi fallor, maluit ille ſequi Gal. autoritatem, quàm videre, quid ſequela orationis velit. Is enim 1. *Sem.* 4. longâ oratione diſputat contra Ariſtotel., illudque πνευματοῦται explicat per εἰς πνεῦμα μεταβάλλεται, *in aerem mutatur,* afferens ſubinde incommoda multa, quæ ſemen, in flatum conuerſum, ſequantur. Mihi vero totum illud ſuſpectum eſt. Cur enim non attingit alterum, διαλύεται? cur non potius τὸ πνευματοῦται explicat per τὸ διαλύεται, quam τὸ διαλύεται per τὸ πνευματοῦται? cur verba ſola captat, contextum (. præcipuè ſimile de coagulo.) ne extremo quidem digitulo tangit?

Cui enim vel mediocriter literato compertum non eſt, vniuſcuiuſque verbi ſenſum pendere ex verbis contiguis? & poſteriora debere lucem accipere à prioribus, non contrà, niſi peculiariter ſint inſtituta σαφηνείας ἕνεκα, *perſpicuitatis gratia?*

Quid multa? Totus locus conuincit, Galenum quidem noluiſſe intelligere Ariſtotel., vt Capiu. loquitur, Ariſtotelem autem hoc velle:

Quemadmodum coagulum διαλύεται in lac, *hoc eſt, in particulas minimas, & ſenſui inconſpicuas diſſoluitur*: ita corporatura ſeminis in partes fœtus. Rurſus, quemadmodum coagulum in caſeo manere nemo dubitat (. verba ſunt Peramati *libro dicto.*) quia corpus terreum & denſum eſt, inidoneum, vt reſolutionem admittat; quin, ſi linguæ iudicio prorſus non caremus, non latebit nos coagulum in caſeo, cum ex maiori aut minori morſu, plus aut minus coaguli caſeo inditum eſſe, ſoleamus dicere: ita (. ſic ego ſubſumo contra Peramatum, ipſiuſque clientem, Galenum) ſemen in fœtu manet, quia, cum ſubſtantiâ illâ aqueâ, ſatis multum ſubſtantiæ terreæ habet, quæ reſolui & diſſipari nõ poteſt: quin, niſi concedam⁹ manere, originẽ Calidi natiui dare

non poterimus, & cur alii viuaciores a-liis ſint, cauſæ non erit. Heic paucis φι-λοτιμίαν Gal. ob oculos ponere libet illis, qui conditione humanâ auguſtiorē fuiſ-ſe exiſtimant. Quantoperè enim effert explicationem ſuam, quā ex ſolo & nu-do verbo πνδματȣ̃ται ſumit, explicationi illorum, qui velle Ariſt. dicebant, Semē maris, poſtquam motus principium de-dit, ἐκκρίνεσθαι, excerni? At vident boni vi-ri, Gal. in eâdem cum iſtis culpâ eſſe, & tam aberrare à januâ, quam illi? Quod vt clarius fiat, conſiderent, quæſo, me-cum locum alium Ariſt. *ex* 2. *Gen.* 1. Di-ſtinguens ibi principium ἐξ ȣ̃, *ex quo ali-quid fit*, à principio ὑφ᾽ ȣ̃, *à quo aliquid fit*, dicit, Quæſtionem non eſſe de princi-pio ἐξ ȣ̃, *de materia*, quod illa procul omni dubio immaneat, ſitque pars illius, quod genitum eſt: ſed de principio ὑφ᾽ ȣ̃, *de effi-ciente*. Ergò, inquit, quod gignit, aut eſt extrinſecum quid, aut intrinſecum. Nō extrinſecum: præter enim rationem eſt, aut viſcus vllum, aut quiduis aliud fieri ab eo, quod non omnes factæ rei parti-culas contingat. Intrinſecum itaque. Hoc iterum, aut eſt in ipſo conceptu, aut abiunctum ab eo. Abiunctum eſſe, irra-tionabile eſt. Nam, genito animali, cor-rumpiturne, an immanet? Corrumpi di-ci non poteſt, ſiquidem intrinſecū quid eſt. Talia enim ſunt partes rei genitæ. Sed & quod corrumpit, corrumpere, vel omnes rei genitæ partes, vel quaſ-dam, abſurdum eſt. V.g. ſi cor fiat primò omnium, & cor faciat deinde alias par-tes, neceſſum erit, vt cor etiam, poſt-quam egerit, corrumpatur. Et ſic de cæ-teris. Omnes igitur tandem corrum-pentur. Ergo non corrumpitur, ἀλλὰ σώ-ζεται, *ſed ſeruatur*. Quid heic vel illi, quos ἄχρι ȣ̃ ὀνόματος *nominetenus* Ariſtotelicos vocat Gal., aut Gal. ipſe? Si enim ſemen maris immanet & ſeruatur: quomodo dici poteſt excerni? quomodo dici po-teſt in flatus verti & euaneſcere? Imma-net igitur, ſed nullam partem conſtituit, verùm in omnes διαλύεται, *diſpergitur*, & omnes animat. Quamobrem ad formā pertinet, vt dicetur, non ad materiam. Hic ſi ſenſus eſt ȣ̃ διαλύεται, quis erit ȣ̃ πνδματȣ̃ται? Profectò, niſi præconcepta opinio ſurdos nos fecit & mutos, 8. κ. πτ. ι. fatebimur, eruendum eſſe ſenſum ex

A contextu, non autem adferendū de no-ſtro. Quando igitur corporatura ſemi-nis ita διαλύεται, vt dictum eſt: quidni di-ci quoque poſſit πνδματȣ̃σθαι, *hoc eſt, vapo-ris ſpecie ſubire ſanguinem menſtruum*? Rur-ſus, ſi ita διαλύεται καὶ πνδματȣ̃ται, vt conſtituat Calidum natiuum; Calidum autem natiuum non niſi σχέσει differtà ſpiritibus: ſanè πνδματȣ̃ται dici quoque
B poterit, *ſpiritesſcit, vt I. Alexandrinus loqui amat, hoc eſt fit ſpiritus, aut fundamentum ſpi-rituum illorum, qui è corde præcipue in omnes partes dimanant*. Egi hâc de re *in Com. in* 14. *Vs. part.* 3. & maneo nunc quoque in veſtigio, poſtquam Mundino doctore 2. *Sem.* 3. ita didici argumentari, Semen excernitur, aut in flatus vertitur, vel an-tequam ſanguinem menſtruum coëgit, vel poſtea. Illo modo non fieret genera-
C tio, quamobrem ne ipſi quidem expli-catores audent hoc dicere. Ergo hoc. At cum in ſubſtantiam ſanguinis ita ſe inſinuauerit, vt coagulum in lac: quî po-teſt id eſſe cuiquam veriſimile? Maneo ideo quoque, quia Gal ipſe 1. *Sem.* 8. de Vi plaſticâ ſeminis loquens, ait, εἴσω τε καὶ πρὸς τὸ βάθος χωρεῖν τὸ πνεῦμα, σώζειν ἑαυτὸ γλιχόμθμον, *ſpiritum formantem (.non ſolum, ſed cum ſubiecto ſuo.) introrſum & in profun-*
D *dum partiū ſe inſinuare, ſtudentē ſeipſum con-ſeruare, αὐτοκίνητος* quippe ἀρχὴ ζωῆς, *ex ſeipſo cum ſit mobile principium ad animalis conſti-tutionem, non autem inſtar vaporis diſſolubile, vt Capiv. explicat de form. fœt.* 2.

Cap. XV.

Heic ſubſiliunt quidam Galenici: Si ſubſtantia ſeu corporatura ſeminis
E (.dicunt.) immanet, non poteſt non conſtituere partes quaſdam. Ex corpo-re enim non poteſt fieri non corpus. Du-bium hoc eſſe vetuſtiſſimum, paret ex his Philoſophi verbis 4. *Gen.* 4. τὸ σπέρ-ματȣ̃ ἄῤῥενος, εἴτε συμβάλλεται πρὸς τὴν ὕλην, μόριον γινόμθμον ȣ̃ κυήματος, καὶ τῷ σπέρμα-τι συμμιγνύμθμον τȣ̃ θήλεος, εἴτε καὶ μὴ τοιοῦ-τον τὸν τρόπον, ἀλλ᾽, ὥσπερ φαμὲν, συνά-γον καὶ συνδημιουργοῦν τὴν ἐν τῷ θήλει ὕλην,
F καὶ τὸ σπέρμα σπερματικὸν, καθάπερ ὁ-πὸς τὴν ὑγρότητα τȣ̃ γάλακτος, διὰ τινὰ ποτ᾽ αἰτίαν, καὶ περὶ ἑφ᾽. *Semen igitur maris ſiue id auget materiam, & fit pars κυήματος, mi-ſceturq; ſemini fœmineo: ſiue nō hoc modò con-*

currit,

currit, ſed eo, quo nos dicimus, cogens, & condens materiam fœmineã, excrementũ (inquã) illud ſeminale, veluti coagulum lac, quã ob cauſam plura facit animalia, & non potius vnum, ſed maius? Vtri parti adhæſerit Ariſtoteles, nõ tantum ex antedictis clarum eſt, ſed & ex his, *quæ ſcribit* 1. *Gen.* 21. τὸ ἀπὸ τοῦ ἄρρενος ἀποκρινόμενον οὐ παρέχεται, ἵνα ἐκ τούτου, ὡς ἐνυπάρχοντος, τὸ γιγνόμενον ᾖ, ἀλλ' ὡς ἐκ κινήσαντος, καὶ τοῦ εἴδους, *Quod à mare tribuitur, non ideo tribuitur, vt ex illo, tanquam inexiſtente ſeu materia, fiat id, quod fit: ſed vt habeat rationem mouentis & formæ.* Et poſt non multa: τὸ ἄρρεν μὴ συμβάλλεται εἰς τὸ ποσὸν, ἀλλ' εἰς τὸ ποιὸν, *Mas non dat vllam partem magnitudinis, ſed tribuit partibus, vt ſint tales.* Eſt autem vnumquodq; tale per ſuam formam, quam à Calido natiuo habet. Hoc eſt, quod tot locis ait Ariſt., quot dici vix poſſunt, Marem tribuere formam, fœminam materiam. Quâ ex oppoſitione illud liquet, licet id, quod tribuit mas, immaneat: non eſſe id tamen partẽ conſtitutionis, ſed eſſentiæ, vt Bonamicus loquitur, 5. *Alim.* 23. & 28. Ita quoq; Auicenna 1. *1. doct.* 5. *c.* 1. Secundùm ſermonẽ eius, q. de ſapientib. verificauit, de ſpermate maſculi generatur, ſicut generatur caſeus de lacte. Et ſicut principium coagulationis eſt in lacte: ita principium virtutis patiẽtis eſt in ſpermate mulieris. Quemadmodum igitur vnumquodque duorũ, coaguli & lactis, eſt pars ſubſtãtię caſei, qui fit ex iis: ita vnumquodq; duorum ſpermatum eſt pars ſubſtantiæ embryonis. Hoc autem verbum, non parũ, imo multum eſt contrarium verbis Gal. &c. In quæ inſurgens Auerroes *Paraphr. in* 2. *Gen.* 3., Auicennã imaginari ſibi ait, ſemen maris eſſe quidem fœtus partem: veruntamen formæ, nõ materiæ, adeoq; ſemen maris eſſe propriũ (. ſic loquitur.) Calorem naturalẽ, vel quod tranſmutatur ad propriũ Calorem naturalẽ paucâ tranſmutatione. Hâc in re errare ait Auicennam, cauſamq; erroris eſſe exemplum de coagulo & lacte. Cęterum, ſum eius ſententiæ, Auerroem potius errare, quod non intelligat, vel Ariſt., vel Auicennam. Nam quod tanti facit opinionẽ ſuam, quæ ſemẽ facit inſtrumentum, vereor, vt ſatis prudenter agat. Dum enim concedit, Inſtrumentum hoc naturale differre ab artificialibus, quod intrinſecus omnes partes peruadat, ornetque ex

A merito: cui veriſimile fecerit, tale inſtrumentum ſeparari? Si non ſeparatur, vbi eſt? quid facit? Sed ſeparetur: annon neceſſe eſt aduenire aliud, quod Calidum natiuum conſtituat, ſedemque præbeat animæ? Hoc verò modo, annon fruſtrà multiplicabuntur entia? Nec quidquam me mouet, quod diſtinguit, & ait, Partem ſeminis aeriam tantum eſſe inſtrumentum: non etiam craſſamentum terreum.
B Nam, eſtne alia natura partis aeriæ, alia terreæ, ſiquidem heic cõſideramus vt formam ἔνυλον? Si omnino diuerſitas eſt, vt eſt: dicine poteſt, partem aeriam eſſe formam ἄυλον? Nam vel ſolus aer clamat materiam. Ergo, ſi per Auerroem pars aeria inſinuat ſe in intimas partium particulas, quis cuneus pellit illam loco ſuo? Cadit ideò abſurdum primum, Si eſſet pars fœtus, non poſſet ſe-
C parari. Dico enim, Non debet ſeparari. At eſt inſtrumentum? Eſt, ſi ita vis: ſed naturale, quod non neceſſe eſt ſeparabile eſſe à re, quam efficit, perinde ac dolabra ſcriniarii à manu ipſius. Cadit & alterum, ſi cum parte aeriâ iret humiditas quædam, opus haberet motore aliquo extrinſeco, qui impellat in partium profundum. Dico enim, Non eſt opus bajulo alio, cum forma ſit ἔνυλος, vt to-
D ties dixi, quæ ſine ſuâ materiâ nullibi eſt.

Cap. XVI.

AT tu fortaſſis teſtimonia à me exigis eorum, quæ de inſtrumento naturali ſeu intrinſeco dico? Ariſtoteles, cum, vt ſupra quoque dixi, 1. *Gen.* 21. docet, Naturam vti ſemine, ὡς ὀργάνῳ, *tanquam inſtrumento*, quod motum habeat
E actu; cum mox explicat, In inſectis non vti hoc inſtrumento, ἀλλ' αὐτὴν τοῖς αὐτῆς μορίοις θιγγάνουσαν δημιουργεῖν τὸ συνιστάμενον, *ſed ipſam ſuis ipſius partibus agentem facere primam* σύστασιν, *de qua nobis ſermo eſt:* hoc vult dicere, teſte Accorambono *Notis in illum locum.* In hoc differunt inſtrumenta artis à ſemine, quod ſemen eſt inſtrumentum, quod habet motum, actu etiam ſeparatum à mare: ſed ars
F vtitur inſtrumentis, quæ ſeparata ab artifice non mouentur, niſi ars illa moueat. Hanc ſi mentem eius eſſe negas, accipe hæc *ex* 2. *Gen.* 1. ἡ τέχνη, ἀρχὴ καὶ τὸ εἶδος τοῦ γινομένου, ἀλλ' ἐν ἑτέρῳ· ἡ δὲ τῆς φύ-

σεως

στεως κίνησις ἐν αὐτῷ, ἀφ' ἑτέρας οὔσα φύσεως, τῆς ἐχούσης τὸ εἶδος ἐνεργείᾳ, *Ars eſt principium & quaſi idea illius, quod fit, ſed in alio: ſed Naturæ motus in eo ipſo eſt, quod mouet, ortum habens ab alia natura, quæ ideam illam habet actu ſecundo, vt ſupra iſthæc expoſui.* Atque hæc poſt elegantem illam diſputationem, quibus ſemen in fœtu σώζεσθαι, *ſeruari*, docuit, explicuit per analogiam, quã habet hæc actio cum præſtigiis quibuſdam, aut etiam cum horologiis noſtris. Quemadmodum n. ibi, vbi mota eſt prima rota, quæ cæteris dat motum, non eſt opus alio motore extrinſeco: ita, poſtquam ſemen in vterum venit, non eſt opus alio, hoc eſt, agit vi intrinſecâ. Clarius hæc exſequitur Gal. ἡ θερμασία ἔμφυτος, inquit 1. *Cauſ. pulſ.* 4., τόσον μόνον τῶν ἄλλων διαφέρει δημιουργῶν, ὅτι τοῖς ὀργάνοις ἐνδέδεται, καὶ δι' ὅλων αὐτῶν ἅπασι διελήλυθεν, οὐκ ἔξωθεν ἅπτεται, καθάπερ ἐκεῖνοι, *Hoc ſolo differt Calidum natiuum à ſutoribus, fabris, aliiſque opificibus, quod, non vt illi, extrinſecus tantum tangit inſtrumenta ſua, partes (inquam) corporis, ſed iiſdem, quaſi vinculis quibuſdam alligata eſt, illaſque totas peruaſit.* Multò clarius 2. *Fac. natural.* 3. quem locum nuper quoque afferebam. ἡ διαπλάττουσα τὰ μόρια φύσις, καὶ κατὰ βραχὺ προσαύξουσα, πάντως δήπου καὶ δι' ὅλων αὐτῶν ἐκτέταται. καὶ γὰρ ὅλα δι' ὅλων, οὐκ ἔξωθεν μόνον αὐτὰ διαπλάττει τε καὶ τρέφει, καὶ προσαύξει. Πραξιτέλης μὲν γὰρ, ἢ Φειδίας, ἤ τις ἄλλος ἀγαλματοποιὸς, ἔξωθεν μόνον ἐκόσμουν τὰς ὕλας, καθὰ καὶ ψαύειν αὐτῶν ἠδύναντο· τὸ βάθος δὲ ἀκόσμητον, καὶ ἀργὸν, καὶ ἄτεχνον, καὶ ἀπρονόητον ἀπέλιπον, ὡς ἂν μὴ δυνάμενοι κατελθεῖν εἰς αὐτὸ, καὶ καταδῦναι, καὶ θίγειν ἁπάντων τῆς ὕλης τῶν μορίων. ἡ φύσις δὲ οὐχ οὕτω, καὶ τὰ ἑξ. *Quæ partes fingit, formatq; Natura, & ſenſim auget, per totas illas omninò extenſa eſt. Totas enim per totas, non extrinſecus tantum, & format, & nutrit, & auget. Praxiteles aut Phidias, & ſi quis alius ſtatuarius, forinſecus tantum ornabant materias, quatenus ſcilicet attingere poterant, internam eius partem ſeu profundum relinquebant inornatam, otioſam, neglectam & ſine curâ, tanquam qui deſcendere eò non poſſent, aut ſubire, ſeu contingere vniuerſas materiæ particulas. Non ita Natura, &c.* Vis tibi explicari per ſimile aliquod? ἡ τοῦ ψυχικοῦ θερμοῦ φύσις ἐν τοῖς ζώοις inquit Ariſt. 3. *Gen.* 4. δημιουργεῖ παραπλησίως τῇ ζύμῃ. καὶ γὰρ ἡ ζύμη ἐκ μικρᾶς μεγάλη γίνεται, τοῦ μὲν στερεωτέρου ὑγραινομένου· τοῦ δὲ ὑγροῦ πνευματουμένου, *Natura Calidi animalis agit penè vt fermentum. Hoc enim ex mole exigua fit magnum, humeſcente quidem parte ſolidiore, inflatus autem conuerſo humidiore.* Quę ſi de auctione dicta eſſe cauſaris, accipe hoc alterum de conſtitutione. Gal. 14. *Vs. part. vltimis verbis* de differentiâ agens inter teſtes maſculeos & fœmineos, de his ait, ὑπὸ τῆς ἐμφύτου θερμασίας οὐ διεμφυσήθησάν τε, καὶ (ὡς ἂν εἴποι τις) ἐζυμώθησαν, *à Calido natiuo non perinde inflati ſunt, ac (veluti quis dixerit) fermentati.* Hoc autem exemplariter dictum de teſtibus, quidni dici poſſit de omnibus aliis quoque?

A B

CAP. XVII.

HEic vt parum ſubſiſtant ii, rogo, qui de explicatione τοῦ πνευματοῦται modò traditâ fortaſſis ampliant! Si enim

C fermentũ rectè dici poteſt πνευματοῦσθαι, quin imò διεμφυσᾶσθαι: quæ tanta iam eſt neceſſitas in expoſitione Galenicâ? cõtrà, quæ improbabilitas in noſtrâ? Et de fermento quæ dicuntur, de coagulo quidni dicantur? Quemadmodum fermentum ita in maſſam panis abſumitur, totam vſquequaque peruadendo, & in tumorem attollendo, vt tu dicere quidem non poſſis, hæc eſt pars quædam

D fermenti, fateri aũt cogaris, ſtatim atq; deguſtâſti, fermentum ibi eſſe: ita coagulum in caſeum ſeſe inſinuat in minimarum minoribus particulis, vt coagulum quidem ipſum non poſſit ad oculum oſtendi, vis autem in linguâ ſubito percipiatur. Simili prorſus modo quia ſemen maſculum ſubire dicitur ſemen ſeu ſanguinem fœmineum: quidni dici poſſit διαλύεσθαι καὶ πνευματοῦσθαι? Rurſus,

E quia ſemen maſculum non amittit quidem corpus, dirimitur autem tam diligenter, vt ad ſenſum ampliùs non appareat, fitque adeo ſedes proxima animæ; cur non dicam, pertinere potius ad formam, quam ad materiam? Hoc mihi videtur docuiſſe Auerroes *in* 1. *Gen.* 20. Cum miſcentur, ait, plures res, in quantitate & qualitate ſimiles, fit corpus homogeneum, &c. Quod ſi ex his res vna

F fit minoris quantitatis, alia vero maioris, tunc minor exhibet maiori qualitatem tantum, veluti coagulum lacti. Et poſt pauca: Semen maris præſtat ſanguini menſtruo ſubſtantiam & formam,

hoc

hoc eſt, concoquit ipſum, & ſecernit excrementa, quæ non ſunt apta fieri membra, &c. Item, Coagulat ipſum, redditq; corpulentum & ſtabile. Huc etiam eunt verba autoris l. de Anat. viuorum apud Gal. *cap. de Anatomia matricis*, Quidam voluerunt ſperma viri in ſanguine menſtruo facere, quod fermentum facit in paſtâ, id eſt, ebullitionem. Item, *cap. de Humore*, Secundum Ariſtot. ſperma viri coagulo comparatur, ſperma autem mulieris lacti. Quare in ſpermate virili eſt virtus coagulationis actiuè, in muliebri, paſſiuè. Hæc ſi tibi minus Galeno digna videbuntur, accipe ex illo 3. de Fac. natur. loco, qui procul dubio legitimus eſt, tria (quibus vtitur ibi) verba, & confer cum Ariſtotelicis tribus. 1. ait τινὸς ἀλλοιώσαντος. τὸ ἀλλοιοῦν quantum abeſt ἀπὸ τοῦ μεταβάλλειν, *quod eſt* 2. Gen. 3? Deinde ait, τινὸς πήξαντος. πηγνύειν an non habet ipſe quoque 1. *Gen.* 20? & ab eo quantum differt τὸ συνιστάναι, 2. *Gen.* 3? τὸ συνάγειν, 4. *Gen.* 4? Tertio ait, τινὸς διαπλάσαντος. Hoc coincidit cum τῷ δημιουργεῖν, *quod eſt* 2. *Gen.* 4. aut συνδημιουργεῖν, *quod eodem ſenſu* 4. *Gen.* 4. *legitur*, aut ποιεῖν, *quod* 1. *Gen.* 21. aut κινεῖν, *quod* 1. *Gen.* 21. aut γεννᾶν, *quod* 1. *Gen.* 2. *& alibi ſæpe.* Sed deſino plura, ne inuitos quoſdam cogere velle dicar.

CAP. XVIII.

Interim, ne difficultates ſtudio vitaſſe videar, dicam, quid ſentiam de loco, *qui eſt* 4. *Gen.* 4. in quo videtur Ariſt. à ſe ipſo diſſentire, cum tantum inter ſemen maſculum & coagulũ ponit diſcrimen, imò, de vtroque ſcribit, quæ cum ſuperioribus pugnare videntur. Verba ſunt, ἡ μὲν τοῦ σπέρματος θερμότης, οὐ μόνον συνίστησι ποσὸν, ἀλλὰ καὶ ποιόν τι. ἡ δὲ ἐν τῷ ὀπῷ, καὶ τῇ πυετίᾳ, τὸ ποσὸν μόνον, *Seminis calor non modo facit quantum quid, ſed & quale quid: Coaguli autem, quantum duntaxat.* Heic quis non dicat, Ariſt. concedere ex ſemine eſſe, non formam tantum, ſed & aliquid materiæ? item, coagulo negare τὸ ποιὸν, quod ſuprà illi dedit? Accorambonus rectè notat, Philoſophum agere de iis animalibus, quæ plures gignunt, eoſque vno initu, cauſamque quærere, quomodo id fiat? Niſi fallor, erat tum quidam, qui negabant, fieri conceptum multorum vno initu, volebantque tot eſſe initus, quot

A eſſent fœtus. Atque ita argumentabantur. Quemadmodum coagulum agit idem, ſiue in magna, ſiue in paruâ quantitate addatur lacti; cogit enim ſemper, modo inter ipſum & lac ſit proportio: ita, licet demus, πολύτοκα illa plus fundere ſeminis, non tamen dabimus, plures fœtus generare, ſed plus ſanguinis cogi à copioſiori ſemine, itaque animal fieri grandius. His reſpondet ille, (inquit Accorambonus) τὸ παράδειγμα λεχθὲν οὐχ ὅμοιόν ἐστι, *ſimile veſtrum eſt diſſimile.* Semen enim non ſolummodo conſtituit quantum: ſed & quale, hoc eſt, non tantum efficit corpus, quod eſt quantum, ſed & corpus animatum, quod eſt quale. At coagulum tantum facit corpus, hoc eſt, tantum reddit lac corpulentum & ſtabile, non autem transformat in aliam ſpeciem. Ego vt concedo, ſimile de coagulo non extendere ſe ad illam quæſtionem, quam agitat ibi Ariſtoteles: ita nõ ſatis video, quid ſibi velit hæc reſponſio. An hoc vult Philoſophus? Non oportet coagulum conferre cum ſemine in his. Coagulum enim quantumuis diuidas, non faciet tamen aliud, quam molem quandam informem. At ſemen diuiſum in iis, in quibus aptum eſt pluribus fœtibus, non facit tantum molem, ſed & informat ipſam. Ita non erit contradictio, quæ alias videtur eſſe, de quanto, ſeu de corpore, quod ſemen det. Nam τὸ ποσὸν ibi ſignificabit corpus quantum, quale facit ſemen, cum συνίστησι, *cogit* ſanguinem menſtruum: non autem de partibus intelligetur, quæ nullæ ex ſemine fieri poſſunt. Non erit etiam difficultas de τῷ ποιῷ coaguli, quod ſuprà dictum eſt dare. Nam comparatio non fit eatenus, ſed reſpicit coactionem ipſam, ſeu molem coactam, ſolidamque, cum antè eſſet fluida. Confirmo hanc explicationem partim ex Bonamico 4. *Alim.* 4. qui ait, Magnum vas lactis cogitur à coagulo in vnum magnum caſeum, non in plures paruos: à ſemine hoc non fit, quia certa eſt cuiuſque formæ menſura, ideoque certum etiam incrementum, &c. quæ vide: partim ex Accorambono, qui *Notis in* 2. *Gen.* 6. oſtendit, ſemen vniuſcuiuſque animalis, non ſolum facere tale animal, ſed & tantum, &c. Ego hæc afferre volui: qui his veriſimiliora dederit, is vicerit.

(Marginal letters in the right-hand column: B at "corambonus", C at "gulo non extendere", D at "format ipſam", E at "ſed reſpicit", F at "qui Notis in 2. Gen. 6.")

CAP.

CAP. XIX.

AD negotium ipſum redeo. Hoc ſi probabilius tibi non reddiderunt ii, quos produxi: reddat Conciliator *Diff.* 36. Alb. Magnus 16. *Animal.* 1. & Thomas, quem idem ſentire Conimbricenſes ſcribunt *in* 1. *Gen.& Cor.* 4. *qu.* 28. *arti.* 2. Si hæc triga non ſufficit detrahendæ nouitatis laruæ, hem tibi Scaligerum, Argenterium, Bonamicum, trigam aliam, priori non inferiorem. Scaligeri verba contra Cardanum *Exerc.* 6. *n.* 8. hæc ſunt: Spiritus non eſt pars corporis, quæ formatur, tametſi vnà in maſsâ eſt, veluti coagulum in lacte. Quid magis Peripateticum dicere poſſis? quid explicationi noſtræ conformius? ſiquidem (. quod planè neceſſarium eſſe videtur.) per ſpiritum intelligit puriſſimam ſeminis partem, ex λόγῳ & ὄγκῳ ſimul conſtantẽ, quia cum coagulo confert? Propius, ſi non ſenſu, certè verborum perſpicuitate accedit Argenterius, *Com.* 2. *in Artem, c.* 8. cum Ariſt. hoc velle ait, Semen in minimas partes diuidi, & vna cum ſanguine miſceri, & ab eo animalis partes procreari. Et ne dubites, poſt aliquam multa docet, Eam eſſe ſeminis in generatione rationem, quæ eſt coaguli in confectione caſei. Vt ergo (. addit.) ex coagulo, non materiam (. quæ capitur ex lacte.) ſed vim ſolam ſuppeditari dicimus: ſic ex ſemine nullam partem gigni, manere tamen illud in vtero, vt ſanguinem mutet, & formam det, credere debemus. Id enim fieri nihil prohibet, &c. Fortaſſis tu hunc mihi contemnis? Ego vero nihil moror alia, qui ſcio, non omnia dari vni, iudiciumque faciendum eſſe, non ex perſonâ dicentis, ſed ex re dictâ. Bonamicus 4. *Alim.* 23. *&* 25. docet, Seminis partem (dicam hàc de re lib. 3. huic enim loco non officit) quandam eſſe ad menſtruũ, vt lac ad coagulum, ita, vt, ſicut coagulum cogit, neque eſt pars caſei: ſic cogat ea pars ſeminis, neque ſit pars fœtus, ob paruitatem, agens nihilominus per modum formæ, & per virtutem quandam diſſeminatam, hoc eſt, ſecundum totum, & impartibiliter, donec fœtus effformatus fuerit, in quo remanet, vt habitus, operans propriâ, non alienâ virtu-

A te, & tunc eſt anima. Fortaſſis non inuiti huc iuerint duo alii magni viri, Mercurialis *de gen. hom.* 15. & Mercatus 1. *Phyſiol. quæſt.* 95: verùm quia illi poſteà in alium, redargutioniſque ineptum ſenſum trahunt, deſerere eos præſtat. Aliud enim omninò eſt, eſſe in parte cõſtitutâ, quod ego volo: aliud conſtituere partem. Vis etiam alios? Apud me quidem argumen- B tum ab autoritate tam nihil valet, vt conſentiam magno cuidam viro, dicenti, Si teſtibus res agatur, ſe Sodomiam etiam (. rem omnium teterrimam.) probaturum: at quia non probationis, ſed declarationis ergò fit, quidquid fit, fortaſſis licebit nobis alios quoque ſuperinducere, vt vel hoc tantum lucremur, Veritatis fulgur latiuſcule ſe extendiſſe. Sit C igitur quartus in acie Capiuaccius, qui *de form. fœt.* 2. nugari ait Gal., dum Ariſtoteli aduerſatur: Non enim egreditur: ſed ſimile eſt coagulo, (inquit) quod partes vnit, generat, cõſtituit, &c. Sit quintus Môglingus *in* 9. *de hoc negotio.* Partium ſolidarum (inquit 9.66.) Calidum ἔμφυτον nequaquam materia eſt, ſed per earundem partium ſubſtantiam diffu- D ſum quiddam, & tanquã tinctura quædam, ſeu balſamus vitalis, quo earum partium σύμφυτον θερμὸν à diſſolutione & putredine vindicatur, cõſeruatur & fouetur, &c. Item θ. *ſeq.* Licet ſimul generẽtur ex eodẽ ſpermate, & partes ſolidæ, & ἔμφυτος earum balſamus: aliam tamen craſin dicimus eſſe quarumlibet partiũ ὁμοιομερῶν, quoad ex ſecundis elementis, E συμφύτῳ θερμῷ concreuerunt, & aliam ſubſtantiæ huius ἐμφύτου θερμοῦ, quod partium illarum ſubſtantiam tingit, & primum eſt animæ inſtrumentum, &c. Extremum agmen claudat Horſtius noſter, cuius 1. *Nat. hum.* 1. *quæſt.* 5. de ſubſtantiâ ſeminis ſpirituosâ & tenui hæc ſunt verba, Suſtinere calorem, operandi inſtrumentum, quo partes craſſiores F tanquam materiam format & diſponit, ſuoque munere functa, in ſpiritus innatos partibus abit. Et *quæſt. præced.* ſcribit, Ariſtotelis & Auerrois rationes pulcerrimè demonſtrare, ſemen maris principium motus in generatione præſtare, primumque ebullitionis principium ſolius viri calori ac perfectioni deberi. Cũ hoc licet non in omnibus conſentiam: ſatis tamen eſt id, quod huc pertinet, Se-

men

men eſſe inſtrumentum, vt ſic dicam, internum, quod in re facta maneat quidẽ, ſed pars materiæ non ſit. Ideò addit, De parte tenuiore ſeminis verum eſſe, quod efficiens, conſtitutionem effecti non ingrediatur, hoc eſt, partes quædam ex illâ fiant. Ex craſſiori enim fiunt omninò, de ipſius mente. Atq; huc, licet obſcuris veſtigiis, it quoque Rumbaum; *Exerc. de Gen. fœt.* 50. *& ſeq.*

Cap. XX.

HEic prima nobis cum Mundino velitatio inſtituenda fuerit. Is enim 2. *Sem.* 3. interpretationem hanc fictitiam vocat, fugamq;, quâ nemo vnus voluerit vti, præter ſolum Conciliatorem, in quem etiam ſpicula ſua dirigit. Qua in re quantum fallatur, & fallat incautos, age diſpiciamus paucis, vt quid ab illo exſpectandum ſit in aliis, cognoſcat æquus lector. Colligit quinq; errores Cõciliatoris. *Primum* eſſe ait, quod Ariſt. mentem non aſſequatur, quippe, qui ſemini tribuat, quod Ariſt. ipſe corpulentiæ ſeminis. Hei mihi, quam plane non intelligit, neq; Ariſt. neq; Conciliatorẽ! In ſemine duo cõſiderari, dictum eſt ſuprà, λόγον, qui ſit inſtar formæ, & ὄγκον, qui ſit inſtar materiæ. De λόγῳ quis dicat διαλύεσθαι καὶ πνευματοῦσθαι? De ὄγκῳ autẽ dicitur vtrumq; meritiſſimò. Rectè igitur fecit Conciliator. At Ariſt. dixit de toto ſemine? Rectè hic quoq;. Non n. diſtinxit ſubjectum denominationis à ſubjecto inhæſionis. Homo dolet, eſt ſubjectũ denominationis: at corpus eſt ſubjectum inhæſionis. Homo diſcit, eſt ſubjectum denominationis: at anima fit erudita. Idem dicendum fuerit de Gal. ſicubi ille varius videtur, ſi (inquam) modo ſemini tribuit vim agendi, modo opifici in ſemine. At quia Conciliatori ἀβλεψίαν objicit, eſtne ille tam perſpicax aquila? Non apparet, cum, quod Ariſt. toti ſemini tribuit, tribuit aqueæ tantum ſeminis parti. Cæterum, quid de pulcrâ illâ diſtinctione ſubſtantiæ ſeminis ſentiẽdum ſit, alibi videbimus. Iam illud repeto ex ſuperioribus, Semen eſt aqueũ, ſi de actu loquaris. *Secundum* errorẽ eſſe ait, Si virt⁹ ſeminis debeat per menſtruũ diffundi, oportere corporaturã prius in ſpiritum verti. Quidni, ô amice Mundine? At Cæſalpin⁹ & Auerroës, &c. Quid ad me, dicet Cõciliator, q̱d iſte dicat vel

A iſte? Ego nihil excerni ſtatuo, ſed omne ſemẽ abſumi in Calidum natiuũ. Tu verò, Mundine, quid regeres? Aut tacebis, aut ad *tertium* errorẽ cõuerſus, inquies: Cum ſeminis corpulentia ſit lenta, multumq; terræ habeat, impoſſibile eſt, vt tota in ſpiritus cõuertatur. Impoſſibile? Non magis, q̃ impoſſibile eſt, fermentũ, ꝙ longè terreſtriorem habet ſubſtantiã, in ſpiritum conuerti, diſpergiq; p̱ maſsã

B farinaceam: Si argutaris, In minimas, & ſenſui inconſpicuas particulas diuidi. *Quartus* error, Mũdini judicio, eſt, quod explicatio non quadret ad ſimile, ab Ariſt. datum. Vt enim coagulum eſt cauſa coagulationis: ita corporatura ſeminis debet eſſe cauſa generationis. At facultas, in ſemine reſidens, eſt cauſa generationis, ſecundũ Ariſt. 2. *Gẽ.* 1. An Mundinus accepit hoc à I. Alexandrino, *Not. in*

C 1. *Sem.* 9? Sed habeat de ſuo: Reſp. etiam heic ſui ſimilis eſt, dum carpit, quę nõ intelligit. Ariſ. vult, Semẽ, ꝙ eſt τόδε τι, cauſam eſſe generationis, non autẽ vel λόγον σπερματικὸν ſolum, vel ὄγκον ſolum. Si quãdo autẽ λόγον ſolum nominat, dicit ſubjectũ inhęſionis, vt modo diſtinxi. *Quinti* erroris, eiuſq; apparatus prolixi, vix ſine riſu poſſum meminiſſe. Si n. Gaza ex duob⁹ verbis illis, διαλύεται καὶ πνευματοῦ-

D ται, fecit tria: debetne, aut poteſt id nocere Ariſtoteli? aut etiam Conciliatori? Vterq; n. *Euaneſcit* illud faceſſere jubebit vltra Garamantas & Indos. Quinq; his erroribus ſuperaddit *ſextum*, quẽ ait eſſe majorem cæteris, fortè, quia viderat, eidem Alexãdrino hoc placuiſſe! In ſemine, inquit, ſunt ſpiritus multi, qui ſunt inſtrumentũ Vis plaſticæ, vt aliis nõ ſit opus, ex corporatura educendis. Quis nõ

E videt, fundari hæc partim in nõ intellecto Ariſt., partim in pulcellâ illâ diſtinctione, q̃ nup̱ alio rejeci? Nec muto nũc quidquam: ſed hoc tãtum moneo. Quę, relictis Conciliatoris nugis, nugator ipſe maximus affert ex Gal. 1. *Sem.* 4., jam à me eſſe refutata *in Com. in* 14. *Vſ. part.* 3. vt actum agere non debeam.

Cap. XXI.

F QVando itaq; remotus eſt obex Gal. vnicus, Si ſemen manet in vtero, oportet ex illo fiant partes quædã, oſtenſumq;, certo manere, neq; tamen vllam ex eo fieri partem, ſed omnes ex ſanguine: habemus jam id, quod primo loco de

συςάσει fuit propoſitum. Sequitur alterũ, A Quid fiat? Dictum puta, vtrum partes omnes formentur ſimul & ſemel: an potius ſucceſſiuè vna poſt aliam? Hipp. ita orditur *l. de Loc in hom.* ἀρχὴ μὲν ἐμοὶ δοκέει οὐδεμία εἶναι τοῦ σώματος· ἀλλὰ πάντα ὁμοίως ἀρχὴ, καὶ πάντα τελευτή. κύκλου γὰρ γραφέντος, ἀρχὴ οὐχ εὑρέθη, *Corporis nullum eſſe principium, mihi videtur: ſed omnia ſimul & principium eſſe & finem. In circulo enim ſcripto nullum eſt principium.* Huc alludere videntur illa *l.* B *de Alimento.* ἀρχὴ δὲ πάντων μία, καὶ τελευτὴ πάντων μία, καὶ ἡ αὐτὴ τελευτὴ καὶ ἀρχὴ, *Omniũ (rerum) vnum eſt principium, vnuſque finis: principium enim finiſq; ſunt idem.* Non ignoro, Fracantianum & Valleſium *in Com.* de alimento iſta accipere, de quo etiam ibi agitur: ſine tamen violẽtiâ huc quoque trahi poſſe, Valleſius mihi tacitè cõcedit. Prorſus eadem ſunt, quæ *in* 1. *de Diæta, t.*21. leguntur. Διακρίνεται δὲ τὰ μέ- C λεα ἅμα πάντα, καὶ αὔξεται, καὶ οὔτι πρότερον οὐδὲν ἕτερον ἑτέρου, οὐδ' ὕστερον. τὰ δὲ μείζω φύσει, πρότερα φαίνεται τῶν ἐλασσόνων, ἀλλὰ τὰ μὲν θᾶσσον· τὰ δὲ βραδύτερον, ὅκως ἂν καὶ τοῦ πυρὸς ἕκαστα τύχῃ καὶ τῆς τροφῆς, *Omnes partes ſimul fiunt & augentur, neq; vlla vel tardius vel citius altera, licet maiora prius ſeſe oſtendant, cũ prius genita non ſint. Interim non vno omnes tempore perficiuntur, ſed aliæ quidem cito, aliæ* D *poſt tempus aliquod, prout qualibet alimẽtum nacta fuerit, & ignem.* Sentẽtia igitur Hip. fuit, Omnes partes generari ſimul. Hãc amplexos fuiſſe poſtea Stoicos (Zeno n. huius ſectæ autor, ducentis penè annis poſt Hip. vixit) patet ex his Cẽſorini verbis *l. de die Natali*: Stoici vnà totũ infantem figurari dixerunt, vt vnà naſcitur, aliturq;. Et huic conſentit Lipſius 3. *Phyſ. Stoicæ* 6. Ego verò ex Gal. *de Form. fœt.* 4. E planiſſimè oſtẽdo, conſenſiſſe illos in his Ariſtoteli & Peripateticis. De Gal. dubites, quid ſenſerit. Hipp. n. adhærere videtur, cũ ait 14. *Vſ. part.* 3. Vno temporis momẽto multa & admirabilia fieri opa circa animalis generationẽ. Neq; n. intelligit illa tantum, quæ mox dicit de vteri clauſione, membranarũ generatione, &c. ſed & q̃ ſequũtur, de ſanguinis in vterũ attractione, fœtuſq; formatione. F Hæc ſi ex hoc loco exſculpi poſſe neget quis, explicationemq; eius rei petere iubeat ex *c.* 7. *ſeq.* vbi ſcribit, Membrum genitale alterutrius ſexus (eſt autem cæterarum ratio eadem, Si enim vna pars fit poſt aliam, nõ omnes fiunt ſimul) formari, οὐκ εὐθὺς μὲν (nam ita leg. eſſe viſum mihi fuit ibidem) ἅμα τῷ καταβληθῆναι τὸ σπέρμα, ἀλλὰ μέχρι παμπόλλου γε χρόνου, *nõ ſtatim atq; ſemen in vterum coniectum eſt, ſed longo tempore poſt*: non extendet tamen fortè vltra ſeptimum diem, intra quẽ, vt Hip. ſcribit *l. de Carnib. t.* 20. corpus totum planè dearticulatum eſt. Dicetur autem in ſeq. quid verè ſenſerit Gal. Cæterùm, ſiue hæc poſteriora ſint Hippocratica, ſiue non ſint, non reſpondent dogmati eiuſdem Hipp *l. de Nat. pu. t.* 10. vbi marem triginta diebus abſolui ſcribit, fœminã ante quadrageſimum. Quæ ipſa veritati non reſpondere (Gal. etiam dubitat *de form. fœt.* 1. ſitne liber Hipp.) quotidiana nos docet experientia. Vide de hoc negotio non pœnitenda apud Riolanum 5. *Schol. Anat.* 17. Niſi me ipſum fallo, Ariſt. 2. *Gen.* 1. ſtudio refutat illa priora, quamuis nõ meminerit Hippocratis, fortè q̃a neq; Hipp. ſunt, vt modò innui. Vt enim hoc dicam per anticipationem, quis credat, tam ineptum fuiſſe Hipp., qui ſenſibus velit imperare? Nam, ſi ego dicam, non credo, omnes partes fieri ſimul: reſpondet ille, Etiamſi minores partes nõdum videas, tamen genitas eſſe, credere debes. Verba autem Philoſophi ecce tibi. ὅτι οὐχ ἅμα (πάντα μόρια γίνεται) καὶ τῷ λόγῳ, καὶ τῇ αἰσθήσει φανερόν. τὰ μὲν γὰρ φαίνονται ἐνόντα ἤδη τῶν μορίων· τὰ δ' οὔ. ὅτι δὲ οὐ διὰ μικρότητα οὐ φαίνεται, δῆλον. μείζων γὰρ τὸ μέγεθος ὢν ὁ πνεύμων τῆς καρδίας, ὕστερον φαίνεται τῆς καρδίας ἐν τῇ ἐξ ἀρχῆς γενέσει. *Q. d. Non omnes partes fieri ſimul, & ratio docet & ſenſus. Quaſdam enim video iam eſſe factas, quaſdã non video. Quod autem falſum ſit, factas quidem eſſe omnes, propter autem exilitatem non apparere: ex hoc manifeſtum eſt. Pulmo eſt maior corde, & tamen poſt cor fieri, certum eſt ex prima generatione.*

Cap. XXII.

Atque hæc explicatione indigent. Senſus, ad quem Ariſtot. prouocat, eſt ille, quem ex ouis incubatis habuimus *ſuprà cap.* 12. Vnde ſic inferre voluit, Si in auibus ita eſt: in homine cur ita non ſit? Rationem con ſequentiæ dabit ipſe Galenus 1. *Sem.* 2. quam exaudire volo Ronſeum, *de human. vitæ primord.* 8. nõ differt generatio brutorum à gene-

generatione hominis. Atque ea res tam certa eſt, vt Gal ſeipſum ſępenumero increpuerit, quod dubium ſibi videretur. Eſt quin etiam ſenſus ille ex plantis habitus. Siue enim planta ſit, ſiue animal, inquit Ariſt. 2. *Gen.* 1. ὁμοίως πᾶσιν ὑπάρχει τὸ θρεπτικὸν, *æque omnibus neceſſaria eſt anima vegetatiua.* Et c. 4. *ſeq.* ὅταν συστῇ τὸ κύημα ἤδη, παραπλήσιον ποιεῖ τοῖς σπειρομένοις, *cum iam coniunctum eſt in animalibus ſexu diſtinctis vtrumque ſemen, idem fit, quod in plantarum ſeminibus.* Ibi enim (vult dicere) quemadmodum in ſemine eſt aliquid, quod habet rationem efficiēdi plantam, aliquid quod τὴν ὕλην παρέχει, καὶ τὸ σῶμα τῷ σπέρματι, *materiam, corpuſque præbet ſemini*: ita in animalibus. Rurſus, quemadmodum in plantis non ſimul omnia ſunt, ſed duo tantum ab initio, ὅ τε βλαστὸς καὶ ἡ ῥίζα, *germen & radix*, per quam alimentum capit, C augeturq; : ita in animalibus &c. Hæc Gal. agnouit *de Form. fœt.* 3. Initium generationis plantarum à ſemine eſt (inquit) in terram moderatè calidam, humidāque jacto. Ex hoc ſemine duplex quædā germinatio prodire conſpicitur, deorſum in terram vna, ſurſum in aërem altera. Quæ cum inter initia tenues ſint, temporis progreſſu & craſſeſcunt, & in longitudinem porriguntur, &c. Cum igitur D fœtus (addit) eandem, quam plantæ in primo ortu diſpenſationem habeat, non immeritò primo fæturæ tempore minimum augetur, &c. In eundem ſenſum Bonamic⁹ loquitur. 4. *Alim.* 28. Profectò (inquit) generationis plantarum initium eſt è ſemine, in terram jacto, quæ moderatè humida, calidaque ſit. In eo duplex generatio ſe prodit, vna terram verſus, altera ad aërem. Quæ terram verſùs agitur, E radices conſtituit, quę ex illâ ſugunt alimentum; ex alterâ parte caudex prodit. Ergò conſimili modo duo ſunt progreſſus in fœtu, &c. Hæc omnia eò faciunt, vt probetur, Quemadmodum in brutis non omnes partes ſimul generari, ſenſu conſtat, atq; eodem modo in plantis: ita in homine. Hâc de re ampliùs diſſerendi locus ſe dabit alius: jam n. à ſenſu ad rationem venire oportet, quam Ariſt. dat eodē F 2. *Gen.* 1. οὐχ ἅμα πάντα γίγνεται, ἀλλὰ πρῶτον τι. τοῦτο δὲ γίγνεσθαι ἀνάγκη πρῶτον, ὃ αὐξήσεως ἀρχὴν ἔχει. *Nō omnes partes ſimul fiunt, ſed vna ex illis primo fit. Neceſſe autem eſt illam fieri primo, quæ auctionis principium in ſe habet.* Hoc explicat *poſtea c.* 4. ἡ ἀρχὴ πρὸ ὁδοῦ μά-

A λιστα ἐνυπάρχει, *Principiū (auctionis) in promtu paratoque eſſe oportet*, ſiquidem ſeipſum gubernare debet, abjunctumquippe ab animali ſuo. Hoc verò, aut cor eſt, aut cordis analogū, vt mox videbimus. Explicat verò etiam per analogiam. Quemadmodū (vult dicere) neq; domus partes omnes, neq; menſæ, neq; lecticæ, neque cuiuſdam alterius artificii fiunt ſimul & B ſemel: ita neq; fœtus. Vtitur hoc ſimili Gal. quoq;, *ſi modo is autor eſt fragmēti, quod præſcriptionem habet, An omnes animalis partes fiant ſimul?* Proportio (inquit) quædā eſt, & ſimilitudo naturalibus ad artificialia. Sicut igitur in iis, quæ ſecundùm artem efficiuntur, nō omnes partes ei⁹, quod fit, ſimul perficiuntur, ſed in domo quidem fundamentum, in naui carina dat initiū operi: ita etiā de partib. animalis oportet C intelligere, non omnes fieri ſimul. Cum n. generatio fit ab imperfecto ad perfectum, oportet in eo, quod fit, h. e ab imperfecto ad perfectum ducitur, quædā pars aliis prior ſit. Hæc ibi: quæ mox comprobat & ſenſu & ratione. In grauidis ſi quis velit animaduertere, inueniet quaſdā partes jam eſſe formatas, quaſdam nondum eſſe. Extra vterum cum videamus partes quaſdam fieri, vt dentes & cornua, adeoque ordo D quidam eſt: quidni & ordo ſeruetur in vtero? At partes indigent mutuo auxilio, ideo oportet ſint ſimul? Reſp. Ita quidē eſt in perfectis, at nō in imperfectis. Hāc rationē latè diducit Valleſius 2. *Controu.* 6. Heic alius, Semē agit ſecundùm omnes ſuas partes, & agit in materiam diſpoſitam, Ergo omnes partes ſimul format. Neſcio, an ita ſit, mi vir. Credere n. lubet, ſeminis partes calidiſſimas agere E primo ad conſtitutionem cordis, in quo etiā caloris ſigna euidentiſſima: minùs calidas agere deinde ad cōſtitutionem fortaſſis hepatis vt organa facultatis vegetatricis ſint in promptu: iterum minùs calidas poſtea, ad conſtitutionē cerebri, vt animal ſit, ceu mox dicetur. Sed ſit ita: Materia non ſubito eſt, quod debet fieri. Vt n. in nutritione, veluti Gal docet 1. *Fac. nat.* 10. deſiderātur alterationes, mo- F do plures, modo pauciores: ita procul dubio in generatiōe. Qua cum ita ſint, miror diligentiſſimum Varolum 4. *Anat.* 5. nolle quenquam aures adhibere iis, qui dicunt, partes fieri ordine quodam prioris & poſterioris! At tu, ô vir magne, in illo veſtigio dixeras, abortus te vidiſſe,

in quibus ventres, & quæ in ventribus partes, erant omnes diſtinctę, brachiorū autem & crurum, vel nulla prorſus apparebant veſtigia, vel jam incipiebant pullulare! Ergò ne tibi quidem ipſi credam? Ita quidem jubes veliis, quæ poſteà ſubdis, Quamuis omnes partes ſimul fiant, inter ſe tamen ſeruant ordinem prioris & poſterioris. Iam enim affirmas, quod modo negaras! immò verò tam abſurde loqueris, vt vix credam te eſſe eum, qui tam multa tam egregiè nobis ob oculos poſuiſti. Sed ita ſunt humana! Vide, ſi iſthæc tibi non ſatisfaciunt, Bonamicum §. *Alim.3.*

Cap. XXIII.

ET hoc eſt alterum, Partes fiunt ἐχ ἅμα, ἀλλ' ἐφεξῆς, ὁμοίως τῇ τȣ͂ δικτύȣ πλοκῇ, *non ſimul, ſed ſucceſſiue, quomodo rete texitur;* vt Orphea in carminib. loqui, autor eſt Ariſt. 2. *Gen.1.* ſequitur tertium, Quæ ſit illa omnium prima pars? Cor. Hoc falſum eſt, inquit Ant. Ludouicus *l. de Cor-de.* Nec n. in arboribus, &c. Ego verò dico, hoc verum eſt. Hoc n. perſpicuo, manifeſtoq; (hæc duo ſunt ipſius verba) ex ouis incubatis didicere Hip., Ariſt. (fortè ex eodē fonte hauſit id Empedocles, de quo Cenſorinus *de die natali*) Plinius, Coiter, Aldrouandus, Aquapendēs, *locis ſuprà à me allatis.* Didicere verò hoc quoq;, A corde ſtatim generari venam cauam, arteriamq; magnā, à quibus extra fœtum, partim in mēbranas ambiētes, partim in luteum oui, tandem eant vaſa, quæ vmbilicalia vocant Anatomici. Hanc diuaricationem Ariſt. 6. *quidem Hiſt.3.* vocat duplicem venā, quę ab vmbilico oriatur: 3. *autem Gen.2. & 3.* mutat in duos vmbilicos. Habet autē proportionem cū prima plantarum radicatione. Quemadmodū enim ibi aliquid ſurſum it, aliquid deorſum: ita, quod in mēbranam abſumitur, ſurſum dici poteſt, quod in luteum, deorſum. Eodem penè modo in vitiparis ſe res habet. Vaſis n., in membranā abſumtis, reſpōdent vaſa illa, quæ in Amnion dictam membranā eunt, quod ſurſum dici poteſt. Vaſis in luteum euntibus, vnde aui jam factæ alimentum prębetur, reſpōdent vaſa, quę in hepar vterium abſumuntur, vnde pariter fœtus habet alimentū, q. deorſum eſt. Nimirum, & luteum, & hepar vteri-

A nū proportionatā ſunt terrę, vnde plantæ aluntur. Hanc adeò ob cauſam fœtus dicitur viuere vitam plantæ, quādiu eſt in vtero, aut ouo. Viuit n. adhærēdo, nō ſecus ac plantæ, vt *ex 3. Gē.3.* mox dicetur vberius. His ſi contentus non es, accipe hæc quoq;. In abortu infamis illius pſaltriæ, *de qua Gal. tot. locis, quot dixi ſupra,* ἐρυθρὸν illud, *καὶ στρογγύλον, rubrum & rotundum,* Cor erat, ſanguinea videlicet gutta Pli-
B nii, quæ in viuo animali ſalit, palpitatq;. Vmbilicus etiam, & venæ in membranā ambientem diſperſæ ſatis erant manifeſtæ, vt verbis nō ſit op⁹. In abortu Accoramboni, *cuius ſupra pariter memini,* quędā etiam erant, q̄ huc trahi poſſunt. Senſus itaq; quia dicit, Cor eſſe primam partē; quid pugnamus? Accedat verò ratio quoq;, ab Ariſt. modo tacta. Id, quod eſt principiū caloris natiui, oportet ſtatim
C ab initio adſit, At cor eſt illud, 2. *Gen.1. & 4.* 3. *Par.3. & 4.* cum quo Auicenna 21.3. *tr.* 1. *c.2.* Vide Valler. 1. *Loc. com.* 18. Hanc rationem vocat maximam Mercurial. *de hom. gener.* 17. principem, Peramatus *de proc. hom.* 4. Et potuit apud eundem Peramatum tantum, vt non ſolum fluctuet, ſed & diſertè affirmet, hinc quidē Cor, quoniam omnium calidiſſimū, & ex ſoli-da conſtat materiā, ante omnia formari;
D illinc autem, Hepar, poſt omnia radicalia (ſic loquitur) membra formari, quod præeuntes venas requirat. Ne tamē parum Galenicus videretur (puto) ad fluctuationem reuerſus, neq; Ariſtotelem, neq; Gal. quidquam probare aſſerit. Nō hunc: q a fœtus nutriatur ſanguine maternò, q cōficiatur, nō ab hepate infantis, ſed matris. Hepar (vult dicere) infantis ſi non ſanguificat, quæ tanta eius ne-
E ceſſitas? Nō illū: quia ante animationē, nec verū cor eſt, nec facultatē vitalē habet, nec pulsū aliquē, niſi fortè à matre. Quaſi diceret, ſi cor infantis nō eſt cor, quorsū ita deſideram⁹ illud? Sed reuera peſſimè, & loq tur, & ſcribit. Licet n. per-fectū cor nondum ſit: obit tamen cordis munia, facultatē (inq̄) vitalē dictā p totū corpuſculum diſtribuit, pulſatq; adeò vi propria. Nimirum, vt ſemen reuera
F eſt animatum, quia animæ officia exſequitur, trahit (inquā) alimentum, vt ſuprà oſtenſum eſt: ita cor eſt ὥσπερ ζῶον κεχωρισμένον, διὰ τὴν ὑγρότητα ζωτικὴν, ἣν ἔχει, vt Ariſt. loq tur *de Com. anim. motu* 11. *eſt animal veluti abiunctū, ppter copiā Calidi natiui*

quam

quam habet à ſemine, quod Calidum facit, vt pulſet, alimentumque ex matre attrahat. Hepar licet nondum ſanguinem ex chylo faciat: debet tamen adeſſe poſt cor, vt vna cum corde perficiat ſanguinem matris crudiuſculum. Ideò enim vena vmbilicalis infertur in illud.

CAP. XXIV.

SEd quid Gal. vere ſenſit? Promiſiſti enim te dicturum. Ab initio, cū ſcriberet libros de Semine, *ceu paret ex l.1.c.8.* Cordis & hepatis eandem neceſſitatem agnoſcebat, & vtrumq; viſcus ſtatim fieri docebat, hoc quidem ex ſanguine venoſo: illud autem ex arterioſo. Sed poſteà, cum ſcriberet librum de formatione fœtûs, *vt fatetur c.3.* probabili⁹ ipſi viſum eſt hepar ante omnia fieri, quod animaduerteret, pleroſq; Philoſophos juxtà & Medicos docere, fœtū, vſq; ad expreſſam eius formationem viuere vitā plantæ. Tu verò, quiſquis es, dic mihi, vnde eſt hæc tanti viri fluctuatio? Ariſt. diceret, ὁ λίαν ἐμπειρικῶς εἶχε περὶ τὰ συμβαίνοντα, *non cōſulebat ſenſum, ſed ex ſola ratione loquebatur.* Cui⁹ criminis quia rei ſunt omnes illi, quos Gal. pro ſe adducit, ſiue ob ſtuporem, ſiue ob faſtidium, ſiue ob invidiā ab Ariſt. & veritate diſceſſerint: quid putas? Neq; enim, quod cōſenſu omniū receptum eſt, & tempore fidem, auctoritatemq; meruit, id cōtinuò verum eſt, inquit alicubi Scaliger filius. Nec injuriâ vtatur Ariſtoteles Zenonis dicto apud Plutarchum, ὁ μὲν Γαλήνου χορὸς μείζων· οὑμὸς δὲ συμφωνότερος, *Gal. quidem cœtus maior eſt: meus autem concinnior.* Nempè enim ſenſu opus eſt, ſenſu. Ad quem ſi jure vocauit Gal. Ariſtotelem 2. *Sem.* 4. in diſputatione de ſemine fœmineo: annon jure quoq; in hoc negotio Galenum huc vocet Ariſtoteles? Quia igitur Ariſt. ſcripſit, quod oculis ſuis vidit, & fortè manibus palpauit, & quod magis eſt, quia Recentiorum obſeruatio id ipſum confirmauit; porrò etiam, quia ratio validiſſima id ſtabilit: quæ cauſa eſt, cur ab illo deſciſcamus? Fortè ratio illa bella, Quia hepar facilius fit corde? At Natura non facit primò, quod factu facilius eſt: ſed id, quod magis neceſſarium eſt, vt mox dicam. Fortè illa non minus bella, Quia fœtus viuit vitam plantæ? At quid eſt

A viuere vitam plantæ? Fortaſſis, habere animam Vegetatiuam tantùm, vt plantæ? At fœtus, poſt 30. aut 40. diem mouetur, & ſentit, & tamen per te viuit vitam plantæ? Sed neque vegetatiua in animalibus conſiſtit ſine corde, manifeſtoque eius pulſu: qui cum ſit vltra Vegetatiuam, quo tu modo Vegetatiuam appellas hanc animam? Non nutritur membrum animalis, inquit Auicenna B 21.3. *tr.1.c.2.* in quo non eſt ſuſtentatio vitæ cum calore naturali. Cum ergò ita ſit (addit Arabs.) neceſſe eſt, vt creetur membrum, à quo procedit calor naturalis, & ſpiritus vitalis, ante creationem nutrientis ipſum. Et hæc eſt ratio Ariſt. de corde, quæ attingit celeberrimam illam diſputationem, Quid cor, & arteriæ ad nutritionem conferant? de qua legere potes Conciliatorem *Diff.31.* &, ſi C non faſtidis noſtra, *Com. in 6. Vſ. part. paſſim.* Si ergò ſine corde non obitur hæc functio, quomodo vocare potes animā Vegetatiuam? Debes autem vocare Sēſitiuam, etiam antequam in lucem editus ſit infans, quia eſt animal figurâ, licet vſu nōdum ſit, vt pulcerrimè diſtinguit Bonamicus 4. *Alim.* 29. Vide Nonium à Coſta 2. *de Quadr. hom. ortu* 6. Tamen, ſi propriè vélis loqui, neque ipſamet ſenD ſitiua eſt, ſed inferior quædam ejus pars, quam πλαστικὴν, ἢ διαπλαστικὴν vocauimus. Hæc enim facit ſenſitiuæ domicilium. Quamobrem jure vide ur mihi negaſſe idem Auicenna, nutritionem vocari debere actionem fœtûs in vtero. Nutritio enim eſt repoſitio ſubſtantiæ ſimilis, in locum deperditæ: at in fœtu nihil deperditur, non accidit reſolutio ſenſibilis, ſenſibile faciens nocumen-E tum, vt ille loquitur. Ideò addit idem, Neceſſarius eſt ſpiritus vitalis, & calor animalis, vt (fœtus) erigatur eo. Quod ſic intelligo. Primùm, opus eſt calore ſeminis, qui tantum ſibi attrahat ſanguinis, quantum neceſſe ſit pro συστάσει, fortaſſis ſolius cordis & vaſorum: deinde, calore cordis, qui per vaſa vmbilicalia ſubminiſtret tantum, quantum opus habet αὔξησις. Nimirùm, calor ſeminis, in corF de jam facto ſtabulans, per pulſum efficax eſt, trahitque ſanguinis copiam neceſſariam, ad viſcerum præcipuè conſtitutionem. His factis, ſanguis idem antequam ad cōſtitutionem & auctionem

partium amandetur, in corde & hepate fœtus (crudiuſcul⁹ quippe) præelaboratur. Et hęc eſt reſponſio ad quęſtionem, Cum fœtus vtatur ſanguine materno, quorſum illi viſcerum ſanguineorum opera? Hæc res coëgit quoſdam deſerere Galenum & dicere, ſentẽtiam ipſius de hepatis prioritate (vt ſic dicam) non poſſe defendi *ἀπλῶς, ſalua veritate*. Hic enim eſt reſpectus ille, de quo dicunt, licet nuſpiam illum explicent, fortaſſis, quia ad cor non minùs pertinet, quam ad hepar. Quò ipſò tollitur inanis illa diſtinctio, In homine genito cor eſſe primum viuens, primumq; moriens: in fœtu nondum edito non eſſe, quòd fruatur ille ſanguine materno. Fruitur: at niſi cor haberet, non poſſet frui: niſi (inquã) cor fœtus attraheret, nunquam ſponte ſuâ allaberetur. Poſtquam autem attractus eſt, in corde & hepate ipſius conficitur, ceu prædixi. Quid verò illud eſt, quod quidam ex Gal. *de form. fœt.* 3. dicunt, Tũ fœtus viuit vitam animalis, cũ cor ipſius pulſat? At (inquam ego) pulſat primis ſtatim diebus, & toto geſtationis tempore. Vbi igitur eſt vita tua plãtaria? Quid illud etiã, quod *ex* 1. *Sem.* 9. alii, Fœtum, qui eſt planta quædam ſanguinea, ſeu carnea, habere & cor & cerebrum. Dico enim, Quomodo planta eſt, ſi hæc habet? Quid illud tandem, Vt planta viuit ſine corde: ita fœt⁹? Dico enim 1. falſum eſt, & contra experiẽtiam, fœtum viuere ſine corde. 2. falſum eſt, plantam viuere ſine analogo cordis: at ſine analogo hepatis viuere, veriſſimum eſt. Summa, *ἕωλα καὶ ψυχρὰ* ſunt omnia, quæ heic cumulant aduerſarii, *pridiana & frigida fercula*, quæ peculiari foro Romæ vendebantur, vt eſt apud Plutarchum.

Cap. XXV.

Reditum igitur facio ad Gal. & ajo, Rationem mutatæ ſententiæ tã eſſe friuolam, vt jure pudere debeat patronos clientis ſui! Perinde enim eſt, ac ſi diceret, Quia omnes iſti neſciunt, quid ſit viuere vitam plantæ, ego etiam neſciam. Quid igitur eſt viuere vitam plãtæ, dicis tu? Audi Ariſtotelem: 2. *Gen.* 4. Ἐπεὶ δὲ δυνάμει ἤδη ζῶον, ἀτελὲς δὲ, ἄλλοθεν ἀναγκαῖον λαμβάνειν τὴν τροφήν. διὸ χρῆται τῇ ὑστέρᾳ καὶ τῇ ἐχούσῃ, ὥσπερ γῇ φυτὸν τοῦ λαμ-
A βάνειν τροφήν, ἕως ἂν τελειωθῇ, πρὸς τὸ εἶναι ἤδη ζῶον δυνάμει πορευτικόν. *Cur* (*vult dicere*) *tribuimus fœtui in vtero vitam plantæ? Quia non niſi potentia eſt animal, imperfectũ quippe; ob quam imperfectionem neceſſe eſt aliunde capiat alimentum, quod alimentum ſibi ipſi conficere non poteſt. Ideo ad conciliandum ſibi alimentum vtitur vtero, & matre, quæ habet vterum, tamdiu, vſque dum ſit perfectum, hoc eſt, non iam tantum animal potentia, ſed*
B *animal greſſile potentia.* Ne dubites, vide quæ amplius ſcribit 2. Gen. 2. ζῇ τὸ πρῶτον καὶ τὰ ἐν τοῖς ὠοῖς, φυτοῦ βίον. τῷ προσπεφυκέναι γὰρ ἔκ τινος λαμβάνει τὴν πρώτην αὔξησιν καὶ τροφήν, *Tam viuipara, quam ouipara, vitam viuunt primum plantæ. Quæ illa verò eſt vita? Accipiunt primam auctionem ex alio, cui adhærent, ad inſtar plantæ.* Hinc duo intelliguntur valdè illuſtria. 1. An animal dici poſſit, quod vel in vtero ad-
C huc eſt, vel in ouo? Affirmat id Gal. 15. *Vſ. part* 5. Alioquin exſtat hac de re libellus inter Galenicos, qui idem dicit cũ Ariſtotele, Potentia eſt, non actu, quemadmodum ipſum quoque ſemen. De libello vt conſentio libenter iis; qui negant Gal. eſſe: ita antiquioris cuiuſdam eiſe, & quidem Stoici, planè credo. Diſtinguit enim naturam ab anima, quod Stoicorum eſſe ait ipſus 1. *Fac. nat.* 1. *& alibi*,
D contrà quam Gal. 4. *Vſ. part.* 13. docet. 2. Quid ſit viuere vitam plantæ? Adhæreſcendo matri ſeu luteo accipere inde alimentum confectum, quemadmodũ plantæ quoque. Vbi igitur jam eſt anima illa Vegetatiua? vbi eſt hepatis illa emendicata prærogatiua? quæ tamdiu durat, quamdiu abeſt Cor? At adeſt illud tertio die, aut quarto, vt dixi. Sed hæc eſt lex Adraſteas.
E

Cap. XXVI.

Heic à ſiniſtris audio intonare grandiloquum quendam, Vbi ab Hipp. doctrina receſſum eſt, caliginem pro ſole, vanitatem pro veritate, orcum pro luce haberi exiſtimo. Hic enim (ait) eſt vnicum iſtud Græciæ oraculum, hic ſolus de ignorantia triumphauit.

F ὣς φάθ' ὑπόδρα ἰδών.---
--ἐμοὶ δ' ἐγέλασσε φίλον κῆρ,

& dixi, Mi Domine, non eſt opus heic verbis & geſtibus oratoriis, quibus fortè Cicero vtatur pro Milone dicturus:

ſenſu

ſenſu opus eſt, & ratione. Quod enim oculis ſuis vſurparunt tot grauiſſimi viri; quod ratio ſuadet maxima: vin' tu vocare caliginem, vanitatem, tenebras? Non eſt hæc Philoſophiæ noſtræ ratio; non ſumus mancipia huius vel illius, ſed Naturę: nõ ſumus vaporarii compilatores, ignaui literatores, qui ſine alis in cœlum euolant, aliorum tantum vſi remigio: ſed ſenſu & ratione agimus. Senſum quidem & rationem tu quoque crepas in hâc diſputatione: at, ſenſu relicto cũ ratione, laruam tantùm Hipp. prætendis. Sed tranſeat cum reliquis. Quid igitur vult? Membranas primas omniũ efformari exiſtimamus. Exiſtimamus & nos, & ſuprà profeſſi ſumus: at tu ſcire debebas, nõ agi heic de eo, quod omniũ primò fit in generatiõe, ſed de parte fœtûs illâ, quæ omnium prima eſt. At mẽbranæ non ſunt pars fœtûs, certè illius, qui in lucem editus eſt. Cæterum, quia huc venimus, libet paullò explicatius de membranis loqui. Quod Arantius (ita pergit ille) docet, membranas eſſe propagines tunicarum internarum, & experientiæ & rationi aduerſatur. Locus Arantii eſt *l. de hum. fœt.* 10. Huic olim *in Com. in* 14. *Vſ. part.* 1. conſenſi: nunc, poſt diligentiorem conſiderationem, partim conſentio, partim non. Non cõſentio de Amnio, cuius generationem docui *c.* 10. Nempè, de illa tantum accipienda ſunt loca autorum ibi allata. At Arantius vidit illam continuam eſſe cũ membrana carnoſa fœtus, ideò ab illâ originem habere neceſſe eſt? Non neceſſe eſt: Dum enim ſpiritus, vt Hip. docet *de Nat. pu.* 3. perrumpit membranam jam factam, ſed teneram adhuc & recẽtem, vt Gal. ferè loquitur 1. *Sem.* 7: non ſine cauſa videtur eſſe continuitas quædam, quæ reuerà non eſt. Perrumpit autem (vt hoc quoq; addam) dum vaſa vmbilicalia è corde fœtus appẽdit vtero, vt jam dicam. Conſentio Arantio de Chorio, cui innexũ eſt hepar vterinum. Hoc enim à membranis expreſſe diſtinguit Ariſt. 2. *Gen.* 7. & verò Hipp. *de Nat. pu.* 7. tam manifeſtè poſt alia fieri ait, vt dubitari non poſſit. ὅταν κολπωθῶσι (inquit, ſubintellige οἱ ὑμένες) καὶ τὸ αἷμα δέξωνται, τότε ἤδη καλέεται τὸ χορίον, *tum primum vocatur* χορίον, *cum ſinus quoſdam fecerit membrana, & ſanguinem intra ſe receperit.* Si argu-

A taris, Hippocratem loqui de nomine tantùm, non de re ipſa; dicam ex Naturæ libro, hepar illud non adeſſe ab initio, & quamdiu σύστασις eſt, ſed poſtea cum ἄυξησις eſt. Hęc enim obitur per vaſa vmbilicalia. Iã igitur dico. Quia, quo tempore fit χορίον, jam adſunt & cutis, & membrana carnoſa, & peritonæum: quę abſurditas eſt, fieri per continuationem quandam? Sed obtineat Laurentius, B fiatq; fortè χορίον per explantationem ab Amnio: quid porrò? His tunicis efformatis, ſpermaticarum omnium partiũ rudimenta, & prima ſtamina ſimul & ſemel delineari volumus, quia &c. Edictum tantùm non prætorium! Ego Dædalo illi optarim alas, quas aliis tanta cũ facilitate applicat, Senſum & rationem. E quibus cum contrarium conſtet, non eſt, quod quidquam nos turbet hic vel C ille.

CAP. XXVII.

PVgnant alii alio modo. Vaſa (inquiũt) debent fieri prima. Sanguis enim affluere non poteſt, niſi per vaſa, *de form. fœt.* 5. Si ſcire cupias, quæ vaſa ſint illa? dicent tibi *ex de Anat. vt.* 9. *de Form. fœt.* 2. 15. *Vſ. part.* 4. 6. *Sent. Hipp.* 6. vterina ſeu D vmbilicalia eſſe, quæ inde explantata, ferantur eò, vbi cordis & hepatis locus eſſe debet. Ego heic nihil probabile video. Atq; vt ante omnia liberem Gal. ab inconſtantiæ crimine, quod Accoramb. *Notis in* 2. *Gen.* 4. illi impingit, dico: Illum in de Anatom. vte. conceptis verbis docere, Praxagoræ eſſe hanc ſententiam. Quamſi alibi ſine autoris nomine profitetur, eſtne res tam ardua? præcipuè, E quia hepar tot locis probat gigni omniũ primum? & ampliùs, quia maiora à minoribus eſſe (non contrà) expreſsè dicit *Form. fœt.* 5. 6. *Sent. Hipp.* 3? Cæterùm, conſit hinc prima ratio contra Praxagoram, (Eraſiſtratum nominat Arantius *de hum. fœt.* 3. errore calami.) quæ talis eſt. Natura in formandis vaſis ſcindendo procedit. Maiora enim ſubinde κατασχίζει, *diuidit*, in minora: non contra, quod F Praxagoras volebat. Hoc illuſtrare licet ſimilitudine, à plantarũ germinatione ducta, quam videat, qui vult, apud ipsũ Gal. Vrget hoc Bonamic⁹ quoq; 5. *Alim.* 23. Natura (inquit) diſtinguẽdo procedit.

Indiſtinctum enim eſt, quod oritur primò. Licet hoc comprobare ex ouorum hiſtoria, in quibus duo ſunt ab initio vaſa, Vena caua & Arteria magna, quæ poſteà ſcinduntur. 2. In ouiparis quod erit venarum principium, cum ouum ab vtero jam abjunctum ſit? 3. Imò, in viuiparis etiam aliud erit principium venarum in embryone, aliud in fœtu perfecto. Hoc qui ſtabilire volēt duplici principio, quorum alterū ſit γενέσεως, alterum διοικήσεως: eos ego jam alibi refutaui. Si ampliùs moleſti eſſe volent Galeni illo 1. *Sem.* 13. Duplicem eſſe Vim plaſticam: ab illis intelligam, Vnde venæ vterinæ habeant vim illam? Certè I. Alexandrino *in Notis* aqua hæret. Si porrò illo quoque *Form. fœt.* 4. Alii exſtruūt nauem, alii gubernant, alii ædificāt vrbem, alii gubernant: illis dicam, Orationem huc nō facere, partim, quia ſimile nihil probat, partim, quia ſimile non eſt, in quibus eſſe debebat. Diuerſi ſunt habitus ædificare domum, & gubernare familiam, in domo illa inſtructam: at anima humana (quocunq; nomine appellare velis) quæ ædificat domum, eadem inhabitat domum, vtiturque illâ. 4. Mente concipi nō poteſt, quo modo tot vaſorum principia coëant poſteà in vnum. Vide Bonam. 4. *Alim* 28. 5. Mente pariter concipi non poteſt, quomodo vaſa ſint ſine viſceribus ſuis, quibus appenduntur, quæque vaſis ſunt, inſtar anchoræ in naui, 3. *Part.* 7. Dixi ſuper hâc re quædam in Com. *de Vſ. part. l.* 15 *c.* 4. vbi pariter expoſui Naturæ vocem de origine vaſorum. Ad rationem, quâ ſe illi tuentur, qui reſponſionem exſpectat, non meminit eorum, quæ de tractione ſeminis dicta ſunt.

Cap. XXVIII.

ET jam, niſi me vehementer decipio, & καταφαλικῶς & ἀποφαλικῶς obtinui, Cor generari primò. Neque tamen finis litium eſt. Qui enim neſcio quam pietatem præferunt, celebrant illud Pſeudo-Galeni *in lib. An omnes partes*, Eum, qui totum corpus plaſmauit, Deum Opt. Max. euidenter ſcire, quæ pars primam in vtero ſortiatur generationem. Ille Deus, qui corda ſcrutatur & renes, nouit, me libenter, & heic, & alibi fatendo A ignorantiam tribuere illi ſoli omniſcientiam: & verò, vbi κριτήρια infallibilia habemus, quorſum opus eſt? Auſim penè liquido jurare, iſtos homines ex eo genere eſſe, quod piſce magis mutum eſt, niſi cum conuicium veritati dicit. Quod ne porro venditet ſapientiam ſuam, ſuperbè illudendo minùs circumſpectis, age videamus conatus illorum. B Cor licet vltimo moriatur, (inquit quidam) nō primo tamen viuit: in primâ enim illâ imperfectione non eſt opus corde. Et alius, Reſpectu embryonis cor hanc perfectionem nondum obtinet, vtpote, cū infans in vtero, non propria, ſed maternâ vitâ viuat. Quid audio? Ergo malè dixit dux quoque veſter 2. *Sent. Hipp.* 8. ἀποδεικτικὸν λῆμμα eſſe, *propoſitionem tam certam, vt ad demonſtrationes vti eâ liceat,* C Cor primo viuit, & vltimo moritur? Ergóne falſa ſunt omnia, quæ ſuprà de animâ ſeminis dicta ſunt? quę nuper de tractione tàm ſeminis, quàm fœtûs: de ſenſu & motu eiuſdem? Reuerà, ſaxum aliquod deſcribunt iſti homines, non animal potentiâ, & quidem viciniſſimâ. Tu vero, mi Domine quomodo effugies crimen, ſi Pyrrhonis diſcipulum te eſſe dicam? Viſum enim fuit à multis, cor in D ouis triduanis pulſare. Si pulſat, annon viuit? Illud vero, quod de matris vitâ dicitur, pendet ex ignoratione illius, qūod ſuprà ex Ariſt. docui, Quid ſit vita plantæ? Immo vero, adimit ipſi quoq; plantæ vitam. Si enim fœtus propterea non viuit, quia trahendo alimentum jam cōfectum viuit, ne ipſa quidem planta viuet. At tu dic, quid ſit functio illa, trahere? & cuius? annon animæ? Præterea, nō E trahit tantum, ſed & conficit alimentū, quæ functio, dic iterum, qualis eſt, & cuius? annon animæ? Et quod ad tractionem, ſcribit Gal. 7. *Vſ. part.* 15. cor trahere omnibus modis, qui poſſint alicui in mentem venire. Hoc de hepate nuſpiam dixit, aut dicere potuit. Quod ad confectionem, probaui ego *in Com. dictis, præcipue l.* 6. vt pluribus non ſit opus. Secùs enim ſi faxim, atque in vni- F uerſum, ſi contra hos plura dicam, boni viri me multo ineptiorem dicent illis, qui caprina eiuſmodi prælia meditantur. Alius quidam, diſertior, quam doctior (in hac certè re) dilatat ſe inſtar pauonis. Et ſenſu & ratione (inquit) quæ

duo

duo ſunt rerum omniū *κριτήρια*, demon-
A ſtrari poteſt, Cor nō generari primum.
Senſu(inquit)quia tres bullę, trium partium principum rudimenta, perpetuo ſimul apparent, neq; vnicam ſolam quiſquam vnquam obſeruauit. Ratione, ꝙ cordis operā nō indigeat primis diebus embryo. Sic ait ille: quid nos? Ratio ꝙ ſit futilis, ex antedictis cōſtat. Senſus quam ſit fallax, ex his didicerit aliquis! Originem habet fabula de tribus illis capellis ex l. de Anat. viuorum, quem Gal. eſſe nemo credidit vnquam, niſi qui Gal. nunquam legit, aut, ſi mauis, Auicennā 21.3.*tr.*1.*c.*2. Hanc reuocauit Fernelius 7. *Phyſiol.*10. Iacobus Ryff, 1. *de gen. hom.* 5. Peramatus *de procr. hom.* 5. & alii. Nouo vero etiam experimento confirmauit Piccollominus, qui tanti fecit, vt crambe, non bis, ſed ter recoxerit; pro numero ſcil. trium partium principum (*ne detineam te, l.*2.*c.*19.*qua de hepate, l.*4.*ca.* 4.*qua de corde, l.*5.*c.*2.*qua de cerebro.*) Vt fatear, quod res eſt, tenuit me hoc aliquā diu. Poſteaquam vero & rationem conſului, & ſenſum, in riſum ſolutus ſum: Quid enim? Hepar & Cor, viſcera tam denſa & opaca, poſſint eſſe ab initio candidiſſimo & lucidiſſimo, quod margaritis compares? Cerebrum, quod ſubſtantia, colore, aliis tantoperè differt à dictis duobus viſceribus, poſſit tam vicinam habere originem? Non credam, etiam cum me credere dixero. Planè enim me abſtrahit, quod jam dicam. Vidit Coiter ſuprà laudatus quarto die, præter globulum pulſantem, qui Cor fuit, à latere eius tres globulos, mutuo ſibi cōjunctos, colore tranſlucidos, vitro ſimiles. Heic igitur quia cor jam adfuit, quomodo ex vno illorum Cor potuit fieri? Sed audiamus porrò. Quinto die vidit idem Coiter globulos illos tres colore ad nigrum tetendiſſe, quorum vnus caput repræſentabat, alteri duo geminos oculos. Heic quid tu ampliùs? Ego illud duntaxat, Membranæ illæ tenuiſſimæ, & maximè perſpicuæ, quibus inuolutas fuiſſe bullas ſuas Piccollominus ſcribit, cerebri & oculorum meninges, tunicæque eſſe potuerunt; Cordis (quod jam aderat) & hepatis membranę inuoluentes eſſe non potuerunt. Hæc ipſa ſi conferre volueris cum Aldrouandi hiſtoria *loco quo dixi*, videbis rem planè ita ſe habere.

Cap. XXIX.

Sed quoniam pergit ille, plenus fiduciā rei benè gerendæ, comitemur age, videamúſque ſucceſſum vel de longinquo. Non eget (inquit) fœtus influxu caloris, ipſe ſuo ſe calore & ſpiritu inſito fouens. Cur? quia viuit vitam plātæ. Miror, ni hæc prius ſcripſit, quam
B cogitauit! Et plantas & animalia ſuo quodam calore viuere ſcimus, & plantas quidem tenui adeo, vt neque ad ſenſum pateſcat, neque ſe exſerat, niſi à ſuperno calore adjuuetur, animalia autem maiori, quique ſenſui ſit obuius, & quouis anni tempore ſe exſerat. Ergone quia fœtus viuit vitam plantæ, non habet etiam majorem calorem plantā? Tu vide lector, quid non auſit imperitia!
C Nam cor fœtûs ſtatim ab initio pulſat, quod indicium eſt vegeti caloris, talis omninò, qui vltra plantas eſt: poſtea vero fœtus integer ſentit etiam, & mouetur. Licet igitur reſpiratione non indigeat: indigere tamen pulſatione, & per pulſationem influente calore, & ſenſus nos docuit, & ratio perſuaſit. Atque hic eſt ſuus ille, hoc eſt, animalis calor, quē vbi ademerit fœtui, vitam quoque illi
D ademerit. Mox Ariſtoteli barbam vellens, negat conſequentiam argumenti, Quod vltimo moritur, primo viuit. Quæ enim in generatione prima ſunt (inquit) non ſemper in diſſolutione ſunt poſtrema. Sic in mixti generatione materia formam præit, & tamen formæ abolitio, mixti corruptio eſt. Mihi ſub mētem venit, quod vulgo dictitant, Simiæ, altas arbores ſcandendo, nihil oſten-
E dunt ſpectatoribus, quam nudas nates. Neque enim tam faciles explicatus habet, vt ille putat, Materia, an forma ſit prior? Sed ſit, vt ille vult. In mixtis animatis (de his enim ſermo nobis eſt) abolitā formā non ſubito corrumpitur miſtum. V.g. mortuo homine, & formā amiſsā, tamen manet miſtum, quod poſt aliquot dies incipit diſſolui per putredinem, ab ambiente introductam. Inſtan-
F tia ergò nihil virium habet, & ſuo ſtat robore Ariſtotelica ratio, ſenſu etiā ſtabilita, quē ille cōtingere nō audet. Ne tamē tacuiſſe videatur nimis cito, argumentū format ex Piccollom. 4.*præl.*6. ꝙ ego mirabor potiùs, ꝗ confutabo. Cor (inq.t) nō pri-

primo viuit: quia viuere, aut eſt ali, aut eſt animatum eſſe. Cor non alitur primo: quia ſanguis affluit per venas, quæ ſunt ab hepate, Ergò hepar primo viuit. Cor non animatur primo: quia omnes partes ſimul formantur, Ergò omnes partes ſimul animantur.

Ω πόποι, ἦ μάλα δὴ πολέμου κλόνος αἰπὺς ὄρωρε!

Addam tamen hæc in gratiam τῶν φιλαληθῶν. τὸ φυσικὸν θερμὸν, καὶ τὸ πρῶτον πεπτικὸν, *Calidum natiuum & primum concoctorium* ſunt idem non tantũ apud Ariſt. *de Long. vitæ* 5. ſed & Hipp. autore Gal. 8. *Sent. Hipp.* 7. Cauſa eſt; quia τῷ φυσικῷ θερμῷ ἐργάζεται, καὶ πέττει πάντα τὴν τροφὴν, *Calido natiuo omnia conficiunt alimentum*, inquit Ariſt. *de Iuuent.* 4. Si igitur in corde eſt Calidum natiuum; Calidum autem natiuũ eſt cauſa prima coctionis: vtique cor etiam coquet alimentum, atq; adeo primò omnium aletur. Superaddam hoc quoque, quod Gal. docet 1. *Aph.* 15. οὐκ ἄλλο τι διαπλάσσον ἐξ ἀρχῆς τὸ ζῶον, ὥσπερ οὐδ' αὖθις αὐξῆσαν, ἢ μέχρι τελευτῆς τρέφον, ὅτι μὴ τὸ θερμὸν τὸ ἔμφυτον, q. d. *Non eſt aliud, quod format, aliud quod auget, ſeu ad finem vitæ conſeruat: ſed ſolum Calidum natiuum hæc omnia facit.* Vnde iterum infero, Si in corde eſt primo Calidum hoc natiuum, vbi pulſu ſe prodit, & non ſimul in omnibus partibus: Cor etiã primo animabitur. Quòd ſi idem Calidum διαπλάττει, vt loquitur, quę petulantia eſt (ita vocat ipſe *de Form. fœt.* 5.) tribuere cordi vim formatricem? Sed neq; tribuit Ariſt. eo modo, quo Gal. vult, putà, Quod conſtituto corde ſemẽ effluat, fiatq; deinde à ſolo corde, quidquid fit. Imò, ſemen manet, & omnibus partibus formandis præſto eſt, non ſine auxilio cordis, quod ſanguinẽ pulſu ſuo ſuppeditat, vt mox dicã fuſius. Sed quid opus eſt verbis? Cor primo mouetur in fœtu, Ergo primò viuit. Neq; enim cum Gal. ſum, qui *de Form. fœt.* 3. cor tum primùm vocat, cum vterq; ventriculus eſt abſolutus. Cum n. pulſum habeat ante totalem conformationem, cur Cor non dicatur? vel ſolã potentiã? quomodo ſc. fœtus ipſe eſt animal? Vide ſuprà *c.* 23. & 24.

CAP. XXX.

Heic cogitat animus human⁹, Si omninò ita eſt, vt dicis, quid gignitur poſt cor? Hac in re multi mirificè fallun. tur & fallunt. Mihi infallibile eſt documentum ex ouis, de quo jam toties. Senſus igitur debet nos heic manuducere, non neglecta interim ratione. Senſus quid doceat, oportet cum Ariſt. diſcere, ἐκ τῶν ἐνδεχομένων εἶτε γιγνομένων *ex iis, quæ ſunt in fieri*, vt loquitur *de Iuuen.* 3. ἐκ τῶν γενέσεων, *dum generationes ſunt in via ad terminum*, 3. *Part.* 4. ἐκ τῆς ἐξ ἀρχῆς γενέσει, *ex prima animalium generatione*, 2. *Gen.* 1. Id autem cum melius cognoſci non poſſi; quam ex ouis (vt dixi) incubatis (interim ex abortibus etiam quoquo modo 3. *Par.* 4.) 6. *Hiſt.* 3.; in ouis autem triduanis, καρδία τε ἅμα καὶ ἧπαρ γίνεται ἔνδηλα, στιγμῆς ἔχοντα μέγεθος, *& cor & hepar ſeſe produnt, puncti magnitudine*, 3. *Part.* 4. vtiq; poſt cor generabitur hepar. Hoc ita eſſe, comperit Aldrouandus *Ornithologiæ loco citato*, licet quarto demum die, differentiã non magni momenti, ſi conſideres varietates, quæ in regione eſſe poſſunt, in loco particulari, in tempore anni, in ouorum bonitate ſimul & ætate, in matris calore & ſedulitate, in aliis. Hoc ipſum ratio ſuadet. Cum enim ſtatim poſt cor generetur & Vena & Arteria; vtrumq; autem vas trahat ſuum ſanguinem: procul dubio, alter quidem & arterioſus ad cor feretur: alter autem & venoſus ad hepar. Præterea, cum poſt σύστασιν opus habeat fœtus, & Corde & Hepate ad vtriuſque ſanguinis pleniorem cõfectionem, vt jã aliquoties dictum eſt: debent, aut ſimul præſto eſſe, aut modico interuallo alterum fieri poſt alterum. Tu dicis fortaſſis, Quia differentia hæc ſanguinis in ouis non eſt; immò vero, quia ſanguis ibi prorſus non eſt: quid ibi fit? Quia Natura ſeruat analogiã in eo, quod primùm omnium crudum illum humorem, (proportione reſpondentem crudo ſanguini materno) quem Albumen vocamus, coquit in ſanguinem, & ex ſanguine illo poſteà facit partes: veriſimile eſt coquere ex aliis albuminis partib⁹ ſanguinem, arterioſo reſpondentem, ex aliis alium, qui venoſum referat, vt ſubinde ex hoc faciat hepar, ex illo cor. Quod igitur 2. *Gen.* 6. dicitur, poſt cor generari cerebrum, explicatione opus habet. An hac, fieri ante alia conſpicuum? Nam alioquin caput primò fieri Hippon ſtatuit, vt eſt apud Cenſorinum & Lactantium, qui ſe conjungit cum Hippone. Et Ariſt. *ibidem* ait, decimo die pullum eſſe perfectum, ſed caput, oculoſque cæteris

eſſe

eſſe grandiores, licet poſteà iterum decreſcant ad ratam proportionem. Et debuit poſt duo illa viſcera cerebrũ gigni, vt attemperaretur caliditas viſcerũ dictorum, veluti ſcribit Mercurialis *de Gen. hom.* 17. Hoc Ariſt. eſt 2. *Gen.* 6. Διὰ τὸ τὴν ἀρχὴν ἐν τῇ καρδίᾳ τῶν αἰσθήσεων εἶναι, αὕτη γίνεται πρώτη. Διὰ δὲ τὴν θερμότητα αὐτῆς, ᾗ τελευτῶσιν αἱ φλέβες ἄνω, τὸ ψυχρὸν συνίστησιν, ἀντίστροφον τῇ θερμότητι τῇ περὶ τὴν καρδίαν, τὸν ἐγκέφαλον, *Cor ſit primo omnium, quia ſenſuum principium ibi eſt: propter autem caliditatem eius, ex aduerſo conſtituitur ei pars frigida, Cerebrum, in quod deſinunt venæ ſuperius.* Quidquid ſit de trium partium principiũ ordine inter ſe, Veriſimile eſt, quod docet idem Philoſophus *loco eodem*, ἅπαντα ταῖς διαγραφαῖς διορίζονται πρότερον (inquit) ὕστερον δὲ λαμβάνει τὰ χρώματα, καὶ τὰς μαλακότητας, καὶ τὰς σκληρότητας, ὥσπερ ἂν ὑπὸ τοῦ ζωγράφου τῆς φύσεως δημιουργούσης. καὶ γὰρ οἱ γραφεῖς ὑπογράψαντες ταῖς γραμμαῖς, οὕτως ἐναλείφουσι τοῖς χρώμασι τὸ ζῶον, *Omnes partes primum lineis quibuſdam deſcribuntur, poſteà autem vnaquæq; accipit & colorem, quem debet, & duritiem, & mollitiem, & alia. Natura enim pictoris in modum operatur. Hi ſcilicet, poſtquam animal delinearunt, ſic deinde coloribus illuſtrant.* Non diſplicuit ſimilitudo Gal., qui 1. *Sem.* 9. & 10. agnoſcit ὑπογραφήν τινα, καὶ οἷον σκιαγραφίαν ἁπάντων μορίων, *deſcriptionem quandã, & quaſi adumbrationem omnium partium.* Veriſimile hoc quoque eſt, quod Ariſt. ſcribit 1. *Gen.* 18. 2. *Part.* 1. 4. *Meteor.* 10. & 12. partes ſimilares priùs delineari diſſimilaribus, quæ ex illis fiunt. Veriſimile & illud eſt, quod idem ſcribit 2. *Gen.* 6. partes ſuperiores priùs perfici, quippe, quæ calori propinquiores ſunt, immò, in quibus τὸ κύριον τοῦ ζώου ἐστί, 4. *Gen.* 8. *vbi Dominus animalis eſt, vt Accorambonus vertit.* Heic non oportet obliuiſci pulcerrimæ quæſtionis, quam agitat Ariſt. 2. *Gen.* 1. & quam acerbè exagitat Gal. *de Form. fæt.* 5. Quomodo, poſt genitum cor, gignantur reliquæ partes? an ex corde, cum potentia illi ineſſent antea? an potiùs poſt cor, quomodo poſt pueritiam fit adoleſcentia, poſt noctem dies? Et quia Philoſophus primum modum prorſus non admittit; admittit autem ſecundum: videant boni viri, an Galenus ſatis cauſæ habuerit, cur adeò petulanter inſulta-

A ret homini! Reuera enim hoc vult Ariſtoteles, eſſe ſucceſſionem quandam in generatione. Pater enim generat per ſemen, h. e. pater, qui non habet vim mouendi materiam ad generationem, tribuit eam vim ſemini: ſemen, acceptâ illa vi à patre, agit in materiam ſuam, producitq; fœtum, & omnes eius partes. Et habet ſe res, vt in machinis illis, quæ αὐτόματα, ſeu αὐτοκίνητα vocamus. Vt enim
B faber ibi mouet primum: ita heic pater. Vt ibi pondus appẽſum, aut lamina per vim intorta, dum cupit redire ad ſtatum ſuum naturalem, trahit primam rotam: ita ſemen, à patre præbitum, facit cor. Vt ibi primam rotam ſequuntur rotæ aliæ omnes: ita cor ſequuntur reliquæ partes. Verùm, vt ſequuntur cæteræ rotæ, non propter vim primæ rotæ illatam, ſed propter pondus, laminamue
C tractam, jamque properantem ad naturam ſuam: ita poſt cor fiunt aliæ partes propter præſentiam ſeminis, agentis rẽ ſuam, nõ ſine tamen cordis adiumento, ceu dixi. Et ita quidem intelligo locum illum, præeunte Auerroë, *paraphr. in eundem.* De tota autem re pronuncio, ὡς ἐν ἀδήλοις ἀποφήνασθαι, *quantum, & quouſque in rebus obſcuris ſciri poteſt*, vt Galen. loquitur *de Form. fæt.* 5.

D

Cap. XXXI.

QVartum denique ſequitur, Quanto tempore Natura indigeat ad abſoluendam σύστασιν? Sunt, (vide ſuprà *c.* 11.) qui abſolutè credant autori l. de Carnibus apud Hip. Is n. de vi ſeptenarii ratiocinans, ſeptimo die, ait, fætum eſſe perfectum. Atq; hoc à meretricibus ſe didiciſſe affirmat. In gallinaceo genere ita
E eſſe, non negabit is, qui, aut Coiterum legit, aut Aldrouandum. At verò cum gallina abſoluatur non integro menſe; homo verò vix ſeptem integris: quiuis videt, nullã eſſe proportionẽ. Sed & ipſe Hipp. longè aliter docet *l. d. Nat. pu.* 10. & 13. Mas, inquit, habet πρώτην πῆξιν, *primam concretionem* in 30. diebus, cum longiſſimè: fœmina in 42. cum longiſſimè. Quibus ex verbis ſtatim
F apparet, Galen. *de Form. fæt.* 1. rectè reprehendiſſe Medicum illum, qui, poſtquam ſemel vidit abortum 32. dierũ, perfectè delineatum, ſubitò affirmabat, in omnibus ita eſſe, & ſemper. Non inquit

Gal.

Gal., oportet ſtatim in vniuerſum pronunciare de re; quam ſemel videris, aut bis. Non enim (addit) vnus eſt præfinitus terminus expreſſæ formationis, quemadmodum, neq; motionis, neq; abſolutionis, neq; egreſſus ex vtero. Quo loco operę precium fuerit obſeruare tria vocabula, quibus in ſua lingua vtitur, διάπλασιν σαφῆ, κίνησιν, καὶ ἀποκύησιν. Reſpondent n. in ſenſu illis, quæ ſunt apud Hip. *l. de Alim.*, ex aliorum tamen ſententia. Quā n. Gal. διάπλασιν vocat, appellabāt illi ἢ τύπωσιν, ἢ μορφὴν, ἢ ἰδέαν, ἢ διάκρισιν, *aut figurationem, aut formā, aut ſpeciē, aut diſcretionem ſeu diſtinctionem*: quam κίνησιν, *motum*, eorum quidam etiam κίνησιν, quidā πρῶτον ἅλμα, *primum ſaltum* quidam μετάβασιν, *tranſitum*: quam ille ἀποκύησιν, *editionem in lucem*, quidam τελειότητα, *perfectionem*, quidam ἔξοδον, *exitum*, quidam ἔκπλωσιν, *egreſſum*. Cæterùm, τύπωσις illa nihil aliud eſt, quam σύστασις noſtra, quam aliàs ab Hipp. vocari πρώτην πῆξιν, jam bis monui, cum primum concreuit in certam formam ſeu ſpeciem, diſtinctis & diſcretis omnibus partibus. Hanc excipit κίνησις, *tempus illud, quo primum incipit moueri infans, ſeu ſalire, ſeu de loco in locum ſe conuertere.* Reliquæ tres voces ſignificant perfectionem fœtus totalē, in qua naſci, ſeu (vt verba ſonant) prodire & elabi poteſt vitalis. Breuiter. Intra 40. dies fœtus, ſiue mas ſit, ſiue fœmina, membratur, qua voce Cenſorinus vtitur. Idem eſt autor, In Græcia prægnantes ante 40. diem nō ingredi fanum, ante ſc. perfectum fœtū. Hoc extra vrbem longiuſculè diſſitum eſſe jubet Ariſt. 7. *Polit.* 16. vt exercitium habeāt grauidæ, quod idem valdè commendat 4. *Gen.* 6.

Cap. XXXII.

ET hæc quidem de συστάσει, *conſtitutione.* Quod ad αὔξησιν, *auctionem*, quam τῇ συστάσει oppoſui, intelligitur ex iis, quę dicta ſunt, diuidi illam rurſus poſſe in duo tempora. Sed, ſiue vnum ſit, ſiue duo, quamdiu durāt, & quouſq; ſe extendūt? Determinauit id quoq; Hipp., ſi modo quis pro determinatione accipiat, nempe, determinari certo non poſſe. Cum n. attuliſſet ſuper toto negotio (συστάσει καὶ αὐξήσει) quatuor diuerſas ſententias, ait, ἔστι, καὶ οὐκ ἐστὶ, *eſt, & non eſt.* Explicat verò in hunc ferè ſenſum: Nemo iſtorum, aut ſimpliciter verum dixit, aut ſimpliciter falſum. Quod enim expertus eſt, id memoriæ tradidir. Tu verò ſi velis ſimpliciter aſſerere, hoc ſemper fit, hoc nunquam fit: falleris luculenter. Iam enim fit his ipſi diebus, jam paullò citius, jam paullò tardiùs. Hoc voluiſſe Hipp. Fracantianus quoq; docet, & Valleſi⁹ *Com. in eum librum.* A quo ſenſu cum non abſit Cardanus, *in Com. iiſdem*, miror, ſummū virum, Muretum 15. *Variar. lect.* 12. dicere, attuliſſe illum juxta cum aliis meras nugas. Pace illius dicam, parum à nugacitate abeſt expoſitio, quam meditatur ex Gellio 3. *Noct.* 16. Cum enim ἀπόδοσις illa, ἔστι, καὶ οὐκ ἔστι, referatur ad totum cōtextū: quâ fiduciâ ille retulerit tantùm ad vltimum membrum? &, quod magis eſt, de partu octimeſtri explicauerit: Egi hac de re quoque in Variis meis. Non diſceditab hac explicatione Auicenna 21. 3. *tr.* 1. *c.* 2. Cum enim multa dixiſſet de progreſſu formationis, & inter alia hęc quoq;, Vnumquodq; eorum non indicat, niſi per illud, ſuper quód præteriit res, ſecundum experientiam eius, i. e. vt ego capio, Vnuſquiſq; dicit obſeruationem ſuam: de diſcrimine maſculi & fœminei fœtus ait, Eſt res, quam quædam pars Medicorū judicat audacter & ſtultè. Loquitur autem de computatione, quam latè perſequitur Valleſius ex loco jam allato *lib. de Alim.*, 2. *Contr.* 10. & quæ ferè creditur pēdere à diuerſitate ſexûs. Contra illam ſemper fuit apud me magnum Riolani illud argumentū 5. *Schol. Anat.* 17. Si diuerſitas eſſet hac in re, ſciri facilè poſſet, vter ſexus eſſet exſpectandus. Nunc verò neſcimus, neq; quiſquam quidquam certi dicere poteſt, antequam in lucem ſit editus fœtus. Mihi placet Mercurialis ſententia *de gener. hom.* 18. & Peramati *de Procr. hom.* 5., nihil erit heic eſſe. De eadem re leges vel Coſtæi librum *de hum. conceptu*, vel Augerii lib. duos *de hum. partu*, vel Bonamicum 5. *Alim.* 4. *& ſeq.* Pulcerrima etiam habet Hieronymus Riua, Medicus Veronenſis *in tract. Italico, cuius inſcriptio, Giudicio, intorno il parto humano*, Spigelius noſter *in Epiſt. peculiari de hoc negotio*, Arniſæus *in Theſibus de hac re.*

***

CASPA-

CASP. HOFMANNI DE GENERATIONE HOMINIS LIBER TERTIVS.

Cap. I.

ET multa in ſuperioribus duobus libris controuertimus, & vero, qui ſequentur duo, cõtrouerſiis dicabuntur toti. Vt pene dicere mihi liceat cum Gal. 2. *Cauſ. pulſ.* 1, hos ad illos eam habituros ratione͂, quam helleborus habet aut ſcammonia ad panem & carnes. Nutrire enim illa me͂tes ſanas poſſunt: hæc reſecare prauas ſente͂tias, vt morbos quoſdam. Quãuis autem labor hic pleroſq; Galenicos attingat: agam tamen cũ ſolo ferè Mundino, quod ſe patronum conſtituerit reliquorum *in Diſputatione, vt vocat, de Semine.* Agam autem vel ideo hanc rem diligentiùs, vt, dum errores refuto, benè ſuperius-dictis firma fides concilietur, ſpe cum Gal. mihi communi. Quod vt faciliùs obtineam, non ſequar filum Mundini, ſed principio quidem excutiam ea, q̃ de ſemine maris in ſecũdâ parte proponit: deinde aſſumam, quę de ſemine fœminæ in prima. Nam quæ in tertia cõtra Teleſium *l. 6. de Nat. rer.* 1. *&* 40. popularemq; ſuum, Fabium Pacium *Com. in* 3. *Meth.* 3. tradit, non attingam, quamuis cũ Pacio acturus ſim ex propriis principiis. Vt ergò cominùs agamus, conſtat inter nos, ſemen maris habere rationem efficientis: ſed hoc controuertitur, Vtrum, (quod ego volo) habeat tantũ rationem efficientis? an (quod ille contendit) efficientis & materiæ ſimul? Argume͂ta Mũdini ſunt duûm generum, ἀποφατικὰ, καὶ καταφατικά. ἀποφατικὰ dico, quib⁹ negat, Ariſtotelis, Peripateticorumq; rationes quidquam concludere; καταφατικὰ, quibus ſuam adſtruit opinione͂. Et quoniã illa quidem priori loco ponit, quanquã pleraq; ſatis nude & imperitè: hæc aute͂ poſteriori, quibus tandem ſubiicit malè ſtructas ad priora reſponſiones: libuit mihi quoq; illa in fronte aciei ponere, ſi-A mulq; ex aliis autoribus paullò liberius explicare.

Cap. II.

PRimum argumentum Mundinus ita proponit, deductione ad abſurdum. Si ſemen maris haberet, ſimul cum efficiente, ratione͂ materiæ, aliquid ageret in ſeipſum, At nihil agit in ſeipſum, Ergò B neq; ſemen. Minorem probat. Actio eſt inter contraria, At nihil poteſt ſibi ipſi contrarium eſſe, & nihil agit ad ſui deſtructionem. Popularis ipſius, *quo dixi loco*, ita: Idem, ſecundùm idem, non poteſt eſſe agens & materia: quia, vt agens, actum dicit & ꝑfectionem; vt materia, potentiam, imperfectionem & priuatione͂. Idem autem non poteſt ſimul eſſe actu & potentia, vno verbo, eſſe & non eſſe. C Atq; hęc nituntur principio Metaphyſico illo, Quidlibet eſt, aut nõ eſt. Eſt autem, quod actu eſt: non eſt, quod potentiâ eſt. Ab hoc argumento, non niſi ſono verborum, differt, quod Bonamicus 4. *Alim.* 20. *&* Scherbi⁹ olim *in tract. de form. fœtus*, ita proponebat, *ex* 8. *Phyſ.* 4. *t.* 30. Vnum, qua vnum, non agit in ſe, ſeu, non poteſt diuidi in partem agentem & patientem, Semen eſt vnum. Deducitur D hoc ampliùs. Alienum eſt à totâ rerum naturâ, vt id, quod agit, ſit vnũ cum eo, in quod agit. Ita enim motus eſſet in mouente, 3. *Phyſ.* 2. *t.* 19. Nimirùm, vti dictum eſt, actio eſt inter contraria, At forma nõ eſt contraria materiæ, nec materia formæ, alioqui nihil poſſet conſiſtere. Rurſus, actio non eſt formæ, non materiæ, ſed cõpoſiti ex materia & forma. Quomodo igitur forma ſeminis agere poteſt E in materiam ſuam, & inde formare partes quaſdam? Heic, antequam vlterius eatur, oportet intelligere, quid appelletur *Aliquid, Nihil, Idem, Vnum*? Vt ex poſte-

poſterioribus liquet, τόδετι, *hoc aliquid, vt*
Interpretes loquuntur, quod cõſtat ex ma-
teria & forma,& conſideratur ſimplici-
ter, ἡ αὐτὸ, *quatenus aliquid, idem, vnum; ſine*
omni relatione. Hocmodo cõſideratum
Vnũ, aut eſt agens, aut patiens, & fieri nõ
poteſt, vt, quod agit, ſit in eo, quod pati-
tur, & om̃ino, vt, quod mouet, ſit in mo-
to; fiatq; vnum ex agente & patiente, ex
mouente & moto, 1. *Gen.* 21. At mas, quà
mas, quia eſt agẽs, quomodo poteſt eſſe
patiens? Et quia non refert, ſemen ne di-
cas, an patrem, à quo ſemẽ eſt deciſum,
2. *Gen.* 1. quandoquidem ſemen habet ra-
tionem agentis, per te etiã, ô Mundine,
quomodo, per Hygieã, poteſt ſimul ha-
bere rationem patientis? Poteſt, inquis,
ſed non ratione eiuſdem. Duæ n. ſunt in
ſemine partes, altera tenuiſſima, aëria,
ſpirituoſa, in quâ anima vegetalis, vis ge-
nerandi, & principium motûs eſt: altera
craſſior, & magis corporea, ſeu materia-
lis, in q̃ fit actio. Hoc paucis dixit Laurẽ-
tius 2. *Anat. q.* 17. Semen agit, ratione ſpi-
rituum: patitur, ratione craſſamẽti. At-
que hęc eſt diſtinctio illa, q̃ aliquoties jã
damnaui, & in quâ tantũ fiduciæ habent
quidã, vt dicere auſint, Ariſtoteli quoq;
acceptam eſſe, Galenoq;. Illi quidem, cũ
2. *Gen.* 2. & 3. ſpiritui, qui in ſemine eſt fæ-
cunditatem tribuit: huic autem, cum 1.
Sem. 5. Philoſophum laudat, ꝙ ſemen di-
xerit eſſe plenum ſpiritu vitali. Verùm, q̃
eleganter fallantur tales, intelligetur ex
iis, quæ jam dicenda ſunt. Vt n. ad te re-
deam, Mundine, fortaſſis quærã, Quo-
modo ſpirit⁹ ſeu pars tenuis agat in par-
tem craſſam ſeu craſſamentum? reſpon-
debis cum amicis, Formare craſſam tan-
quam materiã, ac diſponere, ſuoq; mu-
nere functam, partim in ſpiritus innatos
partibus abire, partim etiam exſpirare.
Ab hac ſententia non abſunt illi, qui ſe-
mẽ ajunt eſſe ἐπρογενὲς, cui⁹ pars cõſtans
& pinguis, maneat, & vitæ fundamentũ
ſit: pars pituitoſa & aquea euaporet, &
tãquam inutilis ejiciatur. Sed his miſſis
videamus, An ſemen rectè diuidi poſſit
in duas partes, quarum altera agat, alte-
ra patiatur? Si recurramus ad ſuperiora,
in quibus duo conſiderabantur in ſemi-
ne, λόγος καὶ ὄγκος: videbitur fortè de λόγῳ
dici poſſe, quod agat in ὄγκον; de ὄγκῳ, ꝙ
patiatur à λόγῳ. At vero cum hæc duo
conſtituant vnum τόδετι, neutiquam di-
ci hoc poteſt. Eadem eſt ratio, ſi dicatur;
A Agit, ratione ſpirituum: patitur, ratione
craſſamenti. Eadem, ſi mutatis verbis,
ἐνεργητικὸν eſt ratione ſpirituum: παθητικὸν,
ratione ſpumæ. Eadẽ, ſi inferatur, Cor-
pus ſeminis præbet materiam fœtûs: A-
nima, in ſemine deliteſcẽs, efficiẽs. Qua-
re aliò conuerſi Galeni amici, diuiſerũt
ὄγκον *ſubſtantiã ſeminis* in duas partes, qua-
rum altera agat, altera patiatur. At verò,
cum ſemẽ ſit aliquid ſimilare, in quo to-
B tius & partis (quoad motum naturalem)
eadem ſolet eſſe ratio, vt demõſtrat Bo-
namicus 5. *de Motu.* 31. quomodo dici hoc
poteſt? Pars n. craſſior & terreſtrior, li-
cet differat à tenuiori & aëria in modo
ſubſtantiæ, non differt tamen in eſſentiâ
ipsâ. Semen n. eſt ꝙ conſtat ex λόγῳ καὶ
ὄγκῳ. Vnius igitur & eiuſdem naturæ cũ
ſint: quo, quæſo, modo in ſe inuicem a-
gent? vnde contrarietatis ratio deſume-
C tur? Prætereà, agens & patiens; ſeu mo-
uens & motum (*vide* 7. *Phyſ. & ibi Simpli-*
cium) in perfectis debent eſſe reuera di-
ſtincta, vt docet tota rerũ natura: quod
de his duabus ſeminis partibus ne ipſe
quidem dixerit Mundinus. Viderat (cre-
dõ) hoc Scaliger, Mundini hac in parte
dux, ideò ait, Calorem agentem à parti-
bus, in quas agit, & ratione diuerſum eſ-
ſe, & re ſeparari. Per calorem ſi ille intel-
D ligit λόγον, vt puto: rectè dicit, diuerſum
eſſe, quaten⁹ ſcilicet forma differt à ma-
teria. At ſi eundẽ re ſeparari credit, ſaluâ
tamen ſeminis eſſentiâ: non rectè. Diſſi-
pato n. calore & ſpiritu ſeminis, non ma-
gis iam eſt ſemen, quam cadauer homi-
nis eſt homo. Calor igitur quia forma eſt
ἔνυλος, quæ extra ſuam materiam nuſq̃ iã
eſt, quomodo re ſeparatur? Vt ignis à lu-
to (inquit) ſeu teſta, quam coquit. Apage
E mihi iſta, tanto viro indigniſſima! Con-
ſtituuntne ignis & teſta vnum τόδετι? In
corpore quoq; perfecto (ſubdit) ſpiritus
agunt in humores, quorum tamen par-
tes ſunt. Placuit hoc Coſtæo, è quo Mũ-
dinus: ideò mutatis paululùm verbis di-
cit Mundinus, Mirum, vel abſurdum nõ
eſt, animam in corpus agere, & illud re-
gere. Reſpondeo; Spiritus, qui ſunt pro-
ximum animę inſtrumentum, reâpſe (in
F Medicina certè) ſunt diſtincti ab humo-
ribus: ideò mirum aut abſurdum nõ eſt,
agere in humores. Anima autẽ, quæ in-
corporea eſt; quomodo agit in corpus?
Sunt quidem ita vnita, vt alterum ſine
altero non agat. at quid hoc ad rem, quã
volu-

volum⁹? Eſtne agere illud, ſiue (vt ſe explicat) regere corpus, idem quod mutationem ſubſtantialem moliri? Si enim conuenire debēt iſta, oportet anima ex corpore faciat aliquid, vt calor ſeminis ex corpulentiâ ſuâ facere dicitur? Ita n. per inſtantiam ſolutum fuerit argumētum. Sicuti artifex & materia non ſunt idem (addit Mundinus) ita nec anima ſeminis, & ſeminis corpus idem ſtatuēdum eſt. Ex hac oratione ego planiſſimè colligo veteratoriam, aliud ſcilicet dici, aliud ſub mentē eſſe, virtute hodie pluſquam ſatis nota. Nam quæ de parte tenui ipſis in ore ſunt, de λόγῳ eſſe accipiēda, hæc certè conuincunt. Quis enim non poteſt diſtinguere λόγον ſeminis ab ὄγκῳ ipſi⁹? At λόγον illum agere ſine ὄγκῳ, auſiſne dicere, Mundine? λόγον verò illum quâ fronte comparas cum artifice, his quidem terminis? Conſtituitne artifex cum lectica aut ſcamno vnum πόδελ, vt λόγος cum ὄγκῳ ſeminis? Sed explicemus ſanè hæc poſteriora per illa priora, dicamuſq;, per *Animam ſeminis* heic intelligi *Partes ſeminis aerias*, quę habent rationem agentis: quid de illis fit? Mundinus conſulto conſilio tacet, ne maioribus ſe implicaret litibus. Amicus dicit, partim in ſpiritus innatos abire, partim exſpirare. Cenſeo equidem, amplecti voluiſſe vtramq; ſententiam, quia videbat, ſi alteram ſolam tuēdam ſuſciperet, ſe alteri ſatisfacere non poſſe. At verò ſi τὸ διαλύεσθαι καὶ πνευματοῦσθαι ita exponantur, vt nos: nihil jā difficultatis ſupereſt. Alter nodum videtur mihi in ſcirpo quærere. Cum enim agnoſceret interpretationem illam eſſe genuinam, cur propter adulterinam cōmentus eſt ſeminis partem quandam pituitoſam? Oppoſitum enim in adjecto eſt, Semen pituitoſum. Stat igitur argumentum, & reuera petit jugulum contumaciæ.

CAP. III.

QVid impedit verò, quoniam principium hoc eſt, ab Ariſt. omni machina & ingenio (ſic loquitur Bonamic⁹) demōſtratum; quin imò, quoniā tale principiū eſt, q euertendę huic Medicorum aſſertioni ſolum ſufficit: quò minùs lati⁹ diducam, hinc facto initio? In doctrina περὶ τοῦ ποιεῖν καὶ πάσχειν, *de iis, quæ in ſe agere & pati nata ſunt*, duæ ſunt diſputationes nobiliſſimæ, admodùm ſibi vicinæ, quarū altera quidē ad argumentū ipſū ſpectat, altera autem ad ſolutionem argumenti, quam iſti meditantur. Prima eſt, Vtrum idem à ſemetipſo pati queat, vt Nobilius proponit *Com. in* 1. *Gen. & Int.* 7. *quæſt.* 12? aut, vt Bonamicus *8. de Motu* 41. Vtrum idem ſeipſum afficere queat, an ab alio ſemper affectio naſcatur? Philoſophi verba 8. *illo Phyſ.* ſunt. πῶς ἐνδέχεται, συνεχές τι καὶ συμφυὲς, αὐτὸ ἑαυτὸ κινεῖν; ᾗ γὰρ ἓν, καὶ συνεχὲς, μὴ ἁφῇ, ταύτῃ ἀπαθές. ἀλλ' ᾗ κεχώρισται, ταύτῃ τὸ μὲν πέφυκε ποιεῖν· τὸ δὲ πάσχειν. οὔτ' ἄρα τούτων οὐδὲν αὐτὸ ἑαυτὸ κινεῖ. συμφυῆ γάρ. οὔτ' ἄλλο συνεχὲς οὐδὲν, ἀλλ' ἀνάγκη διῃρῆσθαι τὸ κινοῦν ἐν ἑκάστῳ πρὸς τὸ κινούμενον. *Quæ hunc mihi pariunt ſenſum: Quo tandē modo fieri poteſt, vt, quod continuum & connatum ſibi eſt, ipſum ſeipſum moueat? Nam quatenus vnum, & continuū, nō contiguum, eatenus eſt impatibile: ſed, quatenus ſeparata ſunt, eatenus, hoc quidem agere natum eſt: illud autem pati. Nempe elementorum nullum (ita vult Simplicius in Com.) mouet ſeipſum. Quare? Quia vna & connata ſunt. Eodem modo nihil eorum, quæ continua ſunt, mouere ſeipſa poſſunt: ſed neceßarium eſt, vt quod mouet, ſemper ſit diſtinctum à moto.* Et ne tu ſubitò objicias animata: reſpondet, ἀλλὰ συμβαίνει καὶ ταῦτα ὑπό τινος ἀεὶ κινεῖσθαι, *ſed & hæc contingit ab alio ſemper moueri.* Vt enim Bonamicus ait *l.c.* Animata non ita ſeipſa mouent, vt idem prorſus ſit mouens & motum. Anima enim, quæ mouet, & ſubjectum in quo illa primùm reſidet, à reliquo corpore ſejuncta ſunt. Hoc Auerroes quoq; docet, *Paraphr. in* 8. *Phyſ. t.* 40, contra Platonem agens, qui Mentem ſeipſam mouere volebat. Ait enim Arabs, Idem ſeipſum mouere, intelligendum eſſe de ſimpliciter ſeparatis à materia, & quidem de motu metaphorico. Mentem verò noſtram non mouere ſe, vt illa, quæ à materia ſeparata ſunt, &c. Deceptionem (addit) inde eſſe, quod Plato non rectè concluderet. Ita enim ille: Quod mouet ſeipſum, ſeparatum eſt, Mens ſeipſā mouet, Ergo ſeparata eſt. At ita debebat: Quod eſt ſeparatum, mouet ſeipſum, Mens eſt ſeparata. Tum verò aſſumtio perſpicuè falſa eſt. Hæc à Bonoamico. A quo didiceris etiam reſponſionem ad Scoti poteſtates formales & virtuales. Sunt enim actiones metaphoricæ. Ab eodem habueris, quid ſit dicē-

dum ad actiones immanentes. Ariſtote-
li enim ſermo eſt de illo tantum actionũ
genere, quod eſt ποιεῖν, *h.e. immutare ſecun-
dum qualitatem, quantitatem, ſubſtantiam.*
Quod ſi nõ placet, dic cũ Nobilio *Com.
in d.l.* ex autoritate Themiſtii *Com. in 2:
de Anim.* 20. in talibus actionibus non
mutari naturam, ſed perfici, cum videli-
cet quis ab ignorantiâ ad ſcientiam tra-
ducitur. Ex eodem reſponderis ad Mer-
cati 1. *Phyſiol. q.* 97. argumentum, Vt par-
tes ſeipſas nutriunt & augent, & ſic agũt
in ſeipſas: ita ſemen in ſeipſum agere ab-
ſurdum non eſt. Idem; inquit Nobilius,
ſeipſum augere poteſt: alterare & gene-
rare non poteſt. Augere n. ſe, nihil aliud
eſt, q̃ ſe perficere. Auctio n. non eſt mo-
tus, ſed pfectio, acceſſio, abſolutio, &c.
q̃ vide, & diſce inde alios quoq; nodos
leuiculos diſſoluere, quos huc attuliſſe,
operę precium non fuerit. Sed ſit auctio
motus, vt eſt: eſt ἐπίδοσις tantum, vt Ariſt.
definit 1. *Gen. & Int.* 5. *t.* 31. quæ ſemp ſit à
materiâ, forinſecus accedente. Quo igi-
tur modo non eſt diſtinctum agens à pa-
tiente? Quare, vt partes ſeipſas alere nõ
poſſunt, niſi aliũde ſuppetat materia: ita
ſemen generare nõ poteſt, niſi extrinſe-
cus illi accedat materia. Cõſtat ergò et-
iamnum, Quia in totâ rerum naturâ ni-
hil agit in ſeipſum, ne ſemẽ quidẽ agere
in ſeipſum. Sed palpitat Mercatus *quo lo-
co dixi*, Quæ formã habent, non agunt in
ſe: at informia nihil neceſſe eſt. Quia n.
formam non habent, non habent etiam
actum: quare potentia, q̃ habent, nõ di-
ci poteſt ſimul eſſe cũ actu, ꝙ non adeſt.
O Mercate; q̃ longè fallis opinionem il-
lam luculentam, q̃ de te, homine Hiſpa-
no, conceperam! Eſtne ſemẽ prorſus in-
forme, & caret omni actu? Quem autẽ;
ſodes, habet? Illum, qui eſt ad efficiendũ
animal. Si itaq; ſimul habet potentiã ad
animal, certè actum & potentiam habet
ſimul: Et hac in re conſiſtit ſolutio quæ-
ſtionis, q̃ quibuſdam perquam ardua vi-
detur eſſe, Quomodo ſemen, ꝙ impfe-
ctum eſt, poſſit facere animal pfectum?
Eſt imperfectum ratione actus ſecundi:
quia animal nõdum eſt. At eſt pfectum
ratione virtutis ſeu facultatis, vt loqtur
Nonius à Coſta 2. *de Quadr. hom. ort.* 6.
Verum, vt ad Mercatum redeam, quid
illud eſt, ꝙ ait, Formatiua facultas, quæ
propriam materiam efformat, non agit,
niſi in virtute generantis, quæ eſt veluti

A inſtrumentum? Formatiua facultas ſi a-
git in ꝓpriam materiam, quomodo non
agit in ſeipſum? in ſubjectum, inquã, ſeu
corpus ſuum: Quod n. toties dictum eſt,
eſt forma ἔνυλος. Et agit illa quidẽ in vir-
tute generantis, h. e. vi à patre accepta:
ſed non ita, vt tu videris velle. Neq; n. aſ-
ſidet pater, vt auis ouo: ſed immittit in v-
terum, qui præſtat illi calorem, quem o-
uo auis incubans. At ſemen ipſum habet
B vim generandi, etiamſi pater eâ ipsâ ho-
ra, quâ cõceptus eſt factus, interimatur.
Fruſtra igitur heic quoq; calcitras, & au-
daci facto amoliri tentas, ꝙ in æternum
non amolieris. Craſſiores ſunt illi, qui,
oſtenſo nobis ouo quærunt, An non ſit
vnum τόδε τι? Hoc tamẽ (ajunt) in ſe agit.
Accedẽte n. calore fit pullus. Ego, ſi ſuf-
ficit difficultatem ſoluiſſe difficultate,
oſtenſo itidem ouo aliquo, dicã, An non
C ſit vnum τόδε τι? Si annuerint, ſuppoſito il-
lo gallinę, probabo non agere in ſe. Ni-
mirum, ꝙ ego ꝓferam, ὑπηνέμιον erit, *ſine
gallo, à vento conceptum, vt illi putant*: ꝙ illi,
fœcundum procul dubio erit. Ergò, vt
expediamꝰ nos, veniamꝰ ad incorruptũ
judicem, Ariſtotelem, & audiamꝰ *ex loc.
ſup. allato* τὸ ἕν, *vnum*, eſſe ὁμώνυμον, aliudq;
eſſe φύσει, *natura*, aliud ἁφῇ, *contactu*. Prio-
ris ordinis eſt ouum hypenemiũ, ſeu in-
D fœcundum: poſterioris, fœcundũ. Pro-
bo, Ouum hypenemium habet formã,
ſeu animam vegetatiuam, habet & ma-
teriam, Ergo eſt τόδε τι, *indiuiduum*. Rurſus,
ſemen galli, habet & ipſum formam ſuã,
habet materiam, Ergò & ipſum eſt τόδε τι,
indiuiduum. Quare cõcludo; Ouum fœ-
cundum, non eſt συμφυές τι, *aliquid conna-
tum*, quia potuit ouum eſſe, quamuis ſe-
mẽ galli nõ accederet: ſed συναπτόν τι, *copu-
E latum & vnitum quid*, ꝓportione reſpon-
dens τῷ κυήματι (vt ſæpè jam dictum eſt)
non femini maſculo, quo trahitur heic.
Eadem eſt ratio ſeminum plantarũ. Fa-
ba v.g. q̃ hilum habet, eſt vnum ἁφῇ, quia
abraſo hilo manet tamẽ vnum. At faba,
q̃ hilum non habet, eſt φύσει *reuera* vnum.
Ita de ſeminibꝰ aliis, q̃, vel habẽt, vel nõ
habent illud, ꝓ quod fœcunda ſunt. Tu
verò fortaſſe, Si in ſeminibus coniungi
F potuit actiuum cum paſſiuo: cur in ani-
malibꝰ, ſexu diſtinctis, non potuit? Non
meminiſti ſuperiorum, ſi hoc jam audire
cupis. Longius n. à ſe diſtant tempera-
menta maris & fœminæ: vt actiuũ quoq;
à paſſiuo longè differre neceſſe ſit. At in
plan-

plantis nulla talis eſt diuerſitas. Interim, vt cõjungi in vno indiuiduo poſſunt: ita idem eſſe non poſſunt. Conjunguntur autem, ni fallor, tantum in ſeminibus, q̃ perfecta entia non ſunt, ꝑperantia quippe ſemper aliò. Hoc, vt puto, innuit Gal. *principio lib. de Maraſmo*, toties laudato, cũ viuentium triplicem ſtatuit ordinẽ, Animalia, plantas, & vtrorumque ſemina. Cur enim ſemina ab iis diſtinguit? Quia peculiare quid habẽt, ſunt (inquam) entia, non ob id inſtituta, vt ſint, ſed vt tráſeant in aliud. Igitur potẽtia potius ſunt, quam actu. Vide ſuprà *l. 2. c. 3. & 4.* Conſtat ergò hoc deniq;, Semen maſculum nõ agit in ſeipſum. Vt nemo jã dubitare poſſit, niſi quẽ piget ſententiã mutare.

Cap. IV.

SEd veniamus ad alterã quoq; diſputationem, de quâ Ariſt. verba *in de Gẽ. & Int.* ſunt hæc. οἱ πλεῖστοι ὁμονοητικῶς τοῦτο λέγουσιν, ὡς, τὸ μὲν ὅμοιον ὑπὸ τοῦ ὁμοίου πᾶν ἀπαθές ἐστι, διὰ τὸ μηδὲν μᾶλλον ποιητικὸν ἢ παθητικὸν εἶναι θάτερον θατέρου. πάντα γὰρ ὁμοίως ὑπάρχει ταὐτὰ τοῖς ὁμοίοις, *Multi vnanimiter dicunt, quod omne ſimile ab omni ſimili ſit impatibile, quod cauſæ non ſit, cur alterũ, vel agat, vel patiatur. In ſimilibus enim omnia ſimiliter ſe habẽt.* Et acceptat quidem hoc Philoſoph⁹, ſed limitat *in ſeq.* ita: τὸ ὅμοιον, τὸ πάντῃ πάντως ἀδιάφορον, εὔλογον μὴ πάσχειν ὑπὸ τοῦ ὁμοίου. τί γὰρ ἔσται ποιητικὸν, ἢ θάτερον; εἴτε ὑπὸ τοῦ ὁμοίου πάσχει τι δυνατὸν, καὶ αὐτὸ ὑφ' αὐτοῦ. *Rationabile eſt, illud quidem ſimile, quod vndiquaq; ſimile eſt, non pati à ſimili. Nam quod erit actiuum, aut vtrum? Quod ſi à ſimili pati poteſt ſimile, & idẽ à ſe ipſo patietur. Tum verò* (addit) *hoc ſequetur abſurdi, nihil à corruptione aut perpetuo motu defendi poterit, ſiquidem ſimile, quà ſimile, agere poterit. Ipſum enim ſeipſum corrũpet, mouebitq;.* Heic præcipuè ſoliciti ſunt Interpretes, Quod ſit illud πάντῃ πάντως ἀδιάφορον? Primum, conſentio illis, qui τὸ ὅμοιον, *ſimile*, ad ſolam qualitatẽ redigũt. Licet enim in ſubſtantia quoq; ſit ſimilitudo: non eſt tamen in illa contrarietas. Propterea huc non facit. Deinde, diſtinguo cum Zimara, Toleto, Marſilio, quos Mercenarius laudat *in Dilucidationib. ſuis*, & dico, Similia ſunt trium generũ. Quędam n. ſunt ſimilia genere tantũ, vt duo calida, duo frigida. Quædam ſunt ſimilia, non genere tantùm, ſed & ſpecie, vt duo calida, quorum vtrumq; ſit in ſecũdo gradu. Quædam ſunt ſimilia, genere,

A ſpecie, & præterea potentia, vt Interp.
loquuntur, ſeu modo ſubſtantiæ, vt Me-
dici, vt duo calida, quorum vtrumq;, vel
in materia craſſa eſt, vel in tenui. Iam, q̃
certum eſt, inter ſimilia genere & ſpecie
actionem non eſſe: tàm incertum eſt, ſit-
ne actio inter diſſimilia ſpecie, ſeu for-
ma, vt loquuntur, ſeu gradu potius? Itẽ,
ſitne actio inter diſſimilia, quoad poten-
tiam, ſeu modum ſubſtantiæ? Mercena-
B rius *dicto loco* negat vtrumq;, idq; de mẽ-
te Ariſtotelis. Et de gradu quidem benè
illum ratiocinari, concedit Bonamicus,
8. *de Motu* 42. ſed Ariſt. decipi, ait idẽ. Vt
n. vulgari vtar exemplo, Cum coquus
magnum ahenum, quando feruet, paul-
la confutat truhâ (vt vetus Poëta loqui-
tur) quamuis calidâ: deſinit feruor. Ergò
calida illa aqua, non auxit calorem, ſed
reſtinxit. De potentia, ſeu modo ſubſtã-
C tiæ vix habeo, quod dicã: videtur tamẽ
idem contingere poſſe. V. g. Cum Arſe-
nico, ꝙ calidum eſt quarto gradu, & in
craſsâ ſubſtantiâ, additur piperis, ꝙ ca-
lidum & ipſum eſt in quarto gradu, ſed in
tenui ſubſtantia. æquale pondus, arſeni-
cum minus vret, ꝙ vis ipſius ſit imminu-
ta. Dico igitur, Prorſus ſimilia ſunt illa, q̃
& genere, & ſpecie, & potẽtia ſunt ſimi-
lia: atq; hæc inuicem agere non poſſunt.
D At ſimilia genere tantùm, ſed diſſimilia,
vel ſpecie tantùm, vel potentiâ tantum,
vel vtraq; agere inter ſe poſſunt. Ad rem
noſtram. Quemadmodum vnum, qua
vnum, non agit in ſe, quod argumentum
vult: ita ſimile, qua ſimile, non agit in ſe,
contra quã arbitraria illa reſpõſio vult.
Semen eſt ex eorum ordine, inquit Bo-
namicus, in quib⁹ forma extenditur per
totam materiam: quâ igitur in re differt
E pars ſeminis ſpirituoſa ab eiuſdem parte
terreſtri & craſſa? Subitò (ni fallor) po-
tentia, ſeu modo ſubſtantiæ dices! Dico
ego, differentia illa eſt inter duo ſubje-
cta, inter arſenicum v. g. & piper, non in-
ter vnius ſubjecti partes. Quemadmo-
dum itaq; omnes arſenici partes ſunt
cauſticæ; omnes contra piperis partes a-
limẽtariæ: ita omnes ſeminis partes ſunt
effectiuæ. Præterea; Vtræq; illæ ſeminis
F partes, quia ſunt conjunctæ: quomodo
poſſunt in ſe agere? Si tu dicis, disjunctas
eſſe, dices mihi (ſpero) haud grauatim,
quid disjunxerit illas? Ita autem argu-
mentabor cum Ariſt., à majore ad min⁹,
contra quam Nobilius putat. Si inter ſi-

 milia,

milia,quæ tamē disjuncta ſunt, actio nō datur,multò minus dabitur in eodem,q̃ conjunctum eſt. Mox eiuſdem Ariſt. argumento *in* 8. *Phyſ.* vt quidem Auerroes *in Paraphr.* concipit, ita accommodabo rei meæ: Impoſſibile eſt, vt aliquid moueat,quod eſt continuum, ſeu (vt explicat) ſimilare. At ſemen eſt continuum & ſimilare (vt ſanguis, & alia humida in corpore animato) Gal. ipſo doctore 2. *Sem.*5. Ergo. Ego hoc lumen veritati pulcerrimæ fœnerari heic volui: quo ſi non caperis tu,aut ille,non magni id refert. Sunt enim homines, qui abſurdis & falſis delectantur magis, quam veris. Qui, vt ſua ſine riuali ament, interpellandi non ſunt.

CAP. V.

PErſtrinxit,vt puto, hoc jubar quorūdam oculos. Ideò,deſerto ſemine maſculo, ad fœmineū veniūt. Inter hos Syluaticus eſt *Controu.*79. qui ſimpliciter affirmat, quaſi res ſine vllâ controuerſiâ foret. Varolius 4. *Anat.*3. rationem addit Galenicam,quod ſemen, ob tenacitatē & robur,ſit aptius faciendo partium ſtamini. Nam& in textrinâ (vult dicere) ſtamen eſt robuſtius ſubtegmine. Intricatior Capiuaccius, *de form. fœt.* ſemen modò vocat ſubſtantiam illā albam, de quâ nobis ſermo eſt, modo ſanguinem menſtruum, ſed priuatim ex ſemine non niſi membranas fieri ait, ex ſanguine, in ſemē mutato, partes ſpermaticas, ex eodē immutato ſanguineas, præterea ex corporatura feminis maſculi, vna cum reliquiis fœminei, Calidum natiuum. Heic quis non miretur inſignem varietatem! inprimis, quia ex ſanguine, in ſemen (à fœminâ. ſic enim intelligo) mutato, facit partes ſpermaticas! Eius rei (quantū videre potui) cauſa eſt, q̃ Gal. 8. *Sent. Hip.*4. dicat, τὸ αἷμα εἶναι τῆς γενέσεως ἡμῶν ὡς ὕλην, *ſanguinem eſſe generationis noſtræ quaſi materiam.* At vero debuiſſet vir magn⁹ explicationem ſ ὡς nō aliunde petere, quam ex eo ipſo loco, quo ait, γεννώμεθα ἐξ αὐτȣ̃ κατὰ τὰς μήτρας κυȣ́μενοι, καὶ τὴν πρώτην διάπλασιν ἐκ τȣ́τȣ λαμβάνομεν. ἐφεξῆς δὲ ταύτῃ τῶν διαπλασθέντων μορίων, τήν τε διάρθρωσιν, καὶ τὴν τελείωσιν, ἀποκυηθέντες, καὶ τὰ ἑξ. *In vtero concepti generamur ex ſanguine, & primum quidem ex illo habemus primam delineationē, deinde autem in lucem editi delineatorū mem-*

A *brorum diſtinctam articulationem, perfectionemq́.* Præterquā igitur quod locus hic planè pro me eſt, aſſertio ipſa merè voluntaria eſt. Sed & validè concutitur ab iis, quæ infrà *lib.* 4. dicentur de incertitudine huius ſeminis. Verùm,nihil obſtet: cur conceptio non fit niſi ſanguis menſtruus adſit? maximè,ſi prima ſtamina ex ſolo ſemine fœmineo fiunt? cōtra quam Gal. ipſe docet. Sed audiant hi

B eorum ratiocinationem, qui totum ſtamen ex corporaturâ maſculi faciunt. Si, inquiunt, ſemen fœmineum eſt nutrimentum maſculi, quo modo partes ex illo fiunt? Nutrimentum enim abſumitur in ſubſtantiam nutriti. Si idem ſemē eſt factum ad oblinēdum vterum, quomodo fit pars fœtus? Si ex eodem fiunt membranæ, membranæ autē ſunt extra fœtū: quomodo fœtus ipſe inde fit? Sed

C hæc quidem ſub finem opellæ huius diſcutientur accuratiùs.

CAP. VI.

AD Mundinum redeo, qui *Secundum* argumentū *ex* 1. *Gen.*20. ita format. Opifex non eſt vnquam pars ſui opificii, Semen eſt opifex, Ergò fœtus materia

D eſſe non poteſt. Reſpondet referendo ſe ad dirutam modo diſtinctionem, Qua parte ſemen eſt opifex, eâ non eſt pars fœtus: eſt autem alterâ parte. Locus Ariſt. mihi eſt cap.21. ſeq., vbi ait, Ex ſemine ac ſanguine mēſtruo ita fieri animal, ὡς ἐκ τȣ̃ τέκτονος καὶ ξύλȣ ἡ κλίνη, ἢ ὡς ἐκ τȣ̃ κηρȣ̃ καὶ τȣ̃ εἴδȣς ἡ σφαῖρα, *quemadmodum ex fabro, lignoq́ fit lectus, aut ex cera formaq́ globus.* Et Mundinus quidem facilè ſe ab-

E ſoluit, ratus adamantinā eſſe diſtinctionem ſuam, quæ ne plumbea quidem eſt. Sed iſtud quidem vidimus modò; heic conſiderandum eſt, quo alii traxerint illud Philoſophi verbum. Mercatus 1. *Phyſ. quæſt.*95. hinc euincere vult, Semen, de Ariſt. ſententia, non manere in fœtu, Calidumque natiuum conſtituere: ſed abire, non ſecus ac artifex diſcedit ab opere ſuo. Verùm, ſi ille inſpicere

F locum Ariſt. voluiſſet priùs, quàm cenſoriâ virgulâ notare, fortaſſis aliter ſcripſiſſet. Diſputat ibi de ſemine maſculo, An partem aliquam fœtus conſtituat? Negat autem, hac allata ratione, Quia ſit efficiēs. In tota enim rerū natur*æ*.

natura ita eſt(inquit) vt agens,qua agēs, nihil conferat materiæ ad rem. Vt igitur faber nullam lecti partem facit, ſed totus ex ligno eſt: ita fœtus partem nullam dat ſemen maſculum; dat autem omnes ſanguis ſeu ſemen fœmineum. Ex his exſculpſeritne aliquis, ſemen maſculum non conſtituere Calidum natiuum? At pars eſt fætus; Eſt, ſi de Hipp. mente diſtinguas tripliciter, quouſq; Capiv. etiā eſt progreſſus: at ſi cum Gal. ſubdiuidas illas, quas olim ſolidas appellabat Hipp., & dixeris, ſpermaticas tibi vocatas eſſe ex ſemine, vbi iam Calidum natiuū eſt? Qui igitur funem hunc trahunt, Semen facit calidum natiuum, ergo facit partem quandam, non intelligunt, ſe à Gal. γυμνῇ κεφαλῇ, *nudo capite* deſciſcere. Cæterum, quatenus hæc ſimilitudo, ab artibus ſumpta, quadret actioni ſeminis, cognouiſti ex iis, quæ dicta ſunt *l.* 2. *c.* 8. quibus adde, quæ Accorābonus docet *Not. in* 1. *Gen.* 22. Paucis. Quemadmodum ab artifice eſt forma: ita à ſemine. Quemadmodum artifex nullam partem materiæ conſtituit: ita ſemen.

CAP. VII.

HEic, propter negotii ſimilitudinem, tangam vlcus, quod Gal. 1. *Semin.* 12. putabat male habere Ariſtotelem. Cū .n. paſſim doceat, Semen habere tantum rationem efficientis, cur 1. *Gen.* 18 inquit, Semen eſſe id, ὃ πρὸς ἅπαν πέφυκε, *quod omnes partes fieri poteſt, & in omnes partes trāſire natū eſt*? Ne dubites, Cur paucis lineis ante expreſſe ait, ſemen eſſe id, ἐξ οὗ ἤδη γίνεται ἕκαστον τῶν μορίων, *ex quo omnes partes fiunt*? Si ergo (inquit Gal.) ἀπ᾽ αὐτοῦ, *à ſemine*, tanquam ab efficiente, fit animal, quomodo ſimul ἐξ αὐτοῦ, *ex ſemine*, tanquam materia, quæ materia alias Ariſt. eſt ſanguis menſtruus? Bonamicus 4. *A-lim.* 15. facile ſe expedit, cum (vt Mundinus) diſtinguit ſeminis partes agentes à patientibus. Ego vero non hoc tantum, ſed & illud, cui⁹ ſupra memini, valde miror; Si enim primum pars quædam ſeminis pituitoſa eſt, quam diſſolui & euaneſcere neceſſe ſit; ſi deinde pars quædam faceſſit in partes ſpermaticas: quantilla pars relinquetur pro balſamo omnium partium, vt Paracelſiſtæ loqui ſolent? Quemadmodum igitur nulla neceſſitas adigit nos ad diſſolutionem & euane-

A ſcentiam Gazæ: ita ne hi quidem loci ad vllas partes ſpermaticas nos compellūt. Cum .n. Ariſt. contra veteres dicit, Semen non eſſe id, quod ex partib. omnib. deceſſerit, ſed q; in omnes partes abire natū ſit: an ideo vult, q; Gal. vult? Certe, hoc modo non ſpermaticæ tantum, ſed & ſanguineæ fierent ex ſemine, quod quam belle conuenit Galeno; Ergo ſe-
B men dicetur πρὸς ἅπαντα μόρια πεφυκέναι, *ad omnes partes aptum natum eſſe*, aut, vt loquitur 4. *Gen.* 1. πρὸς ἕκαστον μόριον προσελθεῖν, *ad omnes partes properare*, adeoque potentia eſſe omnia, vt Valleſ. *in Sacr. Philos.* *c.* 11. ſcribit: quod cum vterum ſubiit, κινῇ τὸ περίττωμα τοῦ θήλεος τὴν αὐτὴν κίνησιν, ἥνπερ αὐτὸ τυγχάνει κινούμενον κἀκεῖνο, 2. *Gen.* 3. *moueat ſanguinem menſtruum eo motu, quo & ipſe ſanguis menſtruus mouetur, h. e. quemad-*
C *modum ſemen maſculum habet potentiam ad fabricandas omnes partes, ita ſanguis menſtruus habeat potentiā, quod poßit fieri omnes partes.* Quæ antecedunt verba, & mendoſa ſunt apud Gal., & Gaza amplius in mendum coniecit. Cum enim in Græco Sylbyrgii, Caſauboni, Pacii exemplari legatur, χρησίμου ἄρα περίττωμα, Gal. & Gaza legunt, περιττώματος. Tum vero ſenſus erit, Semen eſt pars aliqua excrementi v-
D tilis: quo quid ineptius? Ariſt. enim (vt ex contextu patet) hoc volebat ꝓbare, Semen eſſe excrementum, adeoq; partem alimenti (non excrementi) vtilis. De quo etiam ait, Vtiliſſimum alimentum eſſe vltimum, & ex quo fiant omnes partes. De ſanguine igitur cum dicat Ariſtot., quod fiant ex illo omnes partes: vitium loci fecit, vt Gal. putaret, Ariſt. de ſemine loqui. Hac de re legeris etiam aliquid
E apud Accoramb. *Not. in* 1. *Gen.* 18. Quis heic vel tam ineptus Gal. fautor eſt, hæc vt excuſare velit? vel Ariſt. tam durus hoſtis, qui acceptare hoc nolit? Sed faciat quiſque, quod volet.

CAP. VIII.

TErtium Mundini argumentum, pro Ariſt., adeoque pro me eſt, ipſo non
F diffitente: vt verbis non ſit opus, niſi forte his, Cur huc allatum ſit? Si enim coagulum manet in caſeo; & ſemen in fœtu, neque tamen aut heic, aut ibi pars vlla inde fit; contra Mundinum hoc eſt, non contra me. An

 ſub

ſub nube voluit latere homo? Si ſemen manet, certe conſtituit partes quaſdam. Ego iam dixi hac de quorundam ſententia, & miror, poſſe quoſdam pro iiſdem habere, *Eſſe in partibus*, *& eſſe partes*! Hercules tuam fidem! Mundinum quoque huic extreme ineptæ opinioni affinem eſſe, cognoſco ex *Quarto* argumento. Si enim formatrix facultas in vtero poteſt coagulare ſemen in partes ſpermaticas: poteſt vtiq; hoc, quod dico. Et quis non ſtatim primo intuitu videt abſurditatem in modo loquendi? Vt enim coagulum non coagulat ſe, ſed lac: ita ſemen non conſtituit partes ex ſe, ſed ex ſanguine. Hoc ipſum oppono explicationi Valleſii *in Sacra Philos. c.* 45. ſentẽtię S. Iobi, qui *c. 10. querelæ ſuæ* ait, ſicut lac mulſiſti me, & ſicut caſeum coagulaſti me. Si enim (quod Valleſ. vult) reſponſus eſt inter mentem Iobi, Ariſtoteliſque: non debet dici, Semen ſe ipſũ coagulaſſe. Quin immo hic debet eſſe ſenſus ſancti viri. Semen patris mei per συνδυασμὸν fuit erutum; non ſecus ac mulier ex papillis vaccinis eruit lac: hoc ſemen, cum ſemine ſeu ſanguine materno cõfuſum, coaguli vice fuit, indeque factus ſum ego. Qui ſi verus eſt, vt profecto videtur eſſe, apparet inde conuenientia dogmatum Eccleſiæ, ſcholæq; Peripateticæ. Quidquid ſit ea de re, Argumentum hoc impingit quoq; in ſcopulum illum, Vnum, qua vnum &c. quem neque Mundinus, neque Titanum quiſquam conuulſerit, etiamſi totis annixus viribus inſtet.

Cap. IX.

Qvintũ argumentum facit καθόλȣ Apodicticum, quod quidam *ex 1. Gen.* 18. 21. *&* 22. inſolenter vectant. Si (dicũt) ſemen maris præbet materiã partib. quibusdam, oportet id fiat in omnibus, quæ ſexu diſtinguũtur. At in inſectis non fit. Ibi. n. cum mas nihil tribuat materiæ, ſed fœmina inſerat tantum vterum in marem, idque ſatis diu duret, vt materia in fœmina fiat fœcunda à calore maris: vnde fient partes illæ, quæ alias è ſemine fieri dicuntur? Meminit huius argumenti Gal. quoq; 1. *Sem.* 3. ſed relinquit *in ſeq.* indiſcuſſum. Ego de illo adoleſcens etiamnum dubitaui, cum audirem, præceptores aliquid illi tribuere, Cum. n. vterus habeat vim trahendi, quam nec Ariſt. illi adimit 2. *Gen.* 4.; cui non ſit veriſimile, p moram illam aliquid trahi? vel ideo, quia qualitas ſine corpore non fertur, vt Coſtæus notat? maxime, ſi duratura ſit, vt durat hoc, & continuationi indiuiduorum ſeruit? Quare, in Mundini ſententiam prorſus concedo, certus, de re incerta & dubia certi nihil ꝓnunciari poſſe. Et præſtat alioquin telum inutile abiicere potius, quam hoſti deridendum ſe propinare. *Sextum ex* 1. *Gen.* 21. de auibus & piſcibus, apud me quoque parum roboris habet. Quod enim ad aues, licet eiuſdem ſint magnitudinis oua fœcunda & infœcunda: vltra tamen veriſimilitudinem non itur. Interim, hoc certum eſt, vim prolificam neceſſario à mare eſſe. Quod ad piſces, equidem non intelligo, quomodo conciliem, quæ *l. c.* dicuntur, cum iis, quæ 5. *Hiſt.* 5. 6. *Hiſt.* 11. Si enim piſces coeunt, cur non eo tempore oua fiunt fœcunda? Sed ſint ſane iſta plana. Quod dicitur, oua, quibus aſperſum eſt ſemen maſculum, non differre magnitudine ab iis, quibus aſperſum non eſt: pariter non tranſcendit veriſimilitudinem. Quam enim parua ſæpe ſint magnarum rerum principia, exemplis non eſt opus, & ego, ſi volet Deus, in tract. de Calido innato oſtendam contra Villanouanum. Hoc dico etiam propter argumentum *Nonum*, quod Argenterii eſt 2. *in Artem* 8. Prima enim delineatio fit ex modico pigmento, quando ſic quoque, cum illa, non ex ſemine tantum fit, coaguli modo ſe inſinuante, ſed ex ſanguine, maioris apis molem non excedit, vt ſupra audiuimus. Vt ne opus quidem ſit fuga Mundini, Semen fieri maius ex additione fœminei.

Cap. X.

Octauum argumentum Cæſalpino 5. *quæſt. Perip.* 2. trãſcribit Mundinus, quod ita format amicus quidam noſter. Si materiam tribuit mas quoq;, non ſecus ac fœmina, aut ſingulæ formæ agent in propriam materiam, aut vtriuſque in alteram. Si ſingulæ formæ agunt in ſuam materiam, duo ſequentur abſurda. 1. fiet id, quod ab initio pro falſo abiecimus, Vnum, quod conſtat ex materia & forma, 8. *Metaph. cap.* 2. *t.* 15. aget in ſeipſum. Hoc vero eſt inter impoſſibilia, cum omnis mutatio fiat ab alio, qua aliud, 9. *Metaph.* 1. *t.* 2. & omne

mouens

mouens ſit diſtinctum ab eo, quod mouetur, 8. *Phyſ.6.t.*50. 2. fiet, vt non vnum gignatur animal, ſed duo, alterũ ex forma & materia ſeminis maſculi, alterũ ex forma & materia ſeminis fœminei. Ergo ſingulæ formæ non agunt in ſuas materias. Hæc igitur forma aget in materiam illius, hæc in illius, v. g. Maris forma in materiã ſeminis fœminei, Fœminæ forma in materiam ſeminis maſculi? Neque hoc cōcedi vllatenus poteſt. Ita.n. quod impfectum eſt (forma ſeminis fœminei) aget in perfectius (in materiam ſeminis maſculi) At natura tendit ſemper in melius 12. *Metaph.* & impotentiæ omnes dicuntur eſſe præter naturam, vt ſenectus, 2. *Cœlo,c.6.t.*37. Recte etiam ab Ariſt. iuxta & Gal. fœmina dicitur imperfectior eſſe viro, vt ab initio operæ huius monſtraui. Quid heic Vicentius noſter? Recurrit ad ζυγομαχίαν illam tædioſam, de vno effectu, à gemino tamen efficiente, & vna materia, ex duabus nihilominus cōflata, de qua dicam, ſi cum bono Deo illuc venero. Interim, ſi libet tibi videre aliquid, vide Com. in 14. Vs. part. 7. Ne tamen inanem dimittat lectorem ſuum, carpit aliquid in poſteriori (de priori quid fit?) membro, Quod videlicet Cæſalp. minus recte formam ſeminis fœminei ponat infra materiã ſeminis maſculi. Et recte, niſi fallor, hac in parte philoſophatur. Omnis enim forma actũ notat: omnis materia δύναμιν. At infima etiam forma eſt nobilior præſtantiſſima materia. Quod autem propterea ait, formam ſeminis fœminei agere in materiam ſeminis maſculi: minus recte. Imo eſt inter illa, quib. nigrum theta merito præfigas. Quid vero, ſi negem, formã ſeminis fœminei eſſe formam, reſpectu formæ ſeminis maſculi. Non enim gignere poteſt, vt videbimus.

Cap. XI.

MEdicum axioma eſt, inquit *decimo loco*, Iisdem nos nutriri, quib. conſtamus Hoc Ariſt. eſt 2. *Gen.* 3. ἡ αὐτὴ ἐστιν ὕλη, ᾗ αὐξάνεται, καὶ ἐξ ἧς συνίσταται τὸ πρῶτον, *Eadem eſt materia, ex qua conſtituitur primo animal, & ex qua poſtea nutritur.* Eundem ſenſum faciunt Gal. illa 1. *Sem. vlt.* ἐξ ἧς τὸ πρῶτον οὐσίας ἐγένετο ἕκαστον, καὶ τρέφεται διὰ παντός. At ſingulæ partes nutriuntur ſanguine, Ergo ex ſanguine quoque generan-

A tur, non ex ſemine. Heic Mundinus doctore (ni fallor) Laurentio 2. *Anat. quæſt.* 17. negat minorem propoſitionem, & ait, Partes ſpermaticas nutriri quidem ſanguine, ſed in ſemẽ mutato. Mihi ſubuenit Pythagoricum illud apud Stobæum, χρὴ σιγᾷν, ἢ κρείσσονα σιγῆς λέγειν, *aut tacere oportet, aut dicere, quæ ſilentio potiora ſunt.* Talia cum ſint hæc: imo illa etiam,
B quæ Ioubertus 2. *Paradox.* 5. & 7. pro nutritione partium ſolidarum ex ſemine declamitat; non meliora cum ſint, quæ Hippius θ. 56. *& ſeq.*; quæ item Mundinus *heic* obiicit Accorambono, *Notis in* 2. *Part. f.* 529: libenter abſtineo ab illorum refutatione. Pueri enim alphabetarii ſciunt, Simile non eſſe idem. Idem dico de *vltimo* Mundini argumento, quod eſt de partib. quibuſdam principib. Sufficiat
C autem hoc vnum omnibus, Σύστασις, aut vt ille loquitur, prima ſtamina non fiunt ex ſemine, ſed ex ſanguine. Et ita quidem finiunt τὰ ἀποφαντικὰ argumenta, de quibus hoc denique ſuperaddo, Manifeſtum eſſe ex dictis vnicuique, non eſſe me, vel tam imperitum rerum, vt numero metiar talia, non pondere, vel tam ſcelerate malum, vt diſcere nolim: Nam, ſi falſa videam afferri pro
D tutela veritatis, indigna ea cenſeo, quib. pulcerrimam Deam collutulem, quãdo paucis illa libentiſſime cōtenta eſt. Ita, ſi quis mihi dicat, ppiora vero (talia ſunt, quæ cum principiis bene poſitis bene cohærent) cedo è veſtigio. Quod qui facere nolunt, ſed honorificum ſibi putãt, re ablata ventum nobis pro pignore relinquere, quod prouerbii eſt apud Tibullum, illos ego contemno.

E

Cap. XII.

AGedum autem, vt veritati ſua ſibi conſtet maieſtas, & Ariſtoteli ſua dignitas: colligamus in vnum faſcem argumenta omnia, quæ huc faciunt. I. & irrefutabile eſt illud, Vnum, qua vnum, non agit in ſe. Ad omnem enim actionem mutuam duo requiruntur, non tã-
F tum re & opera (in perfectis) diſtincta, ſed & contraria inter ſe. At contraria eidem ineſſe nequeunt: quare neque actiuum & paſſiuum alicui inerunt ſimul. II. Quod mas eſt fœminæ, id ſemen maſculum eſt ſanguini menſtruo.

ſtruo. Quemadmodũ igitur mas eſt calidior, propter hunc finem, vt ſemen eouſque excoquere poſſit, vt fiat γόνιμον: ita fæmina eſt frigidior, vt materiam ſuppeditare poſſit, quã ſemen maſculum porro concoquat. Calor ille reſpondet coagulo, formamq; conſtituit: frigus hoc lacti, & materiã præbet. III. Natura nihil facit fruſtra, At natura diſtinxit ſex⁹ ideo, vt alter præſtet formam, alter materiam. Veriſimile autem eſt, nõ defeciſſe illam adeo in opere, vt vel mas opus habeat adminiculo in cõplenda forma, vel fœmina in ſubminiſtranda materia. IV. Natura, vbi poteſt, ſemper agit eodem modo, At in vniuerſum ita eſt, vt & ex agente & patiente non fiat vnum. Hoc eſt, nullibi, quod agit, eſt in eo, quod efficitur, Semen maſculum, per aduerſarios quoque, eſt agens, Ergo non poteſt ineſſe in materia, in quam agere debet. V. quod tamen in re non differt à priori, Agens & patiens non coincidunt in eodem numero, reſpectu eiusdem effect⁹, vt Mercatus deducit *ex 2. Phyſ. 1. t. 3.* Quod. n. agit, habet actu principiũ, quo agit: quod patitur, habet in potentia effectum. Impoſſibile autem eſt, vt, reſpectu eiuſdem, aliquid ſit ſimul in actu, ſimulque habeat potentiam. Hoc dũ ad materiam primam reſtringere vult idẽ Mercatus, audacior eſt, quã circumſpectior. VI. Ad generationem vnius rei cõcurrunt duæ tantum potentię, inquit Auerroes *paraphr. in 1. Gen. 20.* Ergo quia ad generationem hominis cõcurrit, & mas, & fœmina, oportet alter quidem ſexus potentiam actiuam tãtum habeat, alter paſſiuam tantum. Hoc deducitur, & fit VII. Vna forma deſiderat vnam tantum materiã, Forma maris iam habet materiam fœminæ, vt plurib. non ſit opus. At, dicunt, ſanguis & ſemen ſunt cognata: Imo vero, ſpecie differunt. ἄλογον δὲ, inquit Philoſophus 3. *Phyſ. 3. t. 19.* δύο, ἑτέρων τῷ εἴδει, τὴν αὐτὴν καὶ μίαν εἶναι ἐνέργειαν, *præter rationẽ eſt, vt duo, quæ ſpecie differunt, eandem habeant actionem.* Vide Cõciliat. 1. *diff. 37.* VIII. Si plures formæ agunt in plures & ſpecie differentes materias, nõ vnus, ſed plures ſequentur effectus. Hoc Cæſalpini eſt, vti apparet. IX. Si ſemen maſculum tribuit materiam quoque, corrumpetur, dum in fætum tranſit, At corrumpi non debet, ſiquidem animam induere debet, eiuſque proximum inſtrumentũ eſſe, quãdiu animal viuit. Quod ſi Mercatus velit mihi loqui de partibus ſeminis craſſis tantum, quæ corrumpantur: oſtendam illi digito, quod *ex 7. Phyſ.* affert ipſus, Idem in omnino ſimile non agit, & maxime, ſi ſeparatum non ſit. X. Verba Mundini, ex Cæſalp. 5. *Perip. quæſt.* 2. capta, ſunt, Si ex ſemine maſculo, tanquam ex materia, cõſtituerentur partes fætus, tũc ſemen coagulari eſſet neceſſe. At natura ſeminis neq; à calido coagulatur, neque à frigido. Heic ſi volet mihi occentare Vim plaſticam in vtero, oſtendam illi Gorgona meum, Vnum, qua vnum, &c. Neq; debet ille, vel quiſquam alius, hoc faſtidire. Principia enim ſunt late vtilia, vnumq; ſatis eſſe poteſt protegendis plurimis argutiis iuxta & ineptiis. XI. Si ſemen agit in ſe, eſt ſibi ipſi cauſa, Hoc vero eſt alienum ab omni philoſophia, *de Com. motu, 5.* XII. *Ibidem docetur*, Primæ generationes fiunt ab alio, & per alia. Fit autem hominis generatio ad iſtum modum, ſi per ſanguinem fit, non autẽ ſi p ſemen. XIII. Si ſemen poteſt agere in ſe, cur in teſtib., aut etiam in paraſtatis glandulosis, qui alteri, minoreſq; ſunt teſtes, nõ fit generatio? Ad eſt. n. efficiens, adeſt materia, quæ duo ſunt in loco calido, calidiore forte, quã ſit vterus ipſe. Breuiter, Si vtrumq; habet ſemen maſculum, iam eſt κύημα, vt Cæſalp. loquitur *l. c.* XIV. Si ex ſemine hoc quidquam ſit, oportet fiat ab extrinſeco, quod erit ſeparatum quid & aſſiſtens, vt intelligentiæ cœleſtes ſunt apud Ariſtotelem, vno verbo, forma ἄυλος, At nobis ſermo eſt de forma ἐνύλῳ, quæ extra ſuam materiam non agit. Tale quid ex Vi plaſtica faciunt quidam, alii ex virtute generantis. Nempe ad ἀσύστατα eunt, qui cupiunt διαφυλάττειν τὴν θέσιν, *defendere, quod propoſuerunt.* XV. Ex quibus nutrimur, ex iis conſtamus. Hoc antequam eripiat nobis quiſquam, mutus erit. XVI. Quæ ex putri naſcuntur animalia, vnde illa habent partes ſpermaticas? Fac tibi foueam, & imple aqua, cuſtodi quam potes diligentiſſime: modo accedere poſſit Sol, naſcentur ranæ, forte etiam anguillæ. Quinimo in canalibus, per quos aqua fontana in vrbes ducitur ſemita vt plurimum longiſſima, naſcuntur ranæ,

quam-

quamuis vndiq; ſint tecti terrâ, nec aditus pateat vel ſemini, vel ranis. Ita in nauium ſentina generantur mures, quamuis nullus ibi mus fuerit per multos mēſes, imò annos. Scio, quid poſſit opponi; Non agi de his: Imò, dici poſſe, inde eſſe partes ipſorum ſpermaticas, vnde eſt calidum natiuum. Quare nō vrgeo, ſed recta venio ad magnas Gal. ratiōes, vt Valleriola bis vocat 1. *Loc. com.* 17. Sunt autē hæc *καταφαλικὰ* Mundini argumenta.

Cap. XIII.

IS Mundinus *l.* 2. *c.* 3. longam orditur telam, vt ꝓbet, Semen, ſi mulier ſit conceptura, in vtero manere. Id verò cū nemo neget, cui bono tam prolixa oratio? Huic (puto) vt adſtruere poſſit, ex ſemine maſculo fieri membranas, fœtum inuoluētes. Quod vt obtineat, magno hiatu aggreditur, . Erroneam illā verborū *διαλύεται καὶ πνευματοῦται* explicationem, negatq; in flatus conuerti, qui vel ſenſibiliter vacuentur, ꝙ alii volūt, vel inſenſibiliter in cuius rei inuentione magnificè ſe effert. Cæterùm, non poſſe id fieri ob lentorem ſeminis, operosè cōtendit. 2. Veram & q̄ ego ſuprà profeſſus ſum, peculiariter eâ in re ſuggillans Conciliatorem. Illud cum nō negē; hoc cum ſuprà ſatis refutauerim: reſtat, vt in arcem cauſæ inuadam. Illa eſt, ſecundum Mundinum, Semen retinetur, & nullo modo inflatus verſum euaneſcit: ſed fiunt inde membranæ fœtus. Subſtātia (inquit) harum ductilis eſt, tenax, extenſibilis, craſſa & alba: hæc omnia inſunt ſemini, non autem ſanguini. Is n. nullius lentoris eſt particeps, friabilis, minimè ductilis, qui minimè in latum, & alias dimenſiones extendi poteſt, ruber, non albus, &c. Quia verò obiici poſſe ſciebat ex Auerroē 2. *Coll.* 10. *Paraphr. in* 1. *Gen. vlt.* Si membranæ ali poſſunt ſanguine, quidni ex eo quoq; fieri poſſint? Reſpondet, Ita quidem eſſe: tamen nutritionem illam non fieri, niſi ſanguine in ſemen mutato. In primâ autem generatione cum Natura ſemen jam habeat, cur inanem ſumeret laborem in trāſmutando ſanguine in ſemen? Elegans ꝓfectò, & Mundino dignum effugiū! Ego n. ſubitò increpo illud, Vnum, qua vnū, &c. Mox affirmo, ſanguinem eſſe aptiſſimam materiā mēbranarum, ſemen ineptiſſimam. Hoc, q̄a aëriū eſt, & tenue, vt Accoramb. docet:

A Ille, quia terreus, lentus, tenax, ductilis, ꝓpter fibras, à quibus etiam ſemen habet lentorem, & abſq; quo ſanguis nō aleret, quiq; manifeſtè percipitur, ſi ſanū ſanguinem intra digitos accipias. Quod ad rubedinem, eſt illa tam ſuperficiaria, vt non ignobiles homines aſſeruerint, rubedinē non eſſe de eſſentiâ ipſius. Nā fibræ, quamprimum in aquā deſcende-
B runt, fiunt albæ, etiam abſq; agitatione. Hoc docuit me primus Andernacus (*loco ſupra dicto*) obſeruare in iis, quibus, vel in manu, vel in pede ſecatur exilis aliqua vena, vt opus ſit calidâ aquâ. Sanguinis enim fibræ albæ mox ſubſident, & iniiciunt mulierculis vanum metū pituitæ. Vidi Medicos prouectę ætatis, qui (vt ꝓbarent vulgo ſolertiam ſuā) imponebāt vaſi ſanguinem recepturo, tenues virgas
C betulaceas, & adhærentes deniq; fibras albas oſtendebant ꝓ pituita. Ego, qui, p̄ ætatis reuerentia, ridere nō audebā, domi in ſuauem riſum ſolutꝰ ſum, cum putarem mecum, quid ſit ſapere apud vulgus! De hac pituita ſi loquitur etiā Cæſalpinus 5. *Perip. q.* 2. nō ego ero cum illo. Ita autem puto, vocare illū pituitā ſanguinē maternum, qui, cum in corde matris coqui non poſſet, coquitur in corde
D embryonis. Cęterum, rectè ita argumētatur, Cum ſanguinis mutatio fiat ſecūdum ſubſtantiam, quidni fiat quoq; ſecundum accidentia? Neq; enim neceſſe eſt, alba ex albis fieri, nigra ex nigris, vt luculenter docet Lucretius *l.* 2. Hoc videmus in lacte, imò etiā in carnibus quibuſdam, naturam coquendo procedere ad albedinem. Quem laborem Naturæ cum dicit Mundinus inanem & ſupua-
E cuum in fœtu: dicat quoq; neceſſe eſt, ſe nō intelligere opa Naturæ, quæ calumniatur. Quod n. Ariſt. & Gal. ſæpè inculcant, Natura ex iis, quæ fieri poſſunt, facit optimum. Ex ſemine igitur quia mēbranas facere non poteſt, ex ſanguine faciat oportet. Vide ſuprà *l.* 2. *c.* 10. Et ſomnio leuior eſt cōjectura illorū, q̄ dicunt (*ex* 1. *Symp. cauſ.* 7. *vti credūt*) Nō poſſe
F fieri partes albas ex ſanguine, ꝙ is nō adſit, neq; adeſſe poſſit, ob defectū vaſorū, in quibus ire ſolet. Nam Gal. ipſe (vt vidimꝰ) tribuit ſemini vim trahendi. Quæ vis vel ſolo nomine tollit abſurda illa, quæ Mundinus *ex* 1. *Sent.* 4. cumulat. Et hæc ſufficiāt ad *primā* Mundini rationē,

vt ipſe vocat: cum qua quia prorſus eadem eſt *altera*, cui tribuit cap. 4. nihil dicam amplius, ne otio honeſtiſſimo abuti velle videar.

Cap. XIV.

CAp. 5. leoninam indutus Mundinus; inceſſit duas Gal. rationes, aduerſus Ariſt. allatas. Contra *primam*, quæ eſt 1. *Sem.* 5. argute, ſi Diis placet, diſputat. Nō (inquit) Ariſt. hoc vult, Semen paternū eiici ex vtero, ſed in ſpiritum verſum euaneſcere. At vero Gal. τὸ ἐκβάλλειν ſubito explicat per τὸ ἐκκρίνειν, εἰς ἀέρα λυθὲν. Ex hoc vno iudicent boni viri reliqua, præcipue genuinam Philoſophi mentē, quam nunquam ille aſſequetur, niſi recipiet ſpretam à ſe Conciliatoris explicationem. Contra *alteram*, quę eſt 1. *Sem.* 9. 2. *Sem.* 4. paullò melius depugnat. Reuera enim Gal. ratio (quam iniquo nomine *demonſtrationem* vocat Maſſaria 4. *Pract.* 5.) tam nihil concludit, (quod à nō diſtinctis ſexu ad diſtincta non valeat argumentatio) vt etiam contra Gal. tendat, ceu Accorambonus loquitur. Hac de re actum mihi quidem eſt in veſtibulo: tamen, quia pauci volunt intelligere, iterādum fuit. Verba *Ariſt.* 1. *Gen.* 18. ſunt: τὰ μὲν ἐξ ἐναντίων γίνεται, ἄρρενος καὶ θήλεος· τὰ δὲ ἐξ ἑνὸς μόνου, οἷον τὰ φυτὰ, καὶ τῶν ζώων ἔνια, ἐν ὅσοις μὴ ἔστι διωρισμένον τὸ ἄρρεν καὶ τὸ θῆλυ χωρίς, *Eorum, quæ generantur, alia ex contrariis fiunt, mare & fæmina: alia ex vno ſolo, vt plantæ, & animalia illa, in quibus mas & fæmina non eſt ſeorſim.* Et de his mox addit, σπέρμα, *ſemen*, eſſe, quod vtriuſque principii, maris & fœminæ miſcellam habet, vt ſunt ſemina plantarum, illorumque animalium, quæ ſexu diſtincta non ſunt. Quandoquidem igitur Natura ipſa hæc diſcreuit: cur nos confundere volumus? Nam, niſi ex hoc ſexu aliquid voluit, ex altero aliud, & hinc adeò fit, vt neuter ſine altero generare poſſit: cur ita ſejunxit? cur ita facultatibus (ſic ſæpiſſimè Ariſt. vocat.) ſeparauit? Et quia Natura reuerà ita diſtinxit: quid eſt, quod tam facilè auſcultamus Gal., argumentantem à ſeminibus plantarum ad animalia ſexu diſtincta? Longè diuerſa eſt ratio (inquit Accorambonus) quia in plantis permixtum eſt ſemen maris cum fœminæ ſemine, ideò indifferenter oritur planta ex

A toto ſemine. Hoc verum eſt cum quadā diſtinctione, vt memini nos docere incomparabilem Scherbium, & docet penè idem jam dictus Accorambonus *in* 1. *Gen.* 18. 20. & 23. In omnibus quidē (veluti Ariſtoteles docet 3. *Gen.* 2.) ex ſemine primùm conſtituitur planta, hoc eſt, βλαστὸς καὶ ῥίζα, *germen & radix*, quæ poſteà ex terrâ alimentum capiunt: diffe-
B runt tamen in hoc. In quibuſdam, vt cucumeribus, melonibus, &c. ex ſubſtantia fiunt primùm vna cum radice duo vt plurimum foliola, quæ vocamus nos die Hertzblätlein/ ex quibus deinde exſurgit tota planta, & quibus abſciſſis nihil fit. Hæc tamē foliola, vbi planta mediocriter adoleuit, decidunt, & nullam plātæ partem faciunt. Rurſus, quædā ſunt plantæ, vt triticum, hordeum, fabæ, le-
C gumina pleraque, quæ non faciunt eiuſmodi folia, verùm ſemen, ſeu potiùs germen ſeminis, agit ſurſum & deorſum, reliqua pars grani adhæret cauli tantiſper, vſque dum aliquo modo conualuerit planta. Tum verò putreſcit & euaneſcit, vt Accorambonus loquitur. Atque hinc concludit idem, plantā omnē ex terra eſſe, tribuente ſemine formam tantum. Annon ſatis cautus eſt vir ma-
D gnus? Si enim ſemen, poſtquam terra τὴν ἀρχὴν τῆς κινήσεως, *principium motus* 1. *Sem.* 5. ab ipſo accepit, diſperit: q; fit, ꝙ abſciſſo, vel ſemine, vel foliolis initialibus nihil fit? An explicari poteſt res per analogiam? Quemadmodum ſemen maris in ſexu diſtinctis conſtituit balſamum partium, abſq; quo ſi eſſet, non durarent: ita poſt σύστασιν plantæ, ſubſtātia reliqua, vel ſeminis ipſius, vel leuiter mutatæ in
E foliola illa, ſenſim & ſenſim ſe inſinuat in plantam, & calidum natiuum facit? An hoc dicit ipſe Accorambonus iis verbis, Semen aſſiſtere, & conglutinatum eſſe cum plantæ germine, & illud fouere, vt ſemen maris fouet fœtum in vtero fœminæ? An hoc quoq; Rumbaū *Exerc.* 50? Hoc ni ita ſit, quomodo ratio reddi poterit æternæ illius propagationis, quæ fit per ſtirpem? Præter-
F quam enim quod qualitas ſine ſubiecto non eſt, vt ſuprà dixi de inſectis: quomodo veriſimile eſt, taleam ab hac pyro deciſam, & alteri inditam, facere, vt ſui generis pyra ferat; Niſi enim ſubſtantiæ aliquid ſuperſit à matrice

ſua,

ſuâ, non poteſt mutari ſubſtantia alterius arboris, cui, inquam, talea inſeritur. Et cum rectè dixerit Ariſtot., vtrumque principium in plantis eſſe coniunctum. Hoc ita fieri, probo duplici φαινομένῳ. Cereuiſiarii, qui conficiunt nobis maltam, quam Græci recentiores βύνην appellant, in ſeminibus ſuis madefactis & leuiter ſiccatis oſtendunt gemina illa Ariſtot. βλαςὸν κ ῥίζαν, *germen & radicem.* Quo hęc ſcribo anno 1619. ob continuas pluuias in ipſis agris, quin in ipſis ariſtis, in culmo ſtantibus, videre erat vtraque, quæ dixi. At neutra terram contigerant! An ex aquâ dici poſſunt habere? Vix puto. Eſt enim τὸ πρῶτον γαλακτῶδες, *primum lacteum*, quod in ſeminibus plantarum eſſe primum alimentum, non extrinſecus attractum, ſed cum ſeminibus natum, ſcribit Ariſtot. 2. *Gen.* 3. Et hæc quidem pro confirmatione eorum, quæ dicta ſunt à Mundino, (.vide illum *lib. quoq. 1. c. 16. extr.*) dicta mihi ſunto. Porrò, quæ contra Coſtæum 5. *Phyſiol. f.* 383. dicit, eſſe ad guſtum quoque meum, ex ſuperioribus patet. Miror autem (.vt hoc addam.) vehementer Coſtæum, qui Teleſii 6. *Rer. nat.* 36. autoritatem ſecutus Naturæ conſiliarium ſe voluit conſtituere, & docere, Quid in quoque animalium genere facere debeat? Quantò ſapientius Gal. 15. *Vs. part. 1.* ταῦτα ὁ δημιουργὸς ἡμῶν ἐβουλήθη γενέσθαι, *hæc conditor noſter ita fieri voluit.*

Cap. XV.

CAp. 6. Mundinus deſerto Gal. abſq; cortice natare incipit. Quaſi enim pertæſus tenuiſſimarũ argumentatiuncularum proprias texit rationes, quibus conatur euincere, Corpulentiam ſeminis maſculi dare partibus quibuſdã materiam. *Prima* eſt ex Laurentio 2. *Anat. q.* 17. Semen fœmineum, de omnium confeſſione, præbet materiam partibus quibuſdam, Ergò multo magis maſculum, vel ideo, quia craſſius & tenacius eſt fœmineo. Hei mihi, quid eſt κατὰ βαυκαλισμὸς, *nænias nutricum* quaſi furcillis intrudere, ſi hoc non eſt? Adeóne pro nihili tibi ſunt, Mundine, Peripatetici, hæc vti auſis illis occentare? Qui enim ſunt illi *Omnes*, qui determinant, fœminam in generatione fœtus materiam tribuere? Correi tui. Qui ſi iuxta tecum pro tribunali ſedebunt, mirum non eſt, ſi ſententia pro vobis feretur. Tota autem actio quia poſteà inſtituẽda eſt, poſſunt interim *Omnes* illi ſecedere. *Secunda* ratio eſt. Si caper ouem inierit, ouis naſcitur pilo caprino. Vnde? niſi, quia cutis ouis ex ſemine caprino eſt? Mihi quidem ex priori melodiâ aures adhuc tinniunt: ſed tamen, quantum intelligo, hoc ſibi vult dari Mundinus, Quidquid eſt in fœtu, hoc fuiſſe anteà in ſemine. Hinc ſequetur, & ſerpentum & ranarum, & neſcio quorum animalium ſemina in vtero humano fuiſſe, poſtquam compertum eſt, ſerpentes & ranas & fœdiora animalia alia à fœminis fuiſſe edita. Verumtamen, vt ne latius digrediamur, Si ouis, editâ ab vtroque parente oue, alatur ſanguine caprino, atque inde lanificium exſiſtat caprinum, quid mihi dices, Mundine? Quid etiam, ſi oſtendam tibi hominem, caprillo lacte nutritum, moribus caprillis? Qui, inquam, non ibat, ſed ſaltabat, plantaſque rodebat, vt capellæ. Quid ſi alium, qui ſuillo lacte nutritus, luto gaudebat, vt ſus? Quid ſi itidem alium, qui ex ſanguinis felini longo vſu mures venabatur? Vide, ſi placet, hâc de re Weinrichium *l. de Monſtris, c.* 15. & ex veris principiis æſtima illud Athenæi 2. *Sem.* 1. Fœtum à matre plus accipere, quam à patre. Accipit enim ſimilitudinẽ ſpeciei, vt Capivaccius docet *de Form. fœt.* 8. quin. Gal. ipſe 2. *Sen.* 2. *Tertia* ratio eſt à morbis hæreditariis. Si enim filius habet morbum patris, quomodo ſemen patris non concurrit ad conſtitutionem partis illius, quæ ſedes eſt morbi, v. g capitis in Epilepſiâ? Reſpondeat primò omnium Ariſt. 1. *Gen.* 18. Non fit hoc ſemper, ergò non eſt cauſa adæquata. Cum autem non fit, & tamen eſt in patre cerebrum Epilepticum, quam cauſam dabis, ô Mundine? Eſtné via quędam à priuatione ad habitum? Nec me tenent illi, qui dicunt, *A*deſſe diſpoſitionem materię, non tamen erumpere morbum, quia plura requirantur ad actum, quam ad potentiam. Morbi enim non ſunt actus, ſed defectus, procul dubio ἐν τῷ συνειλημμένῳ τῇ ὕλῃ, 10. *Metaph.* 9. *in coaſſumto, non materiæ, vt Gaza. ſed cum materia, aut potius in coaſſumto (.ſubintellige, ad formam.) quod eſt materia, per Appoſitionem* Gram-

maticam. Materia autem ſeu ſubiectum vitioſum, quei non poſſit vitium oſtendere? Reſpondeat deinde ipſe Mundinus, Annon hæc ſententia reducat veterem & damnatam penè opinionem, ſemen decidi ab omnibus partibus? Cætera, quæ ſequuntur, non merentur punctum. Propterea heic quoque finem habent κατασφατικὰ Mundini argumenta, adeoque ea, quæ de ſemine maris in alterâ diſputationis parte agit.

Cap. XVI.

EGo, antequam finem faciam, tria conabor probare, quorum I. erit, Ariſtotelem in hoc negotio verſatum fuiſſe, non verè tantùm, ſed & conſtanter. II. Galenum, ne conſtanter quidem. III. Pacium malè ſe geſſiſſe in conculcandâ ſeminis maſculi vi efficiente. Quod attinet primum, Inconſtantiæ crimen obiiciunt Philoſopho illi, qui ex ipſomet probare conãtur, Semen maſculum tribuere fœtui materiam. Indignatur quidem hos valde I. Alexandrinus *Notis in* 1. *Sem. 9:* at quia non expedit omnia dubia, libuit hoc mihi negotium ſumere. *Primus* locus eſt, (ab Alexandrino quoque tactus, & Iouberto, *Com. in* 2. *Fac. nat.* 3. item ab Hippio 9. 31.) 2. *Gen.* 6. Ἐκ μὲν, inquit, τῆς καθαρωτάτης ὕλης σάρκας, καὶ τῶν ἄλλων αἰσθητηρίων σώματα συνίστησιν· ἐκ δὲ τῶν περιττωμάτων ὀστᾶ καὶ νεῦρα, καὶ τρίχας. *Ex puriſsima materiæ parte carnes fiunt, & reliquorum ſenſoriorum corpora: ex excrementis autem oſſa, nerui & pili.* Heic qui videt τὸ ὕλη, an non iure cogitet is de materiâ illâ, quam vbique profitetur Ariſtoteles? Hanc igitur quia diuidit in duas partes, puram, è quâ carnes fiunt & ſenſoria; impuram, ex quâ oſſa, nerui, pili, & huiuſmodi alia: quis cogat illum loqui de ſemine maſculo? maximè, quia doctrinæ Galen. non fauet, cum ſanguineas etiam dictas partes inde facit? An glaucoma illis obiecerunt verba, quæ ſequuntur, ſeorſim conſiderata? ἡ τῶν ὀστῶν φύσις, ἐν τῇ πρώτῃ συστάσει τῶν μορίων, ἐκ τῆς σπερματικῆς περιττώσεως γίνεται, *oſsium natura, in prima partium conſtitutione fit ex ſeminali excremento.* At verò debebant iſti legere totũ contextum, & videre, Quid ſit σπερματικὴ περίττωσις? Non (inquam) corporatura, ſeu pars terreſtrior ſeminis maſculi: ſed

A ſanguinis materni. Abutitur igitur τῷ σπέρμα, monente quoq; Accorambono. *Secundus* eſt 3. *Gen.* 1. τὸ μὲν οὖν ἐστιν ἐγγυτέρω αὐτοῦ τῆς μορφῆς τῶν μορίων γινομένων, τὸ θερμόν· τὸ δὲ γεωδέστερον παρέχεται σύστασιν, καὶ πορρωτέρον. Heic (concedam enim nunc, locum eſſe integrum.) loqui Philoſophum de ovis, in propatulo eſt. Vult igitur hoc dicere. In ovo duæ conſiderantur partes, quarum altera eſt vicinior formæ par-
B tium, altera remotior. Illa eſt calida, adeoque calidum illud, ἐν ᾧ ἡ ψυχικὴ ἀρχὴ, *in quo principium animæ ſenſitiuæ*, vno verbo, ſemen galli, quod ad formam partium, non ad materiam pertinere, in fine lib. 1. dictum eſt. Hæc eſt frigida & terrea, è quâ partes avis fiunt. *Hac* (pergit) *in iis, in quibus ova ſunt bicolora, duplex iterum eſt, alba & lutea. Ex alba, in qua innatat ſemen galli, fit prima* σύστασις, *ex lutea* αὔξη-
C σις, *hoc eſt, nutritio pulli.* Hoc autem quid ad nos in hoc negotio? Quia, inquit adoleſcens, albo ovi reſpondet ſemen maris, quod πρῶτον γαλακτῶδες vocat 2. *Gen.* 4. Nimis hoc audacter, & pro ætate! Non enim album ovi reſpondet ſemini maris: ſed in albo eſt ſemen maris. Hoc norunt omnes ruſticæ, alioquin non tam diligenter probaturæ ova. πρῶτον vero illud γαλακτῶδες longe alium ha-
D bet ſenſum, vt partim dictum eſt, partim dicetur. Nec iuvat quidquam, quod Philoſophus *iis verbis, quæ præcedunt*, ſanguinis meminit. Eatenus enim id fit, quatenus, & album, & luteum ovi ex ſanguine eſt. *Tertius* eſt 1. *Hiſt.* 13. & 3. *Hiſt.* 1. vbi cauſam reddit Philoſophus, Cur cutis quibuſdam locis non ſolideſcat? Quia, inquit, cutis καθ' αὐτὸ eſt, *per ſe*, hoc eſt, vt Gaza explicat, ſine carne. Cutis autem
E natura eſt terrea, 5. *Gen.* 3. Heic quid velit ſibi homo vix video, niſi cum refero ad antecedentes locos, in quibus partẽ ſanguinis terreſtrem explicuit ille de ſemine maſculo: violenter profectò, & præter autoris mentem! Inclinat autem hæc ratio ad Galen. illam 1. *Sem.* 11. & 13. quam Mundinus tanti nõ fecit, vt afferret, cum multo leuiores afferret, Cur partes ſpermaticæ dictæ non renaſcan-
F tur? Quia non adeſt ſemen. Imo adeſt ſemen per vos etiam, ô amici, quo aluntur. Ad alitionẽ igit᷉ ſi ſuppetit materia, quidni quoq; ad reſtitutionẽ? Alioquin Gal. rectè obiicit Argenteri⁹ 2. *Cõ. in Artẽ*

8. in-

8.inconſtantiam, qui 1.*Sem.*13. *Meth.*7. *& alibi* ſcribit, ſe vidiſſe renatas & venas & arterias quaſdam. De controuerſiâ ipsâ ſi placet legere alios, Conciliatorem adi *Diff.* 37. Accorambonum *Not. in* 1.*Gen.*21. Valles. 2. *Contr.* 8. Bonamicum 5. *Alim.* 32. Ioubertum 2. *Paradox.* 7. quæq; contra attulit Iordanus *in Examine*, atque iterum Ioubertus *in Apologia*, Laurentium 1. *Anat. quæſt.* 4. & ſatiaberis, credo. *Quartus* eſt 2. *Gen.* 4. qui paulo difficiliores habet explicatus. Dubitans ibi, quo modo, ſi cor primum oriatur, ſanguis ad eius ortum peruenerit, cum neceſſe ſit, omnem ſanguinem extrinſecus aduenire? reſpondet, ἢ τοῦτο οὐκ ἀληθὲς, ὡς πᾶσα τροφὴ θύραθεν; ἀλλ' εὐθὺς, ὥσπερ ἐν τοῖς τῶν φυτῶν σπέρμασιν, ἔνεστι τὶ τοιοῦτον, τὸ λεγόμενον. (ita Gaza) πρῶτον γαλακτῶδες· οὕτω καὶ ἐν τῇ ὕλῃ τῶν ζώων, τὸ περίττωμα τῆς συστάσεως τροφή ἐστιν. *Annon eſt vſquequaque verum, omne alimentum forinſecus aduenire? ſed, quemadmodum in ſeminibus plantarum tale quid eſt, quod, inquam, vocant primum lacteum: ita in materia animalium, quod ſupereſt συστάσει, eſt alimentum.* Hæc lectio quamuis integra viſa fuerit Accorambono: mihi tamen ſemper viſa fuit hiulca. Ita autem cenſebam legi oportere poſteriora. οὕτω καὶ ἐν τῇ ὕλῃ τῶν ζώων, τὸ κύημα τῆς συστάσεως ἀρχή ἐστι, *ita quoque in materia animalium, id, quod conceptum vocamus, principium eſt conſtitutionis.* Quid enim eſt τροφὴ συστάσεως? quid etiam περίττωμα hoc loci? At ἀρχὴ συστάσεως quid ſit, ſcimus: κύημα quid ſit, nouimus. Nimirum, comparauimus iam non ſemel inter ſe ſemen fœcundum, & ovum fœcundum cum primâ illâ miſturâ, quam κύημα vocari Ariſtot. ſcripſit in animalibus viuiparis. Vt igitur, σπέρμα μὴ μόνον ἔχει δύναμιν τοῦ ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ πάσχειν, vt cum Theophraſto loquar 4. *Cauſ. plant.* 1. *ſemen plantarum non tantum in ſe habet principium actiuum, ſed & paßiuum*: ita κύημα.

Atque vt intelligas, comparationem rectè habere, audi eundem Theophr. 1. *Cauſ. plant.* 7. τὰ σπέρματα πάντων ἔχει τινὰ τροφὴν ἐν αὐτοῖς, καὶ συναποτίκτεται τῇ ἀρχῇ, καθάπερ ἐν τοῖς ᾠοῖς, *Omnium plantarum ſemina habent in ſe alimenti aliquid, quod vna cum principio actiuo exſiſtit, vt in ovis quoque contingit.* Et ne tu putes, cum

A plantarum & oviparorum ſeminibus comparari poſſe ſemen ſolum maſculum, *poſt pauca* ſubdit, διὸ καὶ δύνανται διαμένειν εἰς χρόνους, οὐχ ὥσπερ τὰ τῶν ζώων εὐθὺ φθείρεται χωριζόμενα, πλὴν τὰ τῶν ᾠοτόκων, *quare ſemina plantarum poſſunt aliquandiu ſubſiſtere, etiamſi à planta ſua ſeparentur: animalium ſemina non poſſunt, præterquam oviparorum.* Quia igitur viuiparorum
B ſemina, poſtquam ab animalibus ſuis deceſſerunt, durare non poſſunt ob cauſam allatam, quia alimentum non habent, ad inſtar oviparorum: rectè, opinor, coniectatus ſum, de conceptu illa eſſe accipienda. Hoc confirmo ex Cenſorino, qui ſcribit, quod intra ſex ſeptemue dies eiicitur, *Lacteum* dici, & ἤτριον. Scribendum autem ἠτρίον eſſe, ex Suida patet. *Apud* quem ex hoc ipſo
C loco pro ἄτρωτον lego ἔκτρωμον. Licet enim Cenſorinus diſtinguat: Suidam tamen confudiſſe, mirum non eſt. Vide H. Stephanum. Quamobrem hic iam erit ſenſus, *Accorambono in h. l.* non ingratus. Vt in plantis & ovis eſt materia, pro formando corde, eiusve analogo: ita in conceptu. Hanc explicationem ſtabilio *ex* 1. *Gen.* 23. vbi Ariſtotel. Empedoclem citat, vt Theophraſtus
D quoque. Cum enim dixiſſet, In plantis non eſſe diſtinctum marem à fœminâ, ideo generare ipſa ex ſe, & vocari iure, non σπέρμα, ſed κύημα, vt in ovis quoque: ſubiungit, τρόπον τινὰ ταῦτα συμβαίνει καὶ ἐν τοῖς κεχωρισμένον ἔχουσι ζώοις τὸ θῆλυ καὶ τὸ ἄρρεν. ὅταν γὰρ ἓν γένηται, καὶ γεννᾷ, ἀχώριστον γίνεται, ὥσπερ ἐν τοῖς φυτοῖς, *hæc quodammodo contingunt in ſexu etiam diſtinctis. Poſtquam enim vnum factum eſt, & genera-*
E *tio incipit, non amplius alterum ab altero ſeparari poteſt, vt in plantis quoque.* Huc quoque tendunt illa 1. *Gen.* 22. τὴν μὲν ὕλην, ἐξ ἧς συνίσταται τὸ κύημα, ἀθρόον ὑπάρχειν τὸ πρῶτον· τὴν δὲ ἐπιγίνεσθαι ἀεὶ, εἴπερ δύναται τὸ κυόμενον.

Vide de hâc lectione Bonam. 2. *Motu* 29. vbi Gazam reprehendit. Et clarius 2. *Gen.* 6. diſtinguens omne alimentum in θρεπτικὸν καὶ αὐξητικὸν, *nutritiuum & au-*
F *ctiuum*, illud quidem vocat, è quo fit animal, hoc autem quod facto animali magnitudinem præbet. Et hoc tantum non illud etiam, vocat τροφὴν ἐπίκτητον, *alimentum aduentitium*, aitque θύραθεν, *forin-*

ſecus aduenire. Ergò ſi Ariſt. loquitur de conceptu, in quo iam ſanguis eſt; iſque adeò ſanguis non dicitur illi forinſecus acceſſiſſe: dici non poteſt, Ariſtot. velle partes quaſdam fieri ex ſemine maſculo. In his quo minus planè acquieſcam, licet videatur mecum eſſe Cæſalp. 5. *Perip. quæſt.* 2. *extremo*, facit Ariſt., qui 3. *Gen.* 2. τὸ γάλα, *lac* in ovis explicat, non de albumine, vt Alcmæonem feciſſe ait: ſed de luteo. Ex hoc enim, inquit, alitur factus iam fœtus. Quo ipſo tangit controuerſiam , Ex albóne an luteo fiat pullus? Hipp. l. de Nat. pu. 41. ex luteo facit: cui contradicit Ariſt. 3. *Hiſtor.* 3. 3. *Gen.* 1. & 2. ipſaque adeo experientia , quæ docet, Pu lum fieri ex albo, huic vero ſubminiſtrari deinde cibum à luteo, quod proportione reſpondet lacti viuiparorum. Vide Talentonium 1. *Recond.* 21. Aldrouandũ *in Hiſt. gallinæ.* Hinc obiter intelligitur, tempus id, quo avis excluditur, reſpondere ætati in viuiparis illi, quę abdicato lacte cibos ſolidos vult. Vnde pariter ratio conſtat, cur ovipara præ viuiparis tam ſint breuis vitæ? Cito enim decurrunt ſpaciũ ſuum. Ego propter Hipp. duo addo. 1. Videri in de Nat. pu. incuriâ ſcribarum factum, quod ρ ὠχρὸν legatur λευκὸν, & contra. 2. Eiuſdem verba 2. de diæta 12. ovum eſſe lac pulli, debere explicari ex his Ariſtotelicis. *Quintus* tandem locus eſt 3. *Gen.* 7. Μᾶλλον, inquit, βε-λτίω ἡ Φύσις δαπανᾶν τὸν ϑορὸν πρὸς τὸ συναύξειν τι ᾠά, ὅταν ἀποτίκῃ ἡ ϑήλεια ἢ πρὸς τὴν ἐξ ἀρχῆς σύστασιν. Vbi cum expreſſe dicatur, ſemen maſculum abſumi in primam σύστασιν, cur no concedamus, eſſe materiam? Reſp. loquitur de συστάσει non animalis, ſed ovi, ex qu animal denique fit. Nam in veſtigio addit, Et ante & modo diximus, ova avium intus perfici, piſcium extra. His, niſi fallor, exculpaui Ariſt., & probaui, Conſtanter quoque verſatum illum fuiſſe in aſſerenda cauſa efficiente ſeminis maſculi: videamus porro, An Gal. quoque tribui poſſit hæc laus?

Cap. XVII.

QVi tanto cum feruore *in libb. de Semine* contra Ariſt. egerat: eius hęc ſunt verba 1. *San. tu.* 2. αἷμα καὶ σπέρμα τῆς γενέσεως ἡμῶν εἰσιν ἀρχαὶ· τὸ μὲν (αἷμα) οἷον ὕλη τις εὔρυθ-μός τε καὶ εὐπειθὴς εἰς ἅπαν τῷ δημιουργῷ· τὸ σπέρ-
A μα δὲ τοῦ δημιουργοῦ λόγον ἔχει, *Sanguis & ſemen*
ſunt generationis noſtræ principia. Et ſanguis
quidem, tanquam materia eſt apta & concin-
na, artificiq; per omnia obædiens: ſemen autem
rationem artificis habet. Hæc quomodo
differant ab Ariſtotelicis illis, ſcire ve-
lim. τῆς γενέσεως ἀρχὰς ἄν τις οὐχ ἥκιστα ϑείη τὸ
ἄρρεν καὶ τὸ ϑῆλυ, τὸ μὲν ἄρρεν ὡς τῆς γενέσεως καὶ
τῆς κινήσεως ἔχον τὴν ἀρχὴν· τὸ δὲ ϑῆλυ, ὡς ὕλης,
1. *Gen.* 2. τὸ μὲν ἄρρεν παρέχεται, τό τε εἶδος,
B καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς κινήσεως· τὸ δὲ ϑῆλυ τὸ σῶμα
καὶ τὴν ὕλην, *Ib. c.* 20. τὸ ϑῆλυ, ᾗ ϑῆλυ, παϑητικὸν·
τὸ ἄρρεν, ᾗ ἄρρεν, ποιητικὸν, καὶ ὅϑεν ἡ ἀρχὴ τῆς κι-
νήσεως, *Ib. c.* 21. ἀεὶ παρέχει τὸ μὲν ϑῆλυ τὴν ὕλην·
τὸ δὲ ἄρρεν τὸ δημιουργοῦν, 2 *Gen.* 4. τὸ μὲν ϑῆλυ
παρέχει σῶμα καὶ ὄγκον· τὸ δ᾽ ἄρρεν, οὐκ ἀναγ-
καῖον, *Ib.* Et quis omnes locos afferat? At
ne vnus ille locus tot aliis impar ſit, veni
mecum *ad* 2. *Fac. natural.* 3. Diſputans ibi
contra Eraſiſtratum, naturam præfert
C arti, quod hæc ſuperficiem tantum exti-
mam ornet , illa peruadat totam rem;
Jtem, quod ars nihil producat novi, na-
tura omnino producat: poſt alia ſic ait.
Phidias ex cera efficere ebur, aurumve
non potuit, ſed nec ex auro ceram. Ho-
rum enim vnumquodq; manens, quod
erat à principio, foris tantum ſpeciem fi-
guramque artis adeptum , perfecta fit
ſtatua; Natura nullius materiæ veterem
D formam ſeruat. Quippe ita ſanguis eſ-
ſent cunctæ animalis particulæ, is ſcili-
cet, qui à matre confluit ad maris ſemen.
Vna, & vnius formæ materia, ceræ vice
artifici ſubiecta eſt: nulla vero animantis
partium, pro ea ratione ex hac (mate-
ria.) rubra, humidave efficitur. Siqui-
dem os, cartilago, arteria, vena, nervus,
adeps, glandula, membrana, medulla,
exſanguia quidem ſunt, ex ſanguine ta-
E men facta. Semen eſt attifex (.addit poſt
pauca.) Phidiæ ad proportionem re-
ſpondens: ſanguis vero ceræ rationem
habet. Hæc ibi: in quibus tam clare eſt
Peripateticus , vt mireris, qui tantum
potuerit mutari in libris de Semine! Si
coniecturæ locus eſt, ſcripſit illos iuue-
nis quare ſubito affirmat: at cum pro-
ceſſiſſet ætate & iudicio, cœpit dubita-
re. Huius rei fidem acceperit aliquis *ex*
F 1. *Nat. hum.* 27. vbi vtitur vocabulo ἴσως,
fortaſſis, Peripateticis familiariſſimo. Ex
ſanguine, inquit, fortaſſis formari fœ-
tum, verum eſt. Non eſt autem obſcurũ
(.addit.) cur τὸ *Fortaſſis* adiecerimus.
Mon-

Monſtratum enim eſt in Com. de ſem. τὰ πλεῖστα μόρια τοῦ σώματος, *pleraſque corporis partes* ex ſemine generari, cum ſolæ carneæ ex ſanguine formētur. Verum, quia exiguum eſt id ſemen, quod in vterum proiicitur; alitur autem ipſum ex ſanguine & augetur: propterea, parum abeſt, quin ex ſanguine formari particulæ videātur. Quatenus autem ſemen ex ſanguine generationem accepit, eatenus ſi quis dicat fœtum ex ſanguine generari, verum videatur dicere. Heic quis nō videt, illum labaſcere! Duo autem proponit remedia iis, qui Ariſt. laudem victoriæ inuident. Dicite, inquit, quatenus ſemen eſt ex ſanguine, eatenus partes omnes ſunt ex ſanguine. Λίαν ἁπλῶς, dicam ego *ex* 3. G*en*. 6. & quo ſine rubore vix auſit quis vti! Dicite, inquit, quatenus ſemen, in vterum proiectum, exiguum eſt, & accipit alimentum ex ſanguine, eatenus partes omnes ſunt ex ſanguine. Λίαν ἀσκέπτως, dicam ego *ex eodem loco*! An non enim, ô Gal. aliàs libenter auges copiam ſeminis maſculi ſemine fœmineo? Annō ſanguinē à partibus ſpermaticis longiſſimè ablegas, vt qui ineptus ſit illis conſtituendis? Sed, annon hoc ipſo facis partes ſpermaticas ex ſanguine? Nec mirum: nam ante lineas non adeo multas (*t*.18.) partes omnes ex ſanguine menſtruo cōſtitiſſe, affirmaſti? Affirmas quin etiam 2. *Element*. 2. 8. *Sent*. Hipp. 4. *de Form. fœt*. 2. 3. *Vs. part*. 10. *& forte alibi*. Vos autem, ὦ φιλογάληνοι quid? Loquiturne his omnibus locis in exemplo tantum, in quo non requiritur veritas? εἰ γὰρ καλῶς, ἢ μὴ καλῶς, ἕτερος λόγος, *Nam ſiue verum ſit, ſiue non, id heic non exquiritur*, dici ſolet de talibus ex 4. Gen. 1. Loquiturne his omnibus πρὸς ἄνθρωπον, *contra Eraſiſtratum*, quâ in re pariter non deſideratur ἀκρίβεια? Si enim cadat aduerſarius, non refert, fiatne propriis, an alienis rationibus. Loquiturne in his obiter tantum, & aliud agens? fortaſſis, vt in inſomnio, ceu olim integrum ſtadium confecit, 2. *Mot. muſc*. 4? An Linacer Interpres, & cum eo alii, de ſemine maris nobis dicunt, cum Gal. ipſe indiſtincte de vtroque loquatur! An materia, quam dat ſemen maſculum, tam eſt exigua, vt mentionem non mereatur? An ſatis eſt, ſi ſanguis ſit mediata materia partium ſpermaticarum, ſemen mediatum? Hæc

A omnia fugæ ſunt, tantis autoribus indignæ! An igitur reliqui loci ex vno illo *in de Nat. hum*. explicari debent? Accipio conditionem, & orationem pertexo. Gal. iunior *in lib. de Sem*. temere pronunciat: idem poſtea *in Com. de Nat. hum*. dubitat: idem tandē *in de Fac. natur. & San. tu*. (.potiſſimum, quia ibi extra campum gloriæ erat.) prorſus ad aduerſarium accedit. Nam quod aliis omnibus veritatis
B hoſtibus accidere ait ipſus 6. *Vs. part*. 12. vt vel inuiti cogantur illi teſtimonium dare: id ipſimet accidiſſe ſæpicule, demonſtraui *in Com. in d. libros*. Omnino, quidquid verum eſt, oportet ſibi omni ex parte conſentire, inquit Ariſtotel. 1. *Prior*. 33. Nec maior falſitatis nota eſt in ſcientiis, quam ἀσυμφωνία, *non conſtare ſibi*, inquit Dionyſius, *in principio* περὶ λόγ. ἐξωτ. Nempe, accidit his, quod iis, qui
C calculum inire volunt, cum ſint Arithmetices imperiti. Nunquam enim eadem dicunt de iiſdem. Cicer. *in* 5. *Tuſc*. Theophraſtum defendit, quod conſtanter, (quamuis non bene) philoſophetur de quibuſdam. Epicurum contra reprehendit, qui multa præclare ſæpe dicat, at quam conſtanter, conuenienterque, non laboret. Eodem modo de Athenæo Galenus 2. *Sem* 2. verè quidem illum de
D ſimilitudine natorum dixiſſe: ſed parum conſtanter. Eodem pariter modo de Gal. liceat mihi dicere, Non eſſe id magni momenti, ſi quædam doceat falſa, modo in iis ſibi conſentiat. At vero ſi ſibi contradicat, id vero tolerari non poſſe. Sed ſatis de his quidem: tranſeo ad tertium.

Cap. XVIII.

E TEleſianum dogma (.quod ſimul conculcat Vim plaſticam.) cur rationibus ſibi muniendum duxerit Pacius, nō facilè dixero. Nā quod ille mihi de ſtudio veritatis loquitur, non videor mihi credere poſſe. An pelagus litium maleferiatarum, è ſolo Ariſt. neglectu ortarū? Ex hoc enim cum emergere non poſſet vir ſummus, aliis quippe deditus ſtudiis, arrepta hac tabula quoquo modo ad portum contendit, nō attigit. Hoc quia
F oſtenſu facilius, quam vtilius eſt, relictis omnibus, quę pręfatur, ad rationes, quibus ſemini maſculo vim actiuam ſurripere conatur, veniam. Non ignoro, illū iiſdem rationibus adimere etiam fœmi-

neo ſeminiactiuitatē: quâ in re quia me ſibi habet ὁμόψηφον, age diſpiciamus hoc tantum, quod ad ſemen maſculum pertinet. Quid igitur molitur contra illud? Si quidquā video, hoc duntaxat, vt probet, neutrum ſemen poſſe habere ſimul vim agentis & patientis: quid hoc verò rei eſt? Anne, quia ſemen maſculum (.de hoc enim ſolo ago.) non habet rationem materiæ, propterea non habet etiam rationem efficientis? Quare, ſi ita argumētari volet, Idem, ſecundum idem, non habet rationem agentis & patientis, Semen maſculum habet rationem materiæ, Ergo rationem efficientis non habet: aliter ego ſubſumam, & tantundem efficiam, Semen maſculum habet rationē efficientis, Ergò materiæ rationem non habet. Minor enim mea pro ſe habet rationes Ariſt., ipſamq; (.niſi erro.) veritatem: at minor tua ſolam & nudam Gal. autoritatem. An aliorſum it Pacius noſter? Quia enim miratur Ariſtotelem, qui principia hæc in ſexu diſtinctis diſtinxerit, cum in plantis non diſtinxerit: hoc videtur velle, Si in plantis idem, ſecundum idem, habet rationem vtriuſq;, cur in ſexu diſtinctis non habet? Cui reſpondeo, etiam in plantis diſtincta eſſe. Vt enim in fabis abraſo hilo nihil gignitur: ita in ſeminibus Cerealibus admorſa per formicas acu illa, quâ adhærebat conceptaculo ſuo, nihil fit. Propterea huc tandem redit res. In plantis ab eodem indiuiduo poterat eſſe vtrumque, quia non habent tantum organorum apparatum: in ſexu diſtinctis non poterat eſſe, quia tantus eſt apparatus. Hæc ratio diſtincti ſexus ſi non admittatur, quam aliam dabimus? Sed negat hoc quoque, in plantis quidquam eſſe, quod habeat rationem efficientis. Si enim eſſet (. vult dicere.) quid prohiberet, quo minus ex ſe, ſine calore ſolis, terræve, in germen erumperent? In plantis igitur (.concludit.) quia materia ſola eſt, eſt etiam in ſexu diſtinctis animalibus, adeoq; ſemen maſculum habet tantū rationem materiæ. Heic ego vehementer miror ſummi viri ἀκρισίαν in duobus. Alterum eſt, quod συναπτὸν, *vnitum*, & συμφυὲς *vnum* habuerit pro eodem. Vnum ſcimus dici, quod τόδε τι ſolet vocari, quale eſt & ſemen maſculum, & ſemen fœmineum. At cum vel duo hæc, vel plura coniun-

A guntur, quis auſit appellare vnum, niſi cum vulgo loqui velit? *Vide ſuprà c.* 3. Alterum eſt, quod non diſtinxerit agens remotum à propinquo: ſine quo non, à principali. In plantis Sol eſt agens remotum, quod facit omnia germinare: at quod eſt agens propinquum, quod ex grano tritici facit triticum, non hordeū? In oviparis calor, vel auis incubantis, vel fornacis Ægyptiæ eſt agens remotum,
B quod ex omni ovo fęcundo facit animal: at quod eſt propinquum illud, quod ex ovo gallinæ facit gallinulam, licet anas aut anſer incubet? ex ovo anatis aut anſeris anaticulum aut anſerculum, licet gallina incubet? Præterea, ſi in plantis maxime ita eſſet, an in ſexu diſtinctis animalibus ita quoq; eſſe neceſſe eſt? Hoc ne Mundinus quidem admittit, ceu vidimus. An ita ſe excuſabit, Semen tritici
C eſt materia tantum tritici, ideo triticum tantum inde fit: ovum gallinæ eſt materia tantum gallinæ, ideo gallina tantum inde fit? Reſpondeo hoc ab omni philoſophiâ alienum eſſe, quæ docet, Materiam eſſe ἀόριστόν τι, *indefinitum quid & indeterminatum*, quod non niſi à formâ definiri & determinari poteſt. Et neſcio, an ipſe Pacius negaturus ſit, in ſemine tritici eſſe priuationem formæ tritici, in
D ovo gallinæ priuationem formæ gallinę, abſque quâ ſi foret, triticum aut gallina nunquam inde fieret. Priuatio autem hæc poteſtne dici idem eſſe cum materia? Cæterum, quàm firma eſt ratio, ſeu principium Phyſicum, Agens & patiens neceſſario ſunt diſtincta: tam leuis eſt reſponſio ad inſtantiam Galeniſtarum, Semen eſſe diſſimilare, & diſtingui in partem agentem & patientem. Quid e-
E nim? Si nihil eſt in grano tritici, quod facit, quæ ratio eſt, cur triticum fiat, non hordeum? Interim, ipſa inſtantia nihil habet roboris, ceu vidimus. Quomodo enim obtinebunt, ſemen eſſe diſſimilare? vbi enim & quę ſunt partes eius ſimilares? vt harum quidem ratione dici poſſit agere, illarum pati? Omninò, eſt ſimilare ad ſenſum quoque, 2. *Part.* 2. His ſi volent quidam etiamnum oblatrare,
F obiiciam illis *ex* 1. *Topic.* 6. hunc bolum. ταὐτὸν, *vnum & idem* tripliciter dicitur, Numero, ſpecie, genere. De partibus ſeminis quia loquimur, neminem fore arbitror, qui dicat, numero eſſe idem. Ergo vel

go vel ſpecie vel genere. Quemadmodum igitur (.quo exemplo Ariſt. ibi vtitur.) duæ aquæ hydriæ, ex eodem fonte hauſtę, ſunt idem ſpecie: ita quoque duę veſtræ ſeminis partes. At verò, quia hæ partes ſimilares ſunt, quarum & nomen & definitio eadem eſt, vt aqua, accepta de hâc aquâ, non agit in illam, à quâ accepta eſt: ita neque ſeminis pars hæc agit in ſeminis partem illam. Hoc ipſo cadet etiam pulcella inſtātia de anima & corpore; Partes enim ſeminis non ita differunt inter ſe, vt anima differt à corpore. Sed neque quidquam huc facit illa actio, ſi modo vlla eſt, vt in ſuperioribus fuit comprehenſum. Licet igitur concedam (.quod tamen non facio.) partes ſeminis reverà eſſe diſtinctas: agere tamen in ſe invicem non poſſunt. Licet etiam concedam, quod facio libenter, in plantis coniunctum eſſe vtrumque principium: non concedam tamen, vtrumque habere rationem materiæ, propter cauſam dictam. Multò igitur minus in ſexu diſtinctis concedam, quod volebat Pacius.

CAP. XIX.

SEd pergit is colligere abſurda, quę ſequuntur ſententiam de duplici ſeminis (.vt ita dicam.) potentiâ, alterâ effectiuâ, alterâ materiali. Non poteſt dici (.inquit.) eſſe efficiens, quatenus animatum; materia, quatenus corpus habet: forma enim non agit in propriam materiam, ſed in aliam, vt ſibi ſimilem formam inducat. Prætereà (.addit.) anima ſeminis hoc modo foret agens abſtractum, ſeu (vt nos ſuprà locuti ſumus) forma ἄϋλος. Rectiſſimè! at quid hoc ad rem, quam agimus? Vt enim nuper dixi, Si ſemen maſculum materia non eſt, an ob id etiam efficiens non eſt? Tamen, videtur mihi in hoc delinquere, quod non diſtinguit potentiam propinquam à remotâ, actum primum à ſecundo, quâ de re ſuprà. Mox illud etiam obiicit, Si vtrumq; ſemen habet vtrumque, cur nec mas generat ſolus, nec fœmina? Et hâc in re habet me ſibi conſentientiſſimum: ſed quid hoc iterum ad rem noſtram? Verum enimverò quia videbat, valdè ſibi obſtare, quod ex Ariſt. 7. *Metaph.* & aliis locis dicitur, Semen eſſe potentiâ a-

A nimatum: ſatagit, vt illud avertat. Dicere (.inquit.) aliquid eſſe in potentiâ, ſeu, habere formam in potentiâ, eſt notare materiam, nō agens. Reſponſio patet ex ſuperioribus. De potentiâ materiali hoc verum eſt: non de formali. Quamobrem ſemen equi habet formam equi actu primo, qui coincidit cum potentiâ propinquâ. Actus ille primus, quia præſens eſt, agit & properat ad actum ſecundum, e- B quum. Quam etiam ob cauſam ſimile Ariſt. à machinis quibuſdam deſumtū, valet omninò. Quemadmodum enim artifex reliquit aliquid in machinâ, quo tracto trahūtur reliqua, vt artificis præſentia non ſit opus: ita equus reliquit aliquid, ſemen, quod materiā equinā ducit ad formam equi. Quæ vbi inducta eſt, non agit amplius, quia iam adeſt actus ſecundus, qui potitus eſt materiâ ſuâ. C Quid pluribus? Adeò hæc Pacii argumenta nō adimunt ſemini maſculo vim effectiuam, vt non videam, quomodo ab ambitionis crimine illum liberem!

CAP. XX.

INterim, demonſtraſſe ſe ait, more oratorum, credo! At quia videbat, ſublato hoc agente dandū ſibi eſſe aliud, ſinuo- D ſum & flexuoſum orditur ſermonem, quo probare nititur, In plantis quidem & imperfectis animalibus agens eſſe calorem ſolis, in perfectis autem calorem, vel animalis incubantis, vel vteri fouentis. Qua in re quia animaduertebat obſtare ſibi vel inprimis cauſam diſtincti in perfectis ſexus, leuiter illam immutat, dum ait, Proptereà naturam è duobus animalibus voluiſſe petere materiam il- E lam, vt cum ex vnico (.verba ipſius ſunt.) materiam vſque adeo aptam habere nō poſſet, duplici principio adinuento talē compingeret atque conflaret, quæ tam nobili formæ capeſſendæ eſſet idonea. Hei mihi, quid vetera caſtigatiſsima averſamur, noua ineptiſsima ſtudioſe ſectamur! Si diſtincti illi ſexus ſeruire debebant vni materiæ, cur tam diſtinctas habuerunt facultates? à diſtinctis temperamentis pendentes? per diſtincta inſtrumenta ſeſe nobis exhibentes? Hæc res adeo ab omni ſeculo verberauit doctorum aures, vt ante Teleſium nemo fuerit, qui negauerit!

Sedſecuerit ille primus glaciẽ: quid re- A
ſpondet ad difficultatem, nõ ita diu an-
te motam, Cur ex granotritici fit triti-
cum? cur ex ovo gallinæ gallina? Vt ſu-
cum (credo) faceret incautis, longe late-
que exſpaciatus, Calor, inquit, aut galli-
næ cubãtis, aut equæ vtero geſtantis eſt
verum agens, perficiens hanc materiam,
& informans: quia actu calorem obtinet
talem: quia præſens, & tangit, & in ma- B
teriam ſe inſinuat: quia ſimile, aut ſecun-
dùm genus, aut ſecundùm ſpeciem. Se-
cundùm ſpeciem quidem, in perfectis,
qualia ſunt viuipara: ſecundũ genus au-
tẽ, in imperfectis, qualia ſunt ovipara, in
quib. gallina ſæpè excludit anatem, &c.
Quid eſt tegere ignorantiam ſuam, ſi
hoc non eſt? quorſum tot ambages? tot
circuitiones? Sed inſpiciamus leviter.
Annon ſemen quoq; maſculum actu eſt C
calidũ? Certe, niſi ſit, nunquã generabit.
Annon ſemen quoq; maſculum eſt præ-
ſens? Certè in vtero ſi non retineatur, cõ-
ceptio nõ fit: ſanguis menſtruus niſi ad-
ſit, quem trahat, & in quem ſe inſinuet,
coaguli aut fermenti inſtar, conceptio
non fit. Annon ſemen quoq; maſculũ in
vnoquoq; animalium genere eſt ſimile?
Certè, ob hãc cauſam equus in equo ge-
nerat equũ. Heic verò, heic, latet vlcus, D
quod ſedulà indiget deligatione, qualẽ
qui præſtabit, hunc ego Aeſculapiũ pro-
nunciabo. Si enim gallinæ excludantur,
non incubitu, ſed *αὐτομάτως*, *ſponte*, vt in
Ægypto, ſiue id in fimo fiat tantum, 6.
Hiſtor. 2.3. *Gen.* 2. ſiue in fornacibus, quo-
modo hodieq; ibi fit, vt ſcribit Iovius, *lib.*
18. *Hiſt.*, Bellonius 2. *Obſ.* 31. Scaliger, *Ex-
erc.* 23. qui præ aliis diligenter deſcribit,
vt & Helfrichius (.qui vidit.) *in itiner. ſuo*; E
ſi ineatur vel modus ille, quem Demo-
critus habet 14. Γεωπ. 8. vel ille, quem
Porta, 4. *Magiæ*, 26. vel ille etiam, quem
potor Syracuſanus habebat, 6. *Hiſt.* 2. (an
Ψίαθος ibi non eſt *ſtorea*, vt Gaza vult: ſed
vas quoddam, idem fortè cum Democri-
ti *γάστρα*) vel ille tandem, quem Liuia a-
pud Plinium *l.* 10. *c.* 55: vbi tum calor ille,
vel ſpecialis, vel generalis, quem Pacius
nobis offert? Sed & vbi calor ille genera- F
lis eſt, oportet calor quidam actualis ſit,
qui facit, vt ex ovo anatis fiat anas, non
gallina, licet calor gallinæ ſit. Quem ad-
eſſe ſi præfractè negare mihi auſis, eadẽ
operâ negaueris, gallinam eſſe, ſed ana-
tem: ſi præſentem eſſe, materiamq; ſuam
tangere inficiatus fueris, eâdem voce
generationem abſtuleris: ſi ſimilem eſſe,
non genere tantum, ſed & ſpecie fateri
erubueris, non tamen erubeſces, ſolem
hunc dicere lunam, lucem hanc vocare
noctem, adeoque fiet, quod Gal. 11. *Vs.
part.* 7. in prouerbio eſſe ait, *αἶνω τῶν ἱερῶν
ποταμῶν*. Atat, ſi hoc eſſet, (.inquit.) ova
ſine animalis cubatu generarent, non o-
tioſa tamdiu ſeruarentur. Iam dixi, & a-
liis non eſſet opus, niſi Pacius in ipſo ve-
ſtigio ſe proderet, vt ſorex. Si enim coa-
gulum ſine calore ambientis nõ coagu-
lat, adeoque duæ ſunt cauſę coagulatio-
nis, altera remota & vniuerſalis, altera
propinqua & particularis: quidni in fœ-
tu quoque ita ſit? Semini enim reſpon-
det coagulum: calori animalis, calor am-
bientis. Quod ſi perſuadere ſibi non po-
teſt ille: non propterea non eſt ita. Nam
neq; motum perſuaderi ſibi patiebatur
Zeno: motus tamen non ob id non eſt.
Poſthæc orditur Pacius nouam telam,
in quâ texit & retexit bellum illud com-
mentum ſuum de vtero, cuius calorem
aſſerit eſſe proximam generationis cau-
ſam. Quæ omnia tolerari quoquo modo
poterant, niſi definerent in vituperium
Naturę. Quid enim, ô Paci? Eſt ne ſemen
maſculum, iners quoddam & informe
excrementum? Sed contineo me: fortaſ-
ſis enim in gratiam amicæ cuiuſdam hęc
ludere illi placuit.

Cap. XXI.

NE tamen non ſerio luſiſſe videretur,
accingit ſe mox ad ſolutionem con-
trariorum argumentorum. 1. cum dici-
tur, neceſſarium eſſe, vt in iis, in quibus
diſtinctus eſt ſexus, alter habeat rationẽ
agentis, alter patientis: reſpondet, Nec
neceſſarium, nec verum eſſe. Nõ neceſ-
ſarium. Quia vt in plantis ab vno princi-
pio eſt ſemen: ita poteſt eſſe in ſexu di-
ſtinctis. Non verum. Quia calor anima-
lis fouentis eſt verum agens. Dico ego,
ab imperfecto ad perfectum non valet
conſequentia. Sed & quemadmodum in
plantis duplex illud principium diſtin-
gui poteſt: ita in ſexu diſtinctis reuera
diſtinctũ eſt, vt in ovis ſubuentaneis cer-
nimus. Calor aũt animalis, non eſt cauſa
ꝓpinqua ſeu principalis, ſed remota ſeu
adiu-

adiuuans tantùm, aut, ſi ita vis, ſine quâ A
non. 2. cum dicitur, apud omnes hoc in
cõfeſſo eſſe, quod mas agat, fœmina patiatur:
reſpondet, Actionem illam maris
eſſe in fœminam tantum, non in fœtum.
Dico ego, intolerabile hoc eſſe, cum omnes
ita accipiãt hæc vocabula, quatenus
fœtum intuentur, non autem, quatenus
συνουσίαν. Quare nimis etiam ineptũ illud
eſt, marẽ in materiam, vtero contentã,
nihil agere. Semen .n. maris reuera agit, B
vt iam toties dictũ eſt. 3. cũ dicitur, ſimilitudinem
natorum cum filiis hac ratione
laborare: reſpondet per negationẽ. Ex eo
quo n. & equa nõ poteſt fieri niſi equus,
tanquam ex materia, & in vtero equino,
tanquam ab efficiente. Dico ego, ſi maxime
in viuiparis ita eſt, quid fit de ouiparis?
Cur, (inquã) gallina, incubans ouo agnatis,
nõ facit ſibi ſimile animal, gallinã?
4. cũ dicitur, Si omnino vtrumq; ſemẽ ſit C
materia, cur natura præterea addiderit
ſanguinem menſtruũ? reſpondet, in perfectioribus
animalibus non potuiſſe omnẽ
materiã ſimul ſecerni, ſed debuiſſe illã
paulatim ſuggeri, vt inde tam inſignis
moles, tamq; affabre facta exſculperet.
Dico ego iterum, ſi maxime in viuiparis
ita eſt, quid fit de ouiparis? Illa n. omnem
materiam ſimul dant, & quidem vltra ſemen
maſculũ albumen, q́ reſpondet ſe- D
mini fœmineo apud Teleſiũ: luteum oui,
è quo pullus iam factus & perfect⁹, nutritur.
5. cum dicitur, fœmina ſæpe non tribuit
ſemen, vnde igitur ſufficiens & apta
materia? reſpondet per negationẽ, ſemper
tribuere, licet illa nõ ſemper ſentiat.
Hac de re agam lib. ſeq. & negabo pariter,
ſemper tribuere. Quod quantum infirmet
theſin Pacii, quiuis intelligit, 6. cũ
dicitur, Quomodo ſeruari poſſit ratio E
generationis vniuocæ, ſi à mare efficiens
vis non fit? reſpondet, fieri ratione materiæ,
quæ potentiã habeat paſſiuã, cui
gallina, v. g. incubãs imprimat vim actiuã.
Dico ego, heic manifeſto teneri hominẽ.
Vbi n. eſt agens propriũ, ſi gallina
excludat anates, aut anſeres? 7. de generatione
æquiuocâ, quæ fit ex putri, aliquid
interſpergit, quod huc non facit.
Hoc tamen facit, quod ait, Similitudi- F
nem generantis cum re genita ita melius
ſeruari, cum dicitur, matrem generare
ſibi ſimile. Pater enim quomodo dici
poteſt, cum actu non agat, imo ſæpe
mortuus ſit? Ego vero iterum obiicio illa,
quæ de incubatu alius generis auium
dixi, quæ de fornacibus Ægyptiis, &c.
8. cum dicitur, Si fœmina ſit efficiens,
fore, vt ſemper gignantur fœminæ, nunquam
mares: reſpondet, ſexum eſſe accidentarium,
& gigni, vel marem, vel
fœminam pro diſpoſitione materiæ. Dico
ego, cum materia ſe habeat purè paſſiuè;
calor etiam maternus ſit vniformis:
quomodo poſſit hinc peti hæc differentia?
Quod autem ait, eodem ſe iure à
matre poſſe petere, quo Peripatetici à
patre inane eſt. Cauſa enim remota &
ſine qua non, non recipit tantam varietatem,
quantam propinqua & principalis.
Tandem cum quæritur, Si ſemen ſit
materia tantum, vbi ſit Vis plaſtica omnibus
celebrata? In matre, inquit. Ego
rurſus, Vbi eſt, cum vel mater nulla adeſt,
vel alius generis? Et in his quomodo
oſtendet mihi duplicem vteri actionem,
quam tot verbis prædicat? præſertim, ſi
mas incubet, 6. *H. ſt.* 4. & 8. 9. *item* 19. Plin.
l. 10. *c.* 11. & Ælianus *l.* 4. *c.* 41. idem habent.
Hæc ego contra Pacium afferre
volui, non in illius reprehenſionem, ſed
in gratiãm ſtudioſorum, quos in rebus
tam ſeriis non oportet decipi. Sed nec
illi putent, me ob id damnare totum ipſius
opus, quod profecto eruditiſſimũ
eſt & laborioſiſſimum. Sequor enim Horatianum
illud,

-vbi plura nitent in carmine, non ego paucis
Offendar maculis.

Idem dico de doctiſsimo Coſtæo, qui *li.*
5. *Phyſiol. diſq.* perſuadere vult, Non quaſdam
tantum partes fieri ex *ὄγκῳ* ſeminis,
ſed omnes. Reuera enim *λογομαχεῖ*, *ſapientiã
in verbis quæritat.* Omnes enim partes
vocat, quas ſpermaticas Galenus, &
quas ait eſſe inſtar ſtaminis: ſanguineas à
Gal. vocatas, quas pro ſubtegmine habet,
negat vere eſſe partes, cum acceſſoriæ
tantum ſint. Idem dictum eſſe volo
de accuratiſsimo alias Cæſalpino qui *loco
ſæpiſsimè tacto*, vnà cum depeculatore
ſuo, Mareſcalco 1. *de Hom. perfect.* 15. neſcio
quas fuſorum formas nobis obtrudit,
quæ poſt conformationem
iterum euaneſcant,
&c.

Cap. XXII.

Ἐπεισάγματος loco inquirã heic quoque in λαπίσματα (. quidni ita appellem?) Piccollomini, quà *principio Anatom. prælect.* adimere vult ſemini maſculo vim ſuam. Vtar autem eo ordine, quo affert ille, ne cui videar non percepiſſe mentem ipſius. Tu, lector, da mihi heic quoque voluptuoſam tuam patientiam, (agnoſcis Sidonii characterem) quâ in pedore huius Augiæ mecum vſus es hactenus. Ait igitur *lect. prima*, Cauſa noſtri conformatrix, aut eſt particularis, aut vniuerſalis, Non eſt particularis, Eſſet enim aut pater aut mater, Ergò eſt vniuerſalis. Hæc cauſa vniuerſalis cum non ſit vniuſmodi, ex ipſius quidem ſententiâ: antequam illam promat ex adytis, duo agit.

Primò refutat particulares illas duas, atque ita comprobat minorem ſuam: Deinde vniuerſales quaſdam, vt ipſe cenſet. Marem aſpellit his verbis, Cum mas, vbi ſemen emiſit in fœminæ vterũ, & longè abſceſſerit, & os vteri ſit arctiſſime interclusũ: quid cõferre poteſt ad conformationem, & formæ immiſſionem? Auſus profectò hic eſt inſignis, non inferior illo, quo Sophoclem apud Areopagitas delirii accuſabant filii. Si enim Ariſtot. credebat, marem abſentem agere poſſe, à deliro parum aberat. Sed legerat fortaſſis, quæ dicit ille 2. *Gen.* 1. τὸ σπέρμα λέγειν, ἢ ἀφ᾽ οὗ τὸ σπέρμα, οὐδὲν διαφέρει, ᾗ ἔχει τὴν κίνησιν ἐν ἑαυτῷ, ἣν ἐκεῖνο ἐκίνει; *ſiue ſemen dicas, ſiue id, à quo ſemen, nihil refert; quatenus ſcilicet ſemen habet in ſe motum illum, quo id, quod ſemen dat, mouebat*: ideo de ſemine incipit dubitare, rationeſque circumſpicere, quibus adimat illi generationem ſubſtantialem, de quâ ſupra *lib.* 2. *cap.* 2. At quam pude ſe gerit!

Dum enim negat ſemini formam ſubſtantialem; dat autem vim quandam latitantem, quæ materiam informet: quid præter verba nobis porrigit? Vis enim hæc nihil aliud eſt, quam actus ille primus, potentia illa formalis, quam tanto ſtudio expoſuimus. Dum porro, συνόδον, *concurſum illum*, de quo Ariſtotel. 7. *Metaph.* 8. explicat de præparatione ad formam ſubſtantialem: planè indicat; aut non lectum ſibi eſſe Ariſtot., aut ne-

A glectum. Quæ porro de vi imaginatrice inuergit, ad me non pertinent. At qui de illâ paullò meliora intelligere volet, ſi ad manus non eſt Fienus, fuerit fortè vel Syluaticus *Hiſtor.* Gal. 6., vel Bonamicus 4. *Alim.* 37. & 38.

Cap. XXIII.

Et Piccollominus quidem ita confectum ſibi putat, Cauſam conforma-
B tionis noſtrę particularem dari non poſſe: Vniuerſalem igitur venatur *lect.* 2. ſatis prolixâ oratione. Nec ſemen, inquit, eſt cauſa noſtri conformatrix, nec temperamentum ſeminis, nec calor innatus ſeminis, nec forma ſeminis, nec anima naturalis, vegetatiua dicta, nec Natura. Quid ita autem, mi Domine? Lubet enim iſta articulatim inſpicere. 1. Semen, inquit, non poteſt ſeipſum conformare.
C Ita enim vnum & idem, ratione eiuſdẽ, eſſet & motor & mobile. Reſp. Hoc telum me non ferit, ſed Galen., eiuſque aſſeclas, quorum rebus me non immiſceo. Ego enim dico, Semen conformat, non ſeipſum, ſed ſanguinem maternũ. 2. Seminis temperamentum non poteſt præbere conformationem: Qualitates enim nihil vltra id, quod dicuntur, præſtant, caliditas, inquam, calefacit, &c. Argu-
D mentum hoc niti videtur effato illo Galenico 2. *Temp.* 6. de quo ſuprà *initio l.* 2. Ego verò dico cum Ariſt. 2. *Gen.* 3. Temperamentum ſeminis non eſt ſimpliciter elementare, ſed ita temperatum, vt ſit ἀνάλογον τῷ τῶν ἄστρων στοιχείῳ. Quis vero hominũ, Deorumue cõcedat Piccollomino, idem temperamentum, adeoq; eundem gradum temperamenti eſſe in ſtirpibus, (imo in lapidibus quibuſdam) qui
E in homine eſt? 3. Calor innatus ſeminis non poteſt nos fingere. Is enim, quà talis, nihil aliud poteſt, quam bene concoquere alimentum. Heic primum mireris, quâ fiducia τὸ ἔμφυτον θερμὸν tribuat ſemini, quod corporis eſt, à ſemine conſtituti, quatenus illi opponitur τὸ σύμφυτον! Deinde, cur illud tribuat ventriculo tantum, aut certè hepati quoque! Si enim ſeminis eſt, non eſt harum partium.
F Tertio, cur neget, quod nemo vnquam aſſeruit, Calidum natiuum videre, audire, agere illa, quæ organorũ ſunt corporis totius! Quarto, cur propriam refutet ὑπόληψιν, *opinionem*, vt Gal. loquitur

1. *Aph.*

1.*Aph.*14. dum negat, Calidum aliquando dici ſubſtantiam! Profectò, niſi viderem hæc dici à tanto viro, nõ crederem, anum vllam tam delirã eſſe (.ſic ille modo loquebatur.) hæc vti probet. Breuiter, Calidum, quod in ſemine eſt, proportione reſpondens elemento ſtellarũ, eſt cauſa illa conformatrix, quam quærimus. 4. Forma ſeminis non poteſt nos producere: Eſſet enim contraria ſuę materiæ. Reſp. iterum, hoc telum Galeni fecit, non me. Quamobrem ſi ex ſanguine materno, tanquam ex cõtrario, format, quid abſurdi heic eſt? Quę autem de formâ hominis ille infercit, intelligũtur ex iis, quæ ſuprà *l. 2. c. 4. ex Simplicio* ſunt allata. Hæc enim forma, eſt actus ille, de quo ibi. 5. Anima naturalis ſeu vegetatiua nihil quoque heic poteſt: Quia, de ſententiâ Gal. *fine lib. de form. fœtus*, bruta eſt & inſipiens. Reſpondeo, idem Gal., conſentiente ipſomet Piccollomino, *in lib. de Sem. l.* 1. *c.* 10. agnoſcit animam vegetatiuam pro conformatrice. Sed reuera, vt patet ex ſuperioribus, eſt hæc infirmior, quam vt animal dare poſſit, opuſque eſt omnimodis ſenſitiua. 6. Natura tandem dici non poteſt aliquid facere. Aut enim intelligis animam naturalem: & dixi iam ſententiam Gal. Aut intelligis Naturam, quam Ariſtot. definiuit *in Phys.*, quod ſit principiũ motus & quietis, &c. & dico, nimis illa communis eſt, inanimis ſcilicet æque atque animatis. Reſponderem, ſi quemquam putarem exſpectare. Hoc autem dico, quod fortaſſis non omnibus notum eſt, Omnia hæc, quæ diſtinctim ſunt propoſita, eſſe rem vnam & eandem, ſi propius inſpicias, & ad regulam Peripateticam examines. Semini enim cum tribuimus efficaciam omnem, ſubiectum indicamus denominationis: cum ſeminis temperamento, quod formam ipſius conſtituit, & dicitur aliquando calor, aliquando ſpiritus, aliquando natura, aliquando anima, ſubiectum volumus ſignificare inhæſionis. Vt quieſcere quoque Ronſeus poſſit, qui *de prim. hum. vitæ* 1. tria in ſemine prolifico requirit, Spiritum, calorem & animam. Sunt enim hæc tria eadem. Sed ad Piccollom. redeamus.

CAP. XXIV.

EGo valde quàm intelligere cupiam duo. Alterum, quomodo vlla harum cauſarum dici poſſit vniuerſalis? Alterũ, quomodo effectum particularem producere poſſit cauſa vlla vniuerſalis? Quod ad prius, Si mas eſt cauſa particularis, quo tandem modo ſemen maris poteſt dici cauſa vniuerſalis? maxime, ſi (.quod audiuimus.) ſemen mouet eo modo, quo mas ipſe mouebat? Certè, continet in ſe vim illam fœcundam, quæ producit ſimile quid illi, à quo vis illa manauit! Certè, Socrates procreat Calliam, indiuiduum hoc, indiuiduũ illud! Quod ad poſterius, præceptũ eſt Ariſt. 8. *Metaph.* 4. δεῖ τὰ ἐγγύτατα αἴτια λέγειν, *oportet cauſas proximas docere:* proximę autem ſunt πρῶται, *primæ*, 1. *Poſt.* 2. 2. *Phyſ. t.* 27. v. g. ſi quæratur, Quid generat? Homo, an Socrates? Non homo, ſed Socrates. Homo enim nuſpiam eſt. Ita, quid facit, vt ex ovo gallinaceo fiat gallina? Non calor, qui cauſa eſt vniuerſalis, & poteſt ab anſere eſſe, ab anate, à fornace, à ſole, vt ſupra vidimus: ſed ovum gallinaceum, quod habet in ſe cauſam particularem, quam vim latitantem, vim fœcundam vocaſſe Piccollominum audiuimus. Verum age, ſit ita: quæ tandem eſt cauſa illa vniuerſalis, noſtri opifex?

Eſt, inquit *lect.* 3. anima naturalis, à Deo Opt. max. directa. Sola, addit, anima non poteſt, quia eſt bruta, & nihil intelligit: opus igitur habet directore Deo. Pulcrè, quod merito pulcris omnibus placeat! Quis vnquam dubitauit, Deum in cenſu harum cauſarum eſſe? Quis vnquam vero non agnouit illum pro cauſa remota? Ab hoc enim eſt iuſſio illa diuina, cuius ſuprà meminimus, quâ durante durant omnia ex ſe, & ſine immediato Dei contactu. Sed quo mediate gignit Deus? Mediante ſemine, quod (.ſecundũ Piccollominũ quoq;.) habet in ſe vim fœcundã, quæ vis nihil aliud eſt, quã act⁹ prim⁹ animæ, nõ vegetatiuæ (vt ipſe putat) ſed ſenſitiuæ. Quomodo hæc aũt ſit elemẽtis ſublimior (verba ſunt Piccollomini.) dignior & diuinior; neq; tamen ſit e trãs elemẽta, vt ipſe vult: ſatis ſuperque explicuimus ſupra ex Ariſt., vt neqi Platone ſit opus, neq; Gal., neq; Piccollomi-

lomino, qui formas nobis è cœlo arceſſat, vt iſte quidem facit *lect.* 4. Cæterum, quæ deinceps *lect.* 5. affert ex Fernelio vt apparet, cuius alias ſtudioſiſſimus eſt, 1. *Abd. rer. cauſ.* 6. non tangam, quod falſitas illorum non poſſit latere illum, qui ſuperiora cognouit. Iam igitur nec Piccollominus labefactauit vim ſeminis maſculi.

CASP. HOFNANNI
DE GENERATIONE HOMINIS
LIBER QVARTVS.

CAPVT I.

De ſemine maris actum eſt hactenus: agendũ nunc quoque de fœminæ. Heic autem primò omniũ cum Mundino *l.* 1. *c.* 2. anquirendum eſt in illud, An fœmina, de Ariſtot. ſententiâ, habeat ſemen? Puta, humorem talem album, qualis fere ſemen maris eſt. Nam alioquin, vt vidimus, ſemen fœmineum ille vocat Sanguinem menſtruum dictum. Qui in arce diuinitatis collocant, & erraſſe non credunt, dicunt, Illum fœminis non adimere ſemen: ſed γόνιμον, *fœcundum* eſſe negare. Hoc ſi oſtenderent ſufficientibus teſtimoniis, crederem illis: at quia Ariſtoteles contrarium docet, non eſt, cur mentiar alterius cauſa. An iſti intuiti ſunt vnum & alterum locum, in quo non ſatis ſe explicat Philoſophus? Agens enim 1. *Gen.* 18. contra eos, qui ſemen aiebant decidi ex omnibus partibus, ait, ὀυδὲν ἄλογον, τὸ μηδὲ ἀπὸ θήλεος ἀπέρχεσθαι, ἀλλὰ ἄλλόν τινα τρόπον αἴτιον εἶναι τῆς γενέσεως, *nihil abſurdi eſſe, ſi dicatur, à fœmina non ſecedere ſemẽ (fœcundum) ſed alio quodam modo cauſam eſſe generationis, ſcilicet præbito ſanguine menſtruo.* Et *c.* 19. *ſeq.* loquens de proportione, quæ eſt inter ſemen maſculum & ſanguinem menſtruum, inquit, Φανερὸν, ὅτι τὸ θῆλυ ὀυ ſυμβάλλεται σπέρμα εἰς τὴν γένεσιν. εἰ μὲν γὰρ σπέρμα ἦν, τὰ καταμήνια οὐκ ἂν ἦν. νῦν δὲ διὰ τὸ ταῦτα γίνεσθαι, ἐκεῖνο οὐκ ἐστὶ, *clarum eſt, quod fœmina ad generationem ſemen (fœcundum) non conferat. Si enim ſemen conferret, non conferret ſanguinẽ menſtruũ. Nunc quia h. e. illud non eſt.* At verò ſi conſideraſſent illa etiam, quæ *iterum c.* 20. *ſeq.* leguntur, vidiſſent in luce meridianâ, quod planè deneget illis ſemen, confectum, dico, in vaſis ſpermaticis, perinde, vt in maſculis, ne Argenterius, aut quis alius ſit nobis moleſtus. Scribit enim ſtatim ab initio, Quod quidam putant, ſemen conferri à fœminâ, non eſt. Quam enim habent ὑγρὰν ἔκκρισιν, *humidum fluxum*, non eſt ὑγρασία σπερματικὴ, ἀλλὰ ἴδιος τοῦ τόπου ἐνίοις, *humiditas ſeminalis, ſed propria loci quibuſdam tantum.* Quare ἵδρωμα τοῦ τόπου, *ſudorem loci*, quique ſimilis ſit, & ſalivæ in ore, & lacrymis in oculo, vocat is, qui 10. Hiſt. ſcripſit, quicunque is fuerit, certe non Ariſt. Ex hoc habent forte Auerroes & Sueſſanus, quos ob id laceſſit Mundinus *l.* 1. *c.* 2. At Ariſt. ipſe, non alius, *in de Gen. l. c.* addit, ἐστὶ γὰρ τῶν ὑστερῶν ἔκκρισις, καὶ ταῖς μὲν γίγνεται, ταῖς δ' οὔ, *eſt enim vteri excretio, quæ in his quidem accidit, in illis non. Accidit* (pergit) *vt plurium in candidulis quibuſdam & mollibus: non accidit, in fuſcis & viraginibus.*

Mox tradens duas voluptatis cauſas, & explicans poſteriorem, quæ à latione ſpirituũ tantum eſt, comparat fœminas cum pueris, *τοῖς μήπω δυναμένοις προΐεσθαι, ἐγγὺς δὲ τῆς ἡλικίας οὖσι, qui nondum poſſunt emittere ſemen, ſunt autem prope illam ætatem, qua ſolent emittere.* Item, cum *ἀνδράσιν ἀγόνοις, cum viris ſterilibus.* Et concludens, *γυνή*, inquit, *καὶ παῖς τὴν μορφὴν ἔοικε, καὶ ἔστιν ἡ γυνὴ ὥσπερ ἄρρεν ἄγονον, mulier & puer conueniunt in forma, & eſt mulier vt vir ſterilis.* Quæ verba quo minus explicare liceat de ſemine quidem, ſed *ἀγόνῳ*, faciunt præcedentia, quibus negatur, quidquam emittere, fœcundum, vel infœcundum. Atque ex his quidem conſtat, vt puto, de Ariſt. mente: ſed eſtne ita? Apud me probiſſima ſunt Gal. verba 2. *Sem.* 4. de hoc ipſo negotio, Si, inquit, tollere volemus, in quibus cauſa probabilis nos deficit, &c. Fœminam ſemen habere, ſenſibus credendum eſt, non autem ratione labefactanda eſt veritas rei, quæ exſtat, &c. Non ita: ſed ſeruata re cauſam inquirere oportet. Quamobrem heic quidem deſero Ariſt., negantem in vniuerſum, fœminas habere ſemẽ. Dico autem, *In vniuerſum.* Quia neque Gal. prorſus aſſentior, qui in omnibus omni tempore eſſe aſſeuerat. Ita autem muto ſenſum verborum ex *1.* Gen. 20. allatorum, Humiditatem illam, eſſe *ὑγρασίαν σπερματικὴν, ſeminalem, ἀλλ' ἴδιον ἑκάστοις, quæ (vt Gaza circumſcribit vocem vltimam) aliis euenit, aliis non.* Nempe, Philoſophus paullo poſt ait, *ἐνίαις τῶν γυναικῶν γίνεσθαι, quibuſdam tantum mulieribus contingere.* Et quia ipſe putabat, eſſe loci excrementum proprium, (teſtes enim in fœminis non agnoſcit, vt docet Mundinus *lib.* 1. *cap.* 5.) recte colligebat, *vtplurimum* eſſe in nitidis & mollib., quæ maxime ſunt fœminæ, maxime, inquam, frigidæ & humidæ: non autem in fuſcis & viraginibus, quales ſunt maxime calidæ & ſiccæ, naturæ quippe marium viciniores. Ego, quia ſemen eſſe concedo, contrarium colligo, cum Teleſio l. 6. *Rer. nat.* 35. vtplurimum eſſe in calidioribus. Eius rei argumentum eſt, quod in regionibus calidis, vt in Aſia, fœminæ ſunt libidinoſiores. At in frigidis, quales ſunt plagæ Boreales, (de Scytharum mulieribus ſcribit id Hipp. *l. de Aere, aq. t.* 48.) minus ſunt tales. Inter has, quæ fuſcæ ſunt, vbi

A vbi habitent, ſunt petulciores: quæ albæ, continentiores. Eius rei ratio peti poteſt ex calore. Quo enim is acrior, eo magis concoquit, ſemenque ipſum fit mordacius. Huic rei ſubſcribunt obſeruationes Anatomicæ, quæ (autoribus Falloppio & Poſthio) docent, Semen in teſtibus non ſemper reperiri. Nimirum, ita concilio hos cum illis, qui ſemper reperiri docent: ſi enim ſemper fieret, hi quoque vidiſſent. Et quia Falloppius diſerte id dicit de teſtibus fœmineis, non eſt, quod quis ſe mihi opponat. Quia Poſthius indiſtincte loquitur, fas eſt includere fœmineos quoque. Et quidem potiori ratione: duriores enim ſunt, & frigidiores, vt videbimus mox.

CAP. II.

Habent ergo fœminæ quædam ſemen, ſed *ἄγονον*, quod poſt Ariſt. Stoici docuerunt, vt eſt apud Plutarchum *in Hiſt. Phil.*, Laertium *in Zenone*, & Cenſorinum *de die natali*, qui Diogenem his iungit & Hipponem. Tu etiam Varronem, ex Lactantio *de Opif.* 12. Nam librum is inſcripſit *Tubero, de origine humana*, vt idem Cenſorinus. Contra, vt ex eodem Plutarcho, Cenſorinoque colligere eſt, Omnes fœminas habere ſemẽ, & id quidem *γόνιμον*, Anaxagoras ſtatuit, Pythagoras, Parmenides, Empedocles, Epicurus, Alcmæon, quamuis is definite ſe non ſcire faſſus ſit. Cum his Hippocratem eſſe, notius eſt, quam vt probatione opus ſit. Ambidexter Gal. videtur eſſe. Qui enim alibi (2. *Sem.* 2.) fœminis concedit ſemen *γόνιμον*: alibi (14. *Vſ. part.* 7.) negat id duobus argumentis validiſſimis, de quibus nos infra. Mundinus, *li.* 1. *diſputationis ſuæ*, certus de Gal. mente, vt putat, non tantum omnes habere ſemen, ſed & *γόνιμον*: duplicia iterum habet argumenta, *ἀποφατικὰ καὶ καταφατικά*, quorum his quidem ſuam opinionem firmat: illis autem opponit reſponſiunculas quaſdam, ne videatur fruſtra ita ſenſiſſe. Huius filum iterum ſequi velle, certum conſtitutumque mihi eſt, & ſingula argumenta pariter aliunde fuſius explicare. *Primum* argumentum *ex* 1. *Gen.* 19. eſt tale. Si fœminæ ſemen neceſſariũ eſſet ad generationem, omnes fœminæ conferrent, At non omnes confe-

runt. Accoramb. ita format. Si fœminæ A
concurrunt ad generationem, vel per ſe
concurrunt, vel per accidens, Non per
ſe concurrunt: quia non neceſſaria, & in
omnibus fit, Ergo per accidens. Caſu er-
go ſi fit, ne pertinet quidem hoc ad ſci-
entiam. Probatio minoris conſiſtit in
eo, quòd Auerroes ſcribit, *Paraph. in* 1.
Gen. 20. & 2. *Coll.* 10. ſe ſuper ea re inter-
rogaſſe quaſdam, quibus fidebat, vt di- B
cerent ſibi veritatem. Quæ faſſæ fue-
rint, quod imprægnatæ fuerint abſque
ſpermatiſatione, & etiamſi diſplicuiſſet
eis. Sibi quoq; idem faſſas eſſe quaſdam,
Conciliator ſcribit *Diff.* 37. Diligentior
hâc in parte Accorambonus locutum ſe
ait cum multis fœminis, quæ multoties
cõceperint, & ſine ſenſu excrementi ſui.
Quædam (quæ viuebat, cum iſta ſcribe-
ret) faſſa fuerat, ſe primis coniugii annis C
aliquoties concepiſſe cum voluptate &
ſenſu ſeminis ſui, poſtea vero neutrum
ſibi accidiſſe, & tamen genuiſſe tres aut
quatuor filios. Alia (addit) duos filios p-
creauit, antequam ſemen emitteret,
poſtea vero incepit ſemẽ emittere cum
multa voluptate, & multos genuit filios.
Bonacciolus *l.* 2. *de cõcep. hõ.* 2. inquit, Cõ-
plures vidimus & audiuimus, quæ ſine
vlla voluptate conceperunt. Imo, fuiſſe D
olim hanc rem confeſſiſſimam, inde pa-
tet. Scribit idem Auërroes *in Parap.*,
perſuaſum eſſe vulgo, maſculum paritu-
ram, quæ voluptatem non ſenſerit.
Quamobrem recte idem Auerroes *in*
Coll. inquit, ex ſenſu petitum eſſe hoc ar-
gumentum. Heic duo ſunt, vt apparet,
Voluptas & ſeminis effuſio, quæriturq;,
An neceſſario ſint ſimul. Quidam enim
putant, voluptatem ſine ſeminis effuſio- E
ne eſſe non poſſe: quidam contra, Ne-
ceſſitatem nullam eſſe voluptatis, &
poſſe ſine ea ſemen tribui. Qui coniun-
gi putant, ſatis impudenter & proterue
dicunt, Mentiri eas, quæcunque dicant
&c. Ego de honeſtis honeſte ſentiam.
Cur enim mentiantur, cum mentiendi
cauſam non habeant? Interim vtar heic
obiter tali argumento: Si quoties volu-
ptatem habent, ſemen emittunt, toties F
etiam concipient, At falſum poſterius.
Ratio conſequentiæ nititur miſcella v-
triuſq; ſeminis, è cuius corporatura fa-
ciunt illi ſtamina partium ſpermatica-
rum, Qui negant, & de ſeminis emiſſio-
ne ſola loquuntur, Non ſentiri aiunt ab
omnibus. Eius rei cauſas aliquot allegat
Pacius *loco ſupra tacto*, Seminis tenuita-
tem, paucitatem & frigiditatem, iter
eiusdem breue, caliditatem interiorum
æquabilem, ſenſum alibi occupatum,
& ſi quæ ſunt alia. Conatur etiam ali-
quid Syluaticus *in Controv.* quem vide-
re licet. His acriter ſe opponit Acco-
ramb., præter rationem hoc eſſe dicens,
& fatuum. Cum enim in pollutione no-
cturna ſentiant: quidni ſentiant vigilan-
tes & pugnantes penetrare in corpus
corpore toto, vt Lucretii verſus habet?
Ego vero putarim, huic rationi non dif-
ficulter ſatisfieri poſſe, Veriſimile enim
non eſt, quod illæ, quæ pollutionibus
nocturnis obnoxiæ ſunt, abſque volu-
ptate ſemen emittant; calidiores quip-
pe: veriſimile autem eſt, frigidioribus hoc
contingere. Quid Mundinus noſter? Cũ
his poſterioribus eſt *l.* 1. *c.* 8. & 18. Sed cau-
ſam rogatus ἀναισθησίας illius, morbo-
ſam vteri, partiumque genitalium diſ-
poſitionem affert. Inconſulte profecto!
Longe enim probabilior eſt ratio prior,
cui tamen hoc oppono. Si ſemen mulie-
bre tam paucum & dilutum eſt, vt ſen-
ſum ſui facere non poſſit: quanto minus
γόνιμον erit? De itinere, quia (vt videbi-
mus) valde impeditum eſt, certi nihil di-
ci poteſt. De interiorum calore inanis
eſt fuga, ſi tantopere calet ſemen fœmi-
neum, vt illi dicunt. Mundinus in ma-
ximum incidit abſurdum, Morbos eſſe
ſecundum naturam: Si enim conceptio;
quæ actio eſt naturaliſſima, fieri poteſt
in diſpoſitione partium præternatura-
li: quidni dicam, quod dico? Nec eſt,
quod mihi latitudinem quandam ſani-
tatis obiiciat. Cum enim partes gigniti-
uæ præ aliis ſint maxime ſenſiles, ob
hanc ipſam cauſam, 14. *Vs. part.* 9. opor-
tet profecto inſignis ſit intemperies,
quæ auferat illis omnem ſenſum. Et
poſſit cum hac fieri conceptio! Hoc
vitium cum odorarentur, (credo) alii
ex 14. *Vs. part.* 11. hanc fugam texue-
runt. Quemadmodum vir duplex ha-
bet ſemen, fœcundum & infœcundum,
quorum vtrumque eadem via progre-
ditur: ita fœmina quoque duplex ſemen
habet, quorum illud quidem ſine ſenſu
in cornua vteri fertur, hoc cum ſenſu in
ſinum pudoris. Nihil igitur impedit,
quo

quo minus adſit ſemen fœcundum, licet fœmina non ſenſerit. Bellum hoc eſſet, ſi verum eſſet! Quod.n. ad duplex ſemen virile, nondum vidi inter noſtros homines, qui patrocinium ei⁹ ſuſcipere vellet, ꝑpter loci (puto) vitium, de quo *in Cō.* dixi. Sed & parum refert, quia huc non facit. De duplici itinere ſeminis fœminei res tam eſt incerta, quā poſſit eſſe vlla in tota Anatomia. Certi igitur aliquid qua fronte ſuperſtruemus? Alii cum conſtrictos ſe viderent, Conceptio, inquiunt, fieri poteſt ſine ſemine hoc, ſi cœli influentia ſit vehementior, & viri ſemē copioſius. Accidit ergo, (dicet Accorābonus) adeoq; neceſſitas hui⁹ ſeminis nulla eſt. Quo (dicā ego) modo defenderis tot & tantos ipſius vſus, quot & quantos ei adſcribitis? Ita namq; conceptio fiet, etiamſi non augeatur corporatura ſeminis maſculi, q̄uis vterus vniuerſus non oblinatur, licet membranæ non adſint, &c. Etiamſi ſemel (excipiunt alii) atq; iterum id fiat, non tollit id tamen neceſſitatem, & vniuerſalitatem Analyticam. Ego hęc ſine ſtomacho nō audio. Quid enim, mi Domine, eſt neceſſarium, vniuerſale, Analyticum? Sed iam me pudet ineptiarum! Tu vero, lector, vel hinc cognoſce, quot opus ſit fucis illi, qui mendacium pingere volet! Ego enim ſimpliciter dico, Nec ſemper fœminæ dant ſemen, nec eſt illud *γόνιμον*.

CAP. III.

SEcūdum argumentū (quod quidā adverſariorū Maximum vocat) ait Mundinus eſſe 2. *Gen.* 4. mihi quinti initio eſt. Quærit enim ibi Philoſophus, Quei fiat, cum fœmina eandem habeat ſpecie animam; habeat etiam materiam: quod nō generet ex ſe? Quia, inquit, vbi vbi diſtincti ſunt ſexus, ibi anima ſenſitiua eſtā mare. Cum hoc argumento idem eſſe poteſtate Accorambonus indicat *in h.l.*, quod infra *l.*3.*c.*1. habet, Oua auium ex ſe fœcunda non ſunt: quia opus habent calore maſculo. Item illud, quod *ibid. c.* 7. Ego vero non poſſum non aurem vellere Mundino, & admonere, veniat mecū *ad* 14. *Vs. part.* 7. & recognoſcat hæc. Gallinæ concipiunt oua, quæ *ὑπηνέμια* vocātur, ſine coitu cum mare: verum, quod deſit illis aliquid ad perfectionem, id in-

A dicio eſt, quod animal ex iis gigni non poteſt. Et addit: In greſſilibus autē quid reperias, quod ouo (ſubuentaneo) reſpōdeat, niſi molæ cōceptum? Eouſq; igitur ſi animalia greſſilia progredi volunt, primo quidem parum artificioſam actionē Naturæ tribuunt, deinde autem mentiuntur circa ea, quæ fiunt. Neque enim vt gallinæ ſine gallo oua pariunt: ita viſa
B fuit fœmina ſine viro molam concipere. Hæc Galenus: è quibus tale formant argumentum noſtri. Si fœmina habet ſemen fœcundum, quid prohibet, quo minus illa generet ex ſe? Adeſt enim cauſa efficiens, ſemen: adeſt materia, ſanguis menſtruus? Vidit Gal. ipſe difficultatem huius rei: ideo 2. *Sem.* 4. hypotheſin facit, quæ manifeſte incurrit *εἰς τὴν τῶν γιγνομένων ἱστορίαν*, vt *in de Vs. part.* loquitur. Non
C eſt impoſſibile, inquit, talem inuenire animalis temperaturam, quæ abſque alterius congreſſu ſobolem imperfectam gignere poſſit: difficilimū vero, imo impoſſibile fortaſſis eſt, vt perfectam. Multo enim tempore ali huiuſmodi fœtus debet. Id vero fieri non poteſt, niſi multus ſuperſit fœminæ humor excrementitius. Hoc autem non fiet, niſi multo frigidior & humidior ſit. Si hoc, ſemen
D ſuum nullo modo excoquere poterit, &c. Atque hæc eſt illa ratio, quam vnicam ait eſſe Valleſius 2. *Controv.* 7. & redargutione carere, Fœmina, inquit, ſola ſæpe ex ſe vtero concipere ſolet: fœtus tamen ad perfectionem nunquam perducitur. Inuenit tamen redargutionem Pacius, *quo loco ſæpe dixi*, Docere nimirum hanc rationem, cur fœtus non adoleſcat: at non docere, cur non con-
E cipiatur. Reuera enim Valleſ. *οὐκ ἀληθεύει περὶ τὴν τῶν γιγνομένων ἱστορίαν*, *dicit, quod nunquam contigit.* In quibus autem contigiſſe forte dicit ipſus, de illis dici poterit, quod Fallop. *l. de Morbo Gallic. c.* 13. de quibuſdam monialibus, quę abſque conſuetudine virorum dicebantur laborare hoc morbo. Quamuis, inquit, quidam ſummæ autoritatis viri voluerint defendere matronas moniales, dicen-
F tes, quod Aqua benedicta fuerint infectæ: ſciatis tamen, infectionem illam habuiſſe originem à quodam Aſperges, quod ego ſcio. Vide de hac re Arniſæum 6.6. & 27. Neſcio, annon popularem ſuum pungere voluerit Peramatus *in App.*

ad lib. de Procr. hom. Propoſita enim Galen. ratione, quam Valleſ. ſibi transſcribit, concludit, Galen. hypotheſin de viraginibus eſſe: & bene. Hæ, vult dicere, ſi poſſunt concipere ſine viro: quid obſtat, quo minus perficiant? etiam ſuo cum detrimento aliquo? extreme, inquam, emaciatæ? Cum enim præſtent tales calido natiuo; cum bene ferant etiam largas ſanguinis profuſiones; cum grauidæ aliquando factæ, & bene ſe habeat toto geſtationis tempore, & feliciter pariant vitales infantes: cur fœtum, ex ſe conceptum, non perficiant? Sed & præſupponit Galen., quod non eſt, Viragines ſcil. facile imprægnari: at contrarium eſt, quippe, quæ menſibus deſtituuntur. Sit vero ita: Virago poſſit ſemen efficax dare, non poſſit ſufficiens dare alimentum: quidni dari poſſit temperamentum aliquod, quod medio modo ſe habeat, quod, inquam, & ſemen habeat fœcundum, & ſanguinem ſufficientem? Neq; tamen vnquam viſa fuit talis concipere, aut parere. Hæc fere Peramatus. Quid Mundinus noſter? Decurrit cum Laurentio ſuo 2. *Anat.* 2. ad duplex principium, quorum alterum ſit principale, alterum minus principale. Quod quia infra, vbi Mundinus eo nos comitatus fuerit, refutabitur, non eſt quod heic moremur.

Cap. IV.

Tertium argumentum petit *ex eodem* 2. *Gen.* 4. & Auerroe 2. *Collig.* 10. Si ſemen fœminæ eſſet neceſſarium, vterus non proiiceret foras, ſed attraheret, quomodo ſemen maris attrahit. Nunc autem proiicit. Verba Philoſophi ſunt, ἡ ἄφεσις οὐκ ἐντὸς γίγνεται, καθάπερ οἴονταί τινες. στενὸν γὰρ τὸ στόμα τῶν ὑστερῶν, ἀλλ᾽ εἰς τὸ πρόσθεν. ὅπερ γὰρ (ita enim lego) τὸ θῆλυ προΐεται τὴν ἐνίαις αὐτῶν γινομένην ἰκμάδα, ἐνταῦθα καὶ τὸ ἄρρεν προΐεται, *Seminis maſculi eiaculatio, non fit, vt quidam putant, intro in vterum (os enim ipſius anguſtius eſt) ſed ante. Quo enim fœmina deponit humorem illum, qui in quibuſdam eſt, eo etiam mas, ſi contingat illum effundere.* Heic ſtatim apparet, agi de controuerſia illa, Quo ſemen emiſſum veniat? Maſculum quidem, an ſtatim in vterum eat? Fœmineum autem,

A vtrum per cornua vteri dicta illabatur, an potius ad os vteri deponatur, indeque trahatur in ipſum ſinum? De vtroque quid ſentiat Ariſt. in medio eſt. Quod ad maſculum, cum dicat expreſſe verbis productis, deponi ad os, trahi autem intro, ἂν τύχῃ συμμέτρως ἔχουσα, καὶ θερμὴ διὰ τὴν κάθαρσιν ἡ ὑστέρα, *ſi vterus bene ſe habeat, quod eſt, caleat à recens precedentibus menſibus:* miror, qui poſſit intro cap.

B improbare ſententiam illorum, οἵ τινες ἔφασκον, ἕλκειν τὰ αἰδοῖα, ὥσπερ τὰς σικύας, *qui dicebant, vterum (ita enim interpretor) trahere ſemen, ad inſtar cucurbitularum,* quarum ſimilitudinem habet quoque apud Soranum & Oribaſium 24. *Collect.* 31? Videtur autem tangere Hipp., cuius ſententiam *1. Sem.* 4. Galen. refert, qui eandem habet *cap. 2. praeced.* vbi comparat cum gula famelici. Idem tamen 14.

C *Vs. part. 3.* recta in vterum ferri docet. Quod ſi non repente id fiat, (mox addit) ſed in itinere aliquantulum moretur, exinanitur ſtatim, &c. Et hoc eſt, quod 7. *Meth. 6.* ſcribit idem, Semen extra ſua vaſa non poſſe durare vel minimum temporis ſpacium, ſi modo ſemen manere debet, &c. An conciliari poteſt vtraque, ſi dicatur, Deponi quidem ad os, ſed ſubito trahi ab

D vtero? Quod ad fœmineum, plerique omnes tam certi ſunt de ipſius in vterum immiſſione, quam qui certiſſimi eſſe poſſunt: at ſi de via interroges, tam ſibi conſentiunt, quam olim turris Babylonicæ architecti. Cum enim vaſa deferentia, partim ad cornua vteri eant, partim ad os, qua ſunt minuti illi proſtatæ glanduloſi: quidam perpetuo per cornua vteri intrare di-

E cunt, quidam perpetuo ad os vteri deponi, atque inde vna cum virili intro aſſumi. Sunt & qui vtroque itinere proficiſci dicunt, ſed fœcundum eſſe illud tantum, quod per cornua it; infœcundum alterum, quod ad os vteri venit: ideo illac quidem ferri iis, quæ cōcipere debent, hac autem iis, quæ iam conceperunt. De his inprimis miror, cur quodam ſemen fœmineum dicant eſſe infæ-

F cundum? & præcipue illud, q; ad proſtatas glanduloſos peruenit? Eſtne Natura ſuæ ſapientiæ & prouidentiæ adeo immemor, vt ſemē perfecte coctum (nā ſic

fere

fere ſolent ornare iſti) effundat ſine v- A ſu? Eſtne tam negligens analogiæ, vt, ſi- quidem in proſtatis virilibus eſt ſemen elaboratiſſimum, in proſtatis mulie- bribus non ſit, quod proportione illi re- ſpondeat? Certe Varolius docet 4. *Anat. 1.* proſtatas hos eſſe alterum par te- ſtium, in quibus ſemen vltimam ſuam perfectionem nanciſcatur; quippe in quibus (etiam ad ſenſum) craſſius eſt & B denſius, quam in ipſis teſtibus, vt Piccol- lominus docet 3. *Anat. 1.* & ſit hoc infœ- cundum, illud fœcundum? Interim, Galen. ipſe hoc docet 14. *Vs. part. 11.* cum ait, Fœmina, cum maſculo frigidior ſit, inconcoctum adeo, tenuemque in proſtatis glandulofis humorem habet, vt nihil ad prolis generationem confe- rat, ſed effundatur ad viæ vrinariæ hu- mectationem & lubricationem. Sed ſit C hoc ita, vel ideo, quia prodeſt rebus me- is. Si enim analogia quidquam poteſt, vt certe poteſt plurimum: omne ſemen fœmineum deuenietad proſtatas glan- duloſos. Quod quia (Galen. ipſo autore) infœcundum eſt, quorſum in vterum at- trahetur? Sed ſit ſane hoc quoque, ſit, in- quam, fœcundum: poſſuntne ſcire, ex- cerni illud ſemen eo momento, quo vi- rile? Si enim poſt excernatur, iam vterus D erit clauſus, modo verum eſt, quod ipſi- met dicunt. Si ante, refrigerabitur, atq; ita erit inutile. Scio, quid dicant; Si non fiat eodem momento, non fieri etiam conceptionem, autoritate Pſeudo Ariſt. 10. *Hiſt.* 5. Hac in re conſentiunt illi quo- que, qui ſemen per cornua vteri ingredi volunt; inter quos Mundinus noſter. Huic oppono Fallop.; cuius hæc ſunt verba *in* Obs. Meatus iſte ſeminarius (i- E pſe appellat *Tubam vteri*) oritur gracilis admodum, & anguſtus, neruens ac can- didus, à cornu ipſius vteri, cumque pa- rum receſſerit ab eo, latior ſenſim reddi- tur, & capreoli (vitis) modo criſpatſe, donec veniat prope finem: Tunc dimiſ- ſis capreolaribus rugis, valdeque latus redditus, finit in extremum quoddam, quod foramen amplum habet, &c. Et *in Inſt.* Vteri vaſorum hiſtoriam dum accu- F ratius examinamus, inuenimus, vaſa illa, quæ ſemen ferre opinati ſunt, nullam prorſus communicantiam cum teſtibus habere. Et *mox*: Cauitas hæc oſculum habet, quod apertum ſemper reperitur, ita vt ab eo ſpecillum in vteri cauitatem peruenire poſſit, nulla interim in parte læſis aut laceratis ipſis vaſis, &c. Hanc deſcriptionem cum refutare nō poſſint noſtri, miror valde, perſiſtere tamen in vſu vulgato! Nam & amici eorum com- munionem cum teſtibus negant in pi- cturis ſuis. Sed ſit communio: quæ cauſa eſt tantæ diuerſitatis in ſtructura inter vas deferens virile & muliebre? Quæ cauſa eſt, cur, præter hoc vas, aliud à te- ſtibus vas ad cornua vteri proficiſcatur? imo ad ceruicem vſq; (qua ſunt proſtatæ glanduloſi) pergat? Quæ cauſa eſt, cur vaſis huius initio adſtructi ſint vteri κρε- μαςῆρες dicti, qui ipſi caui ſunt, & ad cli- toridem deſinunt? Ego ex his omnib pla- ne hoc colligo, cenſeoque has eſſe ratio- nes illas euidentiſſimas, quarum Tau- rellus meminit in Alpibus-nondum-cę- ſis *lib. 5. c. 2. nu. 6.* quibus probare volebat idem, Semen fœmineum non ingredi v- terum per cornua, ſed ad ceruicem de- poni, vel (quod ego addo) per clitori- dem eiici. Si hoc, habeo, quod volo, abſ- que ambagibus. Si illud, tot erit opus cautionibus, vt ſemen illud vna cum vi- rili in vterum recipiatur, quot qui doce- re vellet, eadem opera docuerit, quo- modo quis cum ratione inſaniat.

CAP. V.

Quartum texit *ex 1. Gen.* 19. ita. Si mu- lieres, præter ſanguinem menſtru- um, conferunt etiam ſemen, iam duo, & inter ſe contraria conferunt, At ve- rum prius, per vos; Ergo & poſterius. Quod contraria ſint, deducitur ita, Semen eſt coctum quid, ſanguis incōcoctus. At cum conſtet, mulieres abundare ſan- guine inconcocto; quomodo poſſunt habere ſimul ſemen coctum? Hæc ra- tio dicitur valida Accorambono: apud me plane etiam demonſtrat. Nam quod Mundinus ait, fœminam poſſe habe- re, & ſanguinem inconcoctum, ob ha- bitus frigiditatem, & ſemen coctum, ob concurſum caloris ad vaſa ſperma- tica: inſulſum eſt commentum. Vnde enim eſt concurſus ille ſpirituum? Quin immo, vt ſupra audiuimus, fœminæ ſunt πολύαιμοι, præcipue partibus gi- gnitiuis. Quare, ſi multus ſanguis cru- dus hucit, quomodo ſimul multus ca-

loribi eſt? Nec ſubleuat, quod ait, non requiri tam intenſum calorem, qualis in ſemine maſculo eſt: ſi enim hoc adimit ſemini ſuo, ſimul adimit illi fœcunditatem, qua de re infra latius. Nec vllo modo effugere poteſt incommodum illud, Ita erit, vt fœmina ſimul ſit calidi, ſimulque frigidi temperamenti! Quod cum animaduerteret (credo) ad inſtantiam conuerſus, Immo, inquit, in ouiparis ſunt geminæ eiuſmodi excretiones. Albumen enim ſemini reſpondet: vitellus ſanguini crudo. Quid audio? Ergo albumen eſt calidius vitello? ita enim neceſſe eſt, ſi ſtare debet cõparatio. Ego vero nego tibi, has duas ouorum partes eſſe analogas ſemini & ſanguini fœmineo, ex quibus ſcilicet conſtituatur animal ex tua ſententia. Albumen enim reſpõdet ſanguini, quippe ex quo fit pullus, poſtquam in ſanguinem mutatum eſt: at vitellus reſpondet lacti, quo extra vterum nutritur animal, *vt ex 3. Gen. 2.* memini me dicere ſuperius. Cæterum, alii ita formant argumẽtum, & principaliter contra ſemẽ (quod illi γόνιμον eſſe volunt) ita inferunt. Vbi calor eſt debilior, quam qui ſanguinem ſuum bene poſſit excoquere, ibi multo minus ex ſanguine excoquet ſemen γόνιμον, At in fœmina tam debilis eſt calor, &c. Alii ita. Vbi gradus caloris ſunt, maior quidem faciet ſemen, minor autem aliquid infra ſemen, In mare & fœmina ſunt eiuſmodi gradus. Quid autem eſt infra ſemen, quam ſanguis? Sanguis igitur in fæmina eſt ſemen illud, quod quæritur, vel ideo, quia inelaboratior eſt, vt à ſemine maſculo, fœtuque amplius elaborari poſſit. Heic excipiunt quidam, O, ſolus calor non facit ſemen! Non exſpectaſſem hoc à tanti nominis viris. Sed ſit: quid eſt alterum illud, quod ſeminis maſculi confectionem promouet? Quia tacetis, iure dico, vos neſcire: & miror, vos alterum quoque non tacuiſſe. Cum autem dicitis, Defectũ caloris impedire quodammodo generationem ſeminis, non penitus tollere: recte dicitis, modo recte intelligatis. Non tollit: facit enim ſanguinem menſtruum, qui longe eſt infra ſemen. Sed aiunt, Non hoc volumus: ſed facit ſemen debilius, quale concedit Gal. quoque eſſe in fœmina.

A Reſp., ita: facit tale, quale pueri, vt Ariſt. comparat, quod prorſus ſterile eſt. Sed habet hoc tamen calorem aliquem? Ita: qualem puerorum ſemen. Hoc autem quemadmodum nullius efficaciæ eſt: ita etiam illud. Intelligitur hinc, ſermonem eſſe Ariſt. de pueris, τοῖς ἔτι προϊεμένοις ἄγονον, vt loquitur 2. *Gen.* 4 *qui ſemen habent, ſed infæcundum*, ab anno forte 14. B ad 21. vt definit 5. *Hiſt.* 14. non de infantibus, quib. abſumitur ſanguis in corporis incrementum. Et hęc quoque reſponſio eſt ad *Sextum* argumentum, vt pluribus non ſit opus. Eadem premit illos, qui facta longa analyſi, concludunt tandem, Id, quod fœminæ excernunt, eſſe elaboratum quid & excoctum, colore albo, craſſitie ſubſtantiæ, copia ſpirituum ſemẽ omnino referens, in mirabili quippe C vaſorum pręparantiũ & plexuũ ſtructura factum, &c. Quibus omnibus tantum proficiunt, quantum ipſi volunt: Semen refert, non eſt. Quid autem, ſi regeram illis verba propria? Numero differunt genitalia virorum à fœminarum, quia veſiculas illas, quas primus deprehendit Herophilus, & παραστάτας κιρσοειδεῖς vocauit, non habent, nec etiam παραστάτας ἀδενοειδεῖς, &c. Quæro enim, quomo- D do in plexibus illis, qui non adſunt, poteſt elaborari & excoqui ſemen? Ego autem, licet concedam, adeſſe plexum aliquem: concedent tamen & illi mihi, non eſſe tam tortuoſum, quam in viris eſt. Ideo, nolent, volent, concedent mihi, ſemen eſſe minus coctum, & ideo ἄγονον. Iam ergo tale formabo argumentum. Semen hoc, vel ſimile eſt ſemini maſculo, vel contrarium. Si primum, eſt E ſuperfluum: ſin ſecundum, eſt impedimento maſculo. Quid heic illi, qui nuſpiam tacere ſolent? Eſt partim ſimile, partim contrarium. Et, ſicut ex elementis, partim ſimilibus, partim contrariis ad inuicem, conſtituuntur miſta, & ex humoribus vnum alimentum: ita ex duobus ſeminibus, maris & fœminæ, fit fœtus productio. Ego, qui intelligo, quãtum hæc ſeminis confuſio demat de ſo- F lertia naturæ, vt mox dicam: miror heic, Cur non dicant, ſimile eſſe, ſi tanta eſt in colore, ſubſtantia, ſpirituum copia ſimilitudo? At ſciunt, ſe debilius & frigidius conſtituiſſe. Quamobrem accipio

confeſ-

confeſſionem non obſcuram, Contrarium eſſe,& ſic infero. Cum minus calidum ſit maſculo, quomodo non infringet majorem calorem maſculi? Fuga autem illa de elementis, humoribuſque (præterquam,quod ſimile nihil probat) tàm eſt à propoſito hoc aliena, quam quod alieniſſimum,

CAP. VI.

QVintum ex Auerroe, *Paraphr.in* 1. *Gen.* 20. ita infert. Vnius effectus naturalis vnica eſt materia,& vnicum agens, At ſi fœminæ ſemen concurreret ad generationem, non minùs, quàm maris, partim vt materia, partim vt agens,jam vnius effectus naturalis duo eſſent principia actiua, & duo paſſiua. Fundamentum aſſertionis in eo conſiſtit,quod Ariſtot. 2. *Gen.* 4. docet, ἡ φύσις οὐδὲν ποιεῖ περίεργον, *Natura nihil facit ambitioſum & ſuperfluum.* Eſt enim idem cum eo,quod μάτην, *fruſtra* eſt, 4. *Part.* 11. quin imò, quod παρὰ φύσιν, *præter naturam*, 2. *Gen.* 6. 4. *Part.* 13. Quemadmodum autem ὑπερβολὴν non admittit: ita neque ἔλλειψιν τῶν ἀναγκαίων, 5. *Gen. vlt.* 3. *Anima* 9. *t.* 45. Hæc autem neceſſaria ἀεὶ τῶν ἐνδεχομένων τῇ οὐσίᾳ περὶ ἕκαστον γένος τοῦ ζώου τὰ ἄριστα ἐστὶν, *ſemper ſunt optima, inter illa,quæ vnicuique animalium generi propria ſunt*, vt loquitur, *de Animal. ingr.* 2. Hoc eſt, quod Galen. 1. *Vſ. part.* 23. *item l.* 6. *cap.* 1. *Item l.* 8. *cap. vlt. & alibi ſæpè* ait, Natura non deficit in neceſſariis, neque abundat in ſuperfluis. Et jam ita inducitur. Si Natura ſemini maſculo dedit vim actiuam; eamque rurſus dedit ſemini fœmineo: aut in defectu peccauit, aut in exceſſu. Si enim ſemen maſculum non eſt ſatis operi, ad quod factum eſt, fecit Natura aliquid imperfectum, vno verbo, ἔλλειψιν, *defectum.* Cur igitur non meliùs aliquid fecit? Si ſatis eſt, quorſum fecit fœmineum? ὑπερβολὴν enim fecit, dum fecit, quo carere poterat. Hac de re pulcrè philoſophatur Bonamicus 4. *Alim.* 20. Poſito enim principio illo irrefutabili, Vnum, qua vnũ, &c. Si in mare, inquit, eſt vis agendi: non erit ſimul patiendi. Si in fæmina vis patiendi eſt:non erit etiam agendi. Sed in mare eſt vis agendi, in fœmina patiendi,Ergò.Et poſt pauca

A ita vult argumentari, Si maris perfectio in eo eſt, vt poſſit generare in alio; ſanguis autem menſtruus eſt idoneus ad ſuſcipiendam generationem, hoc eſt, ſi fœminæ perfectio in eo eſt, vt poſſit generare in ſe, & ob id adeò facta eſt frigidior & humidior,ad ſuppeditãdam materiam: profectò illa duo ſufficient, vt pluribus non ſit opus. Cum his planè genuina ſunt, quæ Hippius ſcribit

B θ. 85. Valde puto, manaſſe hæc ex Auerroe 2. *Coll.* 10. vbi ita fermè loquitur. Si quis dicat iſta duo fèmina non facere, ad quod nata ſunt, vſque dum mixta ſunt inter ſe, & aliam formam adepta, non ſecùs atque acetum, & mel ſeorſim, non ſunt oxymel,niſi poſtquàm mixta ſunt: illum fateri neceſſe eſt, vtrumq; hoc ſemen habere certum temperamentum, quod conſtituat for-

C mam ipſius. Hæc forma ſi non poteſt agere, certè eſt imperfecta. Quod ſi vtrumque habet locum materiæ, vbi eſt forma? Hæc cum non ſit alia, quam vis generatrix; illa autem pendeat à parte, in quâ ſit ſemen: ſiquidem fœmineum etiam habet vim hanc, oportet habeat ab vtero. Quidquid ſit, equidem valdè ſcire velim (ait) quæ ſit neceſſitas huius miſtionis ſeminum!

D Sanguis enim quia ſufficit formandis omnibus partibus (omnes enim illo nutriuntur) quid opus eſt aliâ materiâ? Semẽ quia ſufficit pro agẽte, quid opus eſt alio? Omninò, quia impoſſibilis eſt actio illa vtriuſque ſeminis confuſanea; & quia mulier certò habet actionem in generatione: quæ erit illa? De viro eadem eſt ratio. Oportet profectò alterius actio ſit ſine actione alterius:

E ita tamen, vt conſpirent ad vnum finem, qui eſt fœtus. Ergò vtrumque dat fœtui partem,per quam eſt.Iſtæ duę partes ſunt materia & forma, quarum alterutram dat, vel mas, vel fœmina. Quemadmodum autem impoſſibile eſt, vt fœmina det formam, mas materiam: ita poſſibile eſt, adeoque ex rei natura, vt mas det formam, fœmina materiam. Quare? quia quod dat ali-

F mentum, dat materiam: at fœmina dat. Quia enim omnes partes aluntur ſanguine, veriſimile eſt, omnes etiam fieri ex ſanguine, &c. quæ vide, & diſpice, an poſſis commodiorem

rem ſenſum exſculpere. Mihi enimin malignâ iſta luce,quamInterpres affert, aliter non licuit. Fortaſſis autem non e-rit abs re,ſi pauca alia ſubjungam. Quid coegitGalenum,vt ex ὄγκῳ ſeminis maſ-culi fabricaret partes quaſdam? Dicam. Non intelligebat Ariſtotelem, neque quid ille faceret de ὄγκῳ. Hinc factum eſt, vt in partes ſpermaticas ipſi dictas transformaret. Ariſtotelem cum in-telligere inciperent quidam; neque ta-men deſerere vellent Galenum: diuiſe-runt ὄγκον, & ex meliori quidem eius parte fecerunt Calidum natiuum, ex deteriori autem partes ſpermaticas. Quod ipſum quia per rerum naturam fieri non poſſe vidimus ſuprà: quid mu-ginamur? quin laudem concedimus A-riſtoteli, immò potiùs Deo opt. max., qui tam mirabilis eſt in operibus ſuis? Rurſus, Quid coëgit Galen. de ſemine fœmineo tanta fingere miracula? Præ-ſentia ipſius in quibuſdam. At ſi conſi-deraſſet mille alias difficultates, de qui-bus partim dictum eſt,partim dicetur, ſuſpendiſſet fortè judicium, neque ſan-guinem maternum de poſſeſſione ſuâ tam proteruè pepuliſſet, non ſine etiam proprio dedecore, ceu paret ex ſupradi-ctis. Pro hoc ſanguine jam ita arguo cū Auer oe: Vniformæ vna ſubordinatur materia, At ſemen maſculum,quod ha-bet rationem formæ, jam habet mate-riam, ſanguinem menſtruum, Ergò non opus habet altera, ſemine illo fœ-mineo. Quod ad majorem, certum eſt, formam v. g. humanam non poſſe con-ſiſtere niſi in materia humana. Quod ad minorem, materia humana (qua ſcilic. nutritur) quia eſt ſanguis, ſatiſque ille eſt omnibus & ſingulis partibus nutriē-dis, quidni ſatis quoque ſit conſtituen-dis? Heic ſubitò excipiunt, Et ſemen illud humanū poteſt eſſe humana mate-ria: & requiritur alia materia pro partib. ſpermaticis,alia pro ſanguineis. Reſpō-deo, poſterius hoc eſt poſtulatū Galeni-cum, q́; ſuprà (licet paucis) refutaui: pri⁹ illud non ſubitò admittet, qui iſta in conſiderationem vocarit, Non eſſe ſe-men in omnibus fœminis, Non adeſſe in omni conceptu in iis etiam, in quibus eſt, Non eſſe certam viam, per quam certò affluat. Vt enim de hoc ſolo dicā, triplex cum ſit iter, vt nuper oſtendi,

A quis pro certo mihi dicat,iuiſſe ea via, & quidem eo momento exiuiſſe, vt cum maſculo miſceretur? Sed ſint hæc omnia protenus expedita: Non eſt materia commoda, quia eſt excoctum quid, quod ampliùs in partes coqui non poteſt, vt ſanguis. Vt intelligas, Sanguis habet potentiam & ad ſemen, & ad partes. Alterutrum actum cum jam habet, non poteſt ſupereſſe ſpes

B alia. Quare rectè dicit Conciliator *Diff.* 37. ſemen hoc mulieris plus differre à ſemine maris, quam ſanguis. Vide Bo-namicum 4. *Alim.* 22. Quidam ita inſurgunt, Opus eſt vtraque hac ma-teria, altera quidem pro ſtamine par-tium, altera pro ſubtegmine. Et quia ſemen quidem adeſt, ſanguis autem non niſi diu poſt, cum ſubtegmen du-cendum eſt: abſurdum etiam non eſt,

C fœminam habere geminam excretio-nem,tempore diſtinctam. Quidam pau-lò aliter,opus eſt vtraque hac excretio-ne,altera quidem ad conſtitutionē fœ-tus in vtero,altera autem ad alimoniam ipſius extra vterum. Quidam iterum a-liter, Non eſt abſurdum,geminam adeſ-ſe excretionem, ſiquidem altera tantū illarum, quæ ſeminis eſt,perfecta eſt,al-tera imperfecta, quæ ſanguinis. Qui-

D dam, in prima ebullitione ſemen maſ-culum, tanquam efficiens, habet vnam materiam, ſanguinē: at in ſecunda, ha-bet ſocium ſemē fœmineum. Volunta-ria omnia! inania omnia! nudæ quippe theſes, quæ mole ruunt ſua. Quidam et-iam ſeminis fœminei vſus illos multipli-ces heic inculcant. Verùm his ſatisfiet, cum Deo, infra. Sed quid Mundinus? Tantùm non prædicat Naturæ inertiā,

E quæ non potuerit facere perfectum ſe-xum vtrumque. Si enim neuter ſufficit, vel pro forma dāda, vel ꝑ materia: quid ſequitur aliud, quam id, quod dico? Mi-hi ſub manus venit modò elegantiſſim⁹ locus, *fine* 1. *Gen.* 20. Ἐν τοῖς κεχωρισμένοις ἔχουσι δυνάμεις, καὶ τὰ σώματα, καὶ τὴν φύσιν ἑτέραν εἶναι τοῦ τε ποιοῦντος, καὶ τοῦ πάσχοντος. εἰ οὖν τὸ ἄρρεν, ᾗ ἄρρεν, ἐστὶν ὡς κινοῦν καὶ ποιοῦν· τὸ δὲ θῆλυ, ᾗ θῆλυ, ὡς παθητικόν, εἰς τὴν τοῦ ἄρρενος γονὴν

F τὸ θῆλυ συμβάλλοιτο, οὐ γονήν, ἀλλ' ὕλην, ὥσπερ καὶ φαίνεται συμβαίνειν. κατὰ γὰρ τὴν πρώτην ὕλην ἐστὶν ἡ τῶν καταμηνίων φύσις, *In quibus diſtinctæ ſunt facultates, neceſſe eſt, & corpora, & naturas, tam agentis, quam patientis eſſe diſtinctas.*

ctas. *Quamobrem, ſi mas, quà mas, eſt agens,* A
ſeu mouens, neceſſe eſt, vt fœmina, qua fœmi-
na, ad generationem conferat, non genituram,
ſeu actiuum quid, ſed materiam, quod ita et-
iam fieri conſtat. Natura enim menſtruorum
eſt loco primæ materiæ. Hinc cum aliis for-
mabo tale argumentum. In omni natu-
ra agens correſpondet patiẽti ſuo, quo-
rum illud dat, hoc recipit, At in diſtin-
ctis ſexu mas dat, fœmina recipit, Ergò.
Si tu dicere voles, non ſufficere alteru- B
trum ſexum, vel pro agente, vel pro pa-
tiente: jam te poſcam eius rei probatio-
nem. Nam neq; ignorantia tua de ὄγκῳ
ſeminis maſculi, neque præſentia ſemi-
nis fœminei, vllam mihi affert neceſſita-
tem. Dicis: At, per te etiam, fœmina ha-
bet duo excrementa, Ergò alterutrum
non ſufficit? Imò, vnum habet tantum,
ſi formam & ſubſtantiam ſpectes, qua
de re Bonamicus tibi loquetur *loco iam* C
dicto, & Nonius à Coſtâ 2. *de Quad. hom.*
ortu c. 6.

Cap. VII.

AD *Sextum* Mundini argumentum
modò reſpondi. *Septimum* planè de-
monſtrat contra Mundinum. Cum
enim fœmina ſit mas quidam imperfe-
ctus, quomodo cudere poteſt ſemen ta- D
le, quale mas? fœcundum, inquã? Quod
autem ille addit *ſub finem* de imperfecto
ſemine fœminæ, pertinet ad opprobriũ
illud Naturæ, quod toties tamen cele-
brant iſti, Marem in ſuo genere eſſe im-
perfectum, ſed opus habere fœmina.
Nimirum, imperfectum poteſt ſupple-
re defectum perfecti! Hei mihi, quam
non vident eſſe etiam oppoſitum in ad-
jecto! Si enim perfectus eſt mas, non po- E
teſt dici, habere defectum. *Octauum* et-
iam demõſtrat, ceu vidimus. Cum enim
eo tempore fœmina habeat mẽſes, quo
mas ſemen: digito certè oſtendit Natu-
ra menſtruum ſanguinem eſſe ſemen
fœminæ. Quod autem Mundinus cum
ſuis conſecraneis objiciunt, Eo tempo-
re, quo menſes nondum adſunt, nòn ad-
eſſe etiam ſemen: eſt de cenſu eorum,
quæ pro certiſſimis habentur, cum in- F
certiſſima ſint. Quam autem certitudi-
nem venatur Mercurialis *de Gen. hom*. 3.
ex libidinoſis illis, de quibus *ex* 7. *Hiſt*. 2.
egi ſupra *l*. 1. *c*. 4., nulla eſt. A ſanguinis
enim motu cur titillatio illa non fiat? At
eſt purus ſanguis, expers ſpiritus, inquit.
Oppoſitum in adjecto iterum. Purus e-
nim & laudabilis ſanguis, qui poſſit eſſe
ſine ſpiritibus? Sed ſit ita: vrgent tamen
dubia, quæ de itinere ſeminis dicta ſunt.
Sed & hoc nihil ſit: non propterea in tu-
to ſunt res ipſorum. Neque enim neceſ-
ſarium eſt, vt, ſi poſſit reſponderi ad om-
nes objectiones, propterea benè ſit res
definita. Heraclitus (qui ſtatuebat vnũ
eſſe omnia) poterat reſpondere aliorum
objectionibus: interim non benè ſtabi-
liebat rem ſuam. At ſi res benè ſit defi-
nita, & deducta ex veris fundamentis,
per ſe diſſiliunt contraria arma. Et hoc
eſt ſignum veritatis, non illud. De Gale-
no mirum eſt, quod nullibi cogitauerit
de reſponſionibus ad argumenta Philo-
ſophi! Tantone opere fidebat cauſę ſuę,
vt tanquam ſophiſmata contemneret
(verba ſunt Peramati *l. de Facult. c*. 3.) quę-
que tenebras potius & caliginem oculis
offundant, quàm naturæ leges decla-
rent? Interim vexauit ſolas concluſio-
nes, quod profectò indignum eſt, quam-
uis artificium hoc profiteantur hodiè
quidam Syſtematici. Quid verò præſti-
terunt ii, qui ſuccenturiati ipſius eſſe vo-
luerunt, inter quos Mundinus noſter?
Prodiderunt nuditatem ſuam, ceu vidi-
mus. Agedum autem, vt in viam redea-
mus, quoniam in redarguendo Ariſt.
infelix fuit noſter: eſtne in defendendo
Galeno felicior? Videamus. Et hæc e-
runt κεφάλαια ipſius argumenta.

Cap. VIII.

PRimum Gal. (ita enim loquor) argu-
mentum eſt 2. *Sem*. 5. 14. *Vſ. part*. 6. Fœ-
mina eaſdem habet partes gignitiuas,
ſolo ſitu à maſculis differentes, Ergo v-
num habent vſum. Hoc ita deducitur.
Quod in fœminis eſt vterus, ſed intus: id
in maribus eſt ſcrotum, ſed extus. Quod
in fœminis eſt ſinus pudoris; id in mari-
bus eſt penis. Quod in fœminis ſunt la-
bia duo extima dicti jam ſinus: id in ma-
ribus eſt præputium. Qui in maribus
ſunt teſtes, in ſcroto conjuncti intus:
in fœminis ſunt disjuncti vtrinq; ad la-
tera vteri extus. Quæ in maribus ſunt
vaſa præparantia & deferentia: ſunt
in fœ-

in fœminis quoque At quæ eſt cauſa diuerſitatis? Calor, ait Galen., in maribus quidem fortior, qui protrudere poteſt: in fœminis autem debilior, qui intus relinquit. Hinc (dicunt quidam) fit, vt aliquando ex fœmina fiat mas. Inualeſcente enim calore

Vota puer ſoluit, quæ fœmina vouerat Iphis,

Vt Ouidius habet 9. *Metamorph.* Sed reuera hæc multiplicem incurrunt reprehenſionem. Prima & antiquiſſima Ariſt. eſt 4. *Gen.* 1., vbi Empedoclem (huius enim ſententia eſt, quam Gal. profitetur) falſe ridet, quod caliditatem & frigiditatem ſolam conſtituat cauſas ſexuum. Si enim ita eſt (inquit) vterus erit inſtar fornacis, in quam, ſi animal, iam partibus ſuis omnibus perfectum, ponatur, id quidem, quod vterum iam habet, ſi contingat incidere in calidum vterum, mas erit; id autem, quod penem iam habet, ſi in vterum frigidum venerit, fœmina erit. Præterea, cum cõſtet ex Anatomiis (inquit) in eadem vteri parte genitos fuiſſe gemellos, quorum alter mas erat, alter fœmina: quomodo dici poterit, vel caliditatem fuiſſe in cauſa, vel frigiditatem? Quandoquidẽ igitur mas à fœmina differt non tantum ὅλοις τοῖς μορίοις, τοῖς μεγάλην ἔχουσι διαφορὰν, *totis partibus, quæ magnopere inter ſe differunt*, pene & vtero; ſed & σύνολον τὸ σῶμα μεταβάλλεται, *totius corporis habitus cum ſexu mutatur*: quam cauſam dicemus eſſe eius rei? Naturam, quæ & inſtrumenta cuique actioni commoda fabricatur, & facultates ipſis indit conuenientes, manui v.g. ſic factæ, facultatem apprehendendi, oculo ſic facto facultatem videndi. Ergo cũ facere vellet animal tale, quod ſemen excoctum in aliud inderet, dedit etiam illi talia inſtrumenta. Hæc ſunt duplicia. Si enim mas debet excoquere tale ſemen, oportet etiã habeat tale cor. Ideo cor primo (tu vide, an nõ cõſentiat Gal. 4. *in* 6. *Epi.* 24.) omniũ gignitur tale, ſi mas debet ꝓduci. Vt autẽ ſemẽ hoc in fœminam poſſit deponi, oportet iterum habeat tale inſtrumentũ, qualis eſt penis. Et hic poſterius gignitur. Hoc eſt, ꝙ ex Gal. dixi ſupra *l.* 2. *c.* 21. Genitale vtriuſq; ſexus ſero generari. Ita de fœmina. Dicis, Ergone caliditas & frigiditas ſeminis heic nihil poſſunt? Poſſũt omnino, inquit Philoſophus: ſed ſunt cauſæ remotæ.

A Oportet autem in vnoquoq; negotio ad primas ꝓficiſci. Altera & recentior eſt Th. à Veiga, *Com. in* 6. *Loc. aff.* 5. vbi figmentum vocat hanç intus creatorum genitalium rationem. Quandoquidem (inquit) nullum aliorũ, quæ membrorum exſtant, intus prius ad perfectionem & integritatem formatum eſt, non manus, non pedes, non nares, non B aliud: quid iubet nos de genitalibus hoc cogitare? Reuocemus illi (Galeno) in memoriam, quæ ipſe ex Anatomia docet, de differentia vaſorum ſeminalium, & poſitu teſtium, quoniam muliebre ſemen intus manere debebat, in mare ad glandem ferri. Conſideremus vteri ceruicem (potius, ſinum pudoris) ſiquidem debet eſſe colis, ſed præ frigore latens, quam parum inter ſe conueniant (Diſ- C tenditur .n. in incredibilem magnitudinem, ꝓ mole fœtus exituri, &c. quæ vide, præſertim illud, quod de grano tritici. Si .n. hoc, vbi ob ſoli vitium non poteſt imprimere vim ſuam, degenerat in lolium, tritico ſimile, non in quamuis plãtam: quidni, vbi ſemen maris marem facere perfectum non poteſt, facit imperfectum? Hæc Hiſpanus: cui conſentit ꝑ omnia diſcipulus, Peramatus, *l. de Temp.* D *c.* 13. itemque Argenterius 2. *in Artem* 45. Quod ad mutatos ſexus, Riolanus 5. *Schol. Anat.* 1. conatur cauſam dare. Veruntamen, μάντις, *vates* potius (vt ex Ariſt. *l.c.* loqui licet) eſt, quam doctor. Vtut enim verum ſit, teſtes intus gigni, ceu vidimus ſupra *lib.* 1. ſcrotum tamen, & penem quoque intus primo fieri, deinde propelli, credam, vbi ei⁹ rei experimenta talia habuero, qualia de teſtibus dicta E fuere. Quamobrem ita puto, niſi vtriuſque ſexus genitalia adſint, non poſſe fieri mutationem, vel maris in fœminam, vel fœminæ in marem. Tum autem dicetur fieri mutatio, cum alterutrum fieri cœperit conſpectius, quam antea erat.

Cap. IX.

SVbolfecerat Mundinus vitium, & à F Laurentio erudite confutatum (ſic loquitur *lib.* 1. *c.* 19) agnouerat. Quamobrem cautius agit. Ipſius oratio *l.* 1. *c.* 4. habet hunc proſyllogiſmum. Natura nihil facit fruſtra, At Natura in fœminis fecit inſtrumenta, qualia in

viris, Ergo fecit alicui vſui. Hunc deinde excipit *c.*7. iſte ſyllogiſmus. Paria inſtrumenta pares habent vſus, At inſtrumenta illa in viris ſeruiunt coquendo ſemini, Ergo in fœminis quoq;. Ego heic pariter video duplicem reprehēſionem, & quidem vtramque veterem. Prima eſt Athenæi (fuit is ex vrbe Attalia, ſiue Pamphiliæ ea fuerit, ſiue Aeolidis, & meminit Gal. eius ſæpe) 2. *Sem.* 1., quam Auerroes quoque profitetur 2. *Coll.* 10. *& Paraphr. in* 1. *Gen.* 20. nec ingrata eſt Cæſalpino *in quæſt. Peripat.* Vaſa ſpermatica mulierum vna cum teſtibus ſunt eius dignitatis, cuius mammæ in viris. Hoc ita induco. Quemadmodum mammæ apud Galen. 7. *Vs. part.* 22. & Ariſt. 3. *Part.* 10 duplicem habent vſum, quorum alter communis eſt vtrique ſexui, alter proprius fœminæ tantum: ita vaſorum ſpermaticorum vna cum teſtibus. Vt igitur mammarum vſus primus & communis conuenit illi, qua homo, non diffitente ipſomet Galen. *l. c.*, σκεπάζειν τὰ περὶ τὴν καρδίαν, *tegere cor, & quæ ipſi adiacent*; ſecundus & proprius, qua talis, puta, qua fœmina eſt, quæ alimentum debet præbere fœtui: ita vaſorum ſpermaticorum, teſtiumque, primus & communis vſus eſt, qua homo generare ſibi vult ſimile, ἐπεγείρειν πρὸς τὰ ἀφροδίσια, *excitare ad Venerem*; ſecundus & proprius, qua talis, puta, qua mas eſt, qui debet fœtui præſtare ἀρχὴν κινητικὴν, *principium motus ad generationem*, vt cum Ariſtotel. Galenus loquitur. Hoc declaro ex Galen. ipſo 14. *Vs. part.* 11. *extr.* vbi admiratur naturam in eo quoque, quod vaſa ſpermatica fœminarum fecerit minora, non maiora ſcilicet quam vſus volebat. Amplius ex Coſtæo. *lib.* 5. *Diſq. Phyſ.* ita deduco, Similitudinem, quæ eſt inter vtriuſque ſexus genitalia, plane perſuadere, non eſſe eorum plane eundem vſum. Cur enim in maribus teſtes ſunt adeo magni, molles, ſpongioſi? cum in fœminis parui ſint, duri, minus ſpongioſi? Cur humor, quem vtriq; continent, tam diuerſus? Cur vaſa fœminarum tam breuia ſunt, extra quippe abdomen non protenſa? Cur vel nihil, vel parum intorta? &c. quæ vide, & adde, quæ alibi doceo *Com. in* 14. *Vs part.* 6. quod genitalia vtriuſque ſexus diffe-

A rant τοῖς σχήμασι, *conformatione*, videbis, opinor, me non hoc agere, vt te decipiā, qui mos eſt quorundam. Ni graue eſt, cogita illud quoque, quod Galen. ipſe docet 2. *Sent. Hipp.* 8. Inſtrumenta eadem ſint, an diuerſa, functionibus & vſibus debet iudicari. Inſtrumenta igitur genitiua quia contrarias habent functiones, hæc quidem dandi, illa autem accipiendi: quis, quæſo, tam facile cre-

B diderit, eundem habere vſum? Et hoc eſt, quod Auerroes ait *in* 1. *Gen.* 2. Operationibus, non figura, diſtingui partes. Quia igitur manifeſtum eſt, non tantum in genere, ſed in ſpecie quoque, non eſſe vtrorumque idem officium: quid fruſtra laboramus? In genere, inquam: quia hæc dant, illa capiunt. In ſpecie: quia dici non poteſt, actionem ſcroti eſſe actionem vteri, actionem pe-

C nis eſſe actionem ſinus pudoris. Quin imo, Galen. 5. *Vs. part.* 8. fatetur, viros pro fœminis habere partem peculiarem, καυλὸν, *colem*: idem *de Anat. vt.* 9. ſcribit, teſtes fœminarum, & forma, & habitu multum differre à virilibus: idem 1. *Sem.* 15 concedit, vaſa ſpermatica in fœminis longe breuiora eſſe, quam in viris. Si itaque Natura nihil facit fruſtra, cur fecit hanc diuerſitatem? Altera re-

D prehenſio eſt Ariſtot., ipſiuſque adeo Galen. Si enim fœmina differt à mare ἀδυναμίᾳ, *impotentia*; impotentia autem illa conſiſtit in debili calore: quomodo is tantum poteſt, quantum validus? Nimirum, vt Sueſſanus docet *in* 1. *Gen.*, conformatio (ita enim intelligo figuram) partium non agit. Sed ſi organa in fœmina eſſent eiuſdem caloris, cuius ſunt in maribus, tunc ſequeretur, quod

E eſſent eiuſdem operationis. Calor enim eſt cauſa ſeminis, non figura. Quid Mundinus noſter? Leui opera defungitur omni moleſtia. Primo negat, Mammas habere eandem rationem cum teſtibus, quod in mammis virorum non ſint glandoſa corpora, atq; ideo lac generare non poſſint. Deinde addit, Calorem non niſi commune eſſe inſtrumentum. Quod ad primam fugam,

F eſt illa Galen. 2. *Sem.* 1. τοῖς ἄῤῥεσι, πλὴν ὀλίγων ἤδη τινῶν, οὐκ ἔστι τὰ περὶ τοὺς τιτθοὺς ἀδενώδη σώματα, *mares, præter paucos quoſdam, non habent in mammis glādulosa corpora*: ſed

eſt

eſt Gal. pugnantis pro gloria. Quid e- A nim eſt atramento ſparſo fugere, ſi hoc non eſt? præſertim, quia fatetur, quoſ- dam habere? Ergone variant hæc ſecundum indiuidua? Quin omnibus maribus eſſe, ſine vi exſculpſeris *ex 7. Vs. p. extremo.* Cum enim, ceu dixi, duplicem illis aſſignet vſum, quomodo poſſunt alteri & communi ſatis eſſe, ſi glandibus deſtituuntur? Sed ſit ita: quorſum illa papil- B larum conformatio adeo ſimilis, vt mares non pauci lactauerint, quod hiſtoriæ teſtantur? Quare, ſi maxime calumniam à Natura auerteris in glandulis: quo tandem modo auertes in papillis? Bene igitur habet ſimilitudo Athenæi. Intelligebat hoc (credo) Syluaticus, *Controv. 79.* vbi vtitur illa pro ſe, & docet, Quemadmodum mammę virorum generant lac: ita vaſa ſpermatica fœminarum ſemen. C At, ô vir magne, generantne mammæ viriles lac ſecundum naturam? Non dices, vt ſpero, niſi forte fabulis, ex nouo orbe allatis, delectaris. Quamobrem, quod inter mille millenos vni forte accidit, non tribues omnibus. Ita autem oportet, ſiquidem reſponſus mutuus eſſe debet, inter mammas viriles, & vaſa ſpermatica fœminea. Quomodo vero cum aſſertione hac cohærent, quæ poſt- D ea ſubiicis? Deeſt mammis virilibus cōſenſus cum vtero: deeſt quoque congreſſus mammillarium deſcendentium cum epigaſtricis aſcendentibus. Si enim propter has duas cauſas mammæ viriles non generant lac: quei falſum dici poteſt id, quod dicitur? Quia etiam per te adſunt glanduloſa corpora, adeſt conformatio papillæ, vt lac effluere poſſit: quei dici poteſt, a gumentum non con- E cludere? Ego enim dico, Quemadmodum hæc adſunt, non tamen propter lac: ita illa adeſſe poſſunt, non tamen propter ſemen γόνιμον. At congreſſum vaſorum in abdomine quâ fronte negas? Memini me quærere à C. L. Bauhino, præceptore meo, cauſam eius rei, illum vero reſpondere mihi, Vaſa illa geminum habere vſum, alterum faciendi conſenſum, de quo loquimur: alterum, F nutriendi partes, per quas eunt, & hunc vltimum in viris quoque eſſe. Ita ego dicam, Vaſa ſpermatica in viris duo faciunt, ſemen gignunt, & partes, quas contingunt, nutriunt: In fœminis forte quibuſdam vtrunque faciunt, licet ſemen γόνιμον non ſit, in aliis omnibus nutriunt partes illas. Hâc autem de re mox iterum. Quod ad alteram fugam, eſt quidem ita, Calor eſt commune inſtrumentum: ſed niſi id bene ſe habeat, profecto actio non fit. Oculus ſenis cur tam maligne videt? eſtne cauſa in inſtrumento proprio, an communi? In vtroque. Oculus enim (præſertim tunicæ & humores) eſt ſiccior & denſior: calor vero etiam debilior eſt. De oculo verba ſunt Philoſophi *1. de Anima 4. t. 65.* ὁ πρεσβύτης εἰ λάβοι ὄμμα τοιονδὶ, βλέποι ἂν ὥσπερ καὶ ὁ νέος, *Si ſenex acciperet oculum talem, qualem iuuenis habet, videret vtique vt iuuenis.* Ratio eſt, Quia animæ nihil decedit. De calore eadem eſt ratio. Vegetus enim ille iuuenum calor, labente tempore ita debilitatur, frangiturque, vt denique prorſus concidat, & emoriatur. Quo loco ſi interfari voluerit Mundinus, Concedere ſe, ſemen fœmineum eſſe minus coctum: rogabo illum, An velit quoque concedere, propterea non eſſe γόνιμον? Sed hoc quidem poſtea videbimus.

CAP. X.

AT Natura nihil facit fruſtra! Hoc vero adeo certum eſt, vt principiū ſit Phyſicum, ceu docet Bonamicus *4. Motus 26.* Mihi duæ patent elabendi viæ, quarum altera eſt. Iam antea *Com. in 5. Vſ. p. 3.* docui, multa fieri propter neceſſitatem materiæ, quarum quædam finem habent, quædam non habent. *V. g.* Eclipſis propter quem finem fit? Propter nullum, vt docet Philoſophus *8. Metaph. 4. t. 12.* Pluuia cur cadit? Tu lege apud ipſum *2. Phyſ. 8. t. 76. 2. Part. 7.* Ita, quærere finem morborum eſt par inſania cum illa, quæ quærit, Cur ſolœciſmi fiant in Grammatica? Sed hæc quidem alio pertinent: huc vero faciunt, quæ modo laudatus Bonamicus in eiuſdem magni operis veſtibulo pene (*f. 23.*) docet, Naturæ opera æſtimari debere, non ex fine ſolo ſed ex materiâ quoque. *V. g.* Cur cornuta animalia carent ſuperiori dentium ordine? Quia materia abiit in cornua. Interim ita fieri præſtabat, vt alibi docetur. Cōtra, cur facti ſunt ſex digiti? cur duo, tres ue lienes? cur totidem re-

nes?

nes?cur vtriuſque ſexus genitale? Quia Natura eſt ſtudioſa analogiæ, impediunturque efficientium progreſſus ſuperante materia, vt loquitur ille. Vide Ariſt. 4. *Gen. 4. circa finem*. Cum igitur plus adeſſet materiæ, quam quinque digitis faciendis opus eſſet, potius quam faceret informem quãdam molem, fecit ſextum digitum. Ita de lienibus, de renibus, de genitalibus, de aliis. De talpæ oculis paulò aliter ex Ariſt. philoſophabimur, eodem tamen ſcopo. Cum Natura ſit ſtudioſa analogiæ, & ſemper faciat animal perfectum, niſi materia obſtet; quid faceret de illâ materiâ, quæ oculis deſtinata erat? Potius, quam locum inanem relinqueret, fecit oculos, ſed palpebras non diſcidit, quia vſus videndi non aderat in hoc animali. Ita de mulæ genitalibus. Ita ego de re noſtrâ. Cum vellet Natura vtrumque ſexum quam ſimillimum eſſe, in viris quidem fecit mammas: in fœminis autem teſtes & vaſa ſpermatica. Cum enim adeſſet materia, quorſum illâ vteretur, niſi horſum? Neque tamen carent illa omni vſu. Nam, vt dixi, mammæ quidem in viris obeunt alterum vſum, tegunt cor: vaſa autem earundem nutriunt partes vicinas, ideoq; dici non poteſt, eſſe fruſtrà. Ita teſtes quidem in fœminis faciunt ſemen, ſed quod alteri tantùm ſeruit vſui, vt partim dictum eſt, partim dicetur, vaſa autem ſpermatica nutriunt ſimul vterum, parteſq; vicinas. Quâ in re conſenſum habeo Bonamici 4. *Alim*. 22. Sed etſi hoc non eſſet: non debet tamen accuſari Natura, quod fruſtra aliquid fecerit, ſiquidem analogiæ, ſeu vnitatis conſeruandæ causâ fecit. Hoc oſtendo. Talpa (. vtitur hoc exemplo, non Ariſt. tantum 3. *Anima* 1. 1. *Hiſt*. 19. 4. *Hiſt*. 8. ſed & Gal. in hoc ipſo negotio 14. *Vs. p.* 6. 2. *Sem.* 5.) habet oculos, & bene conformatos: cui bono? Nullo alio, quam quo dixi. Quamobrem Philoſophus quoque ait, Modo quodam habet oculos, omnino vero non habet. Non enim videt prorſus. Quid ſi ego heic quoque tale quid auſim? Quemadmodũ talpæ oculi non ſunt oculi, quia non vident: ita partes iſtæ fœminarum non poſſunt, aut debent dici gignitiuæ, quia ſemen γόνιμον non faciunt. οὐ γὰρ πάντως τοῦ ἀνθρώπου μέρος ἡ χεὶρ, ἀλλ' ἡ δυναμένη τὸ ἔργον ἀποτελεῖν, ὥστε

A ἔμψυχος οὖσα· μὴ ἔμψυχος δὲ, οὐ μέρος, inquit 7. *Metaph.* 11. *non omnino manus eſt pars hominis, ſed tum demum eſt, cum facere poteſt id, ad quod facta eſt, ſi ſcil. animata ſit, ſin, ne pars quidem eſt.* Eodem ſenſu 2. *Gen.* 1. docet, partem inanimam, & quæ non agat rem, ὁμωνύμως eſse partem, non ſecus atque illa, quæ ex lapide, lignoué facta eſt. Neque à propoſito me auertat Syluaticus, qui *in Controu. ſuis* diſparitatem vult oſtendere. B Oculi, inquit, talpæ non vident, quia carent præcipua eorundem parte, tela aranea: at partibus genitalibus mulierum nihil deeſt. Nam ne repetam ſuperiora, veniat tantum Laurentius, & *ex* 2. *Anat. quæſt.* 7. afferat pauca verba, numero etiam differre vtriuſque ſexûs genitalia. Hoc, inquam, quid ſi dicam? Verùm, non vtar heic tam violento remedio: quin hoc dicam tan- C tum, quod modò attigi, & eſt altera via, per quam exeo. Partes genitales iſtæ fœminarum non ſunt fruſtra, quia habent vſum dictum. Hunc explico. Quid differt ouum ſubuentaneum, vt vulgò loquimur, à fœcundo? Non alio, quam quod fœcundum non ſit. Quemadmodum igitur abſurdum non eſt, gallinam parere ouum infœcundum: ita abſurdũ non eſt fœminam habere ſemen ἄγονον. D Hoc pulcrè ſtabilit ratiocinium Coſtæi, de quo nuper. Quod dum *cap. peculiari* laceſſit Mundinus, & tamen concedit diſcrimen inter vtrumque ſemen: oſtendit, ſe imparem eſſe huic negotio. Hoc enim vult Coſtæus, quia tanta eſt inter partes differentia, oportet ſit differentia in ipſo ſemine quoque. Quod autem differentiam illam accidentalem tantùm eſſe vult Mundinus, non eſſentia- E lem, perinde eſt, ac ſi dicerem, Oculum eburneum à viuo differre, non eſſentiâ, ſed accidente. Quid enim? Frigiditas ſeminis fœminei quæ facit illud ἄγονον, poſſitnè dici accidens? Certe, propter illud, vix ſemen dici poteſt, quia, quod ſemen maſculum facit, facere ipſum nõ poteſt. Quare etiam non debet ægrè ferre Mundinus, ſi qui ſint, qui nolint, aut prorſus ſemen appellare, ſed appellent, F vel virus, vel ſeroſum & crudum humorem, (. eſt enim ipſomet fatente, ſeroſius & aquoſius maſculo) aut ὁμωνύμως tantùm, inter quos Albertus M. 9. *Animal.* 1. & Conciliator *Diff.* 37. Formaliter e-

nim ſemen non eſt, vt ſolet loqui Bonamicus. At forma, ſicut dat eſſe ita nomen quoque dare debet. Quæ de teſtiũ vſu *cap.5.& 6.* Mundinus diſputat, nos non tangunt, ne dicam aliò pertinere.

Cap. XI.

Secundum Mundini argumentum conſiſtit in eo, vt probet, Fœminas habere ſemen. Hanc in rem inſtituit, non triplicem, ſed ſextuplicem Geryona, qui totidem gladiis animoſè ferit. 1. eſt, fœminæ habent teſtes, quorum alius vſus eſſe non poteſt, quam gignendi ſemen. 2. fœminæ ſine dubio emittunt ſemen. 3. fœminæ non minùs reſoluuntur, quam viri. 4. fœminæ non minorem (imò maiorem) voluptatem percipiunt. 5. fœminæ, ad Anatomiam paratæ, habent ſemen in teſtibus, niſi morbo extinctæ ſint. 6. fœminæ ſtimulantur ad Venerem, id verò non fit abſque ſemine. In huius rei probatione inſumit penè ſex integra cap., ex Laurentio, ni fallor, *2. Anat. quæſt. 16.* vbi conciſius & elegantius proponuntur. Vis argumenti conſiſtit in eo, quod ἀῤῥωστία τις διανοίας, *ſtultitia ſit quædam* negare, quæ in ſenſus incurrunt, *8. Phyſ. 3. t.22.* Hoc ipſum in ſeq. dicitur λίαν ἀμφισβητεῖν καὶ μάχεσθαι τοῖς φανεροῖς, *latè dubitare, & pugnare contra ea, quæ fieri ita omnes vident & intelligunt.* Quid nos dicemus? Qui initium huius libri legit, iam ſcit, me cum Gal. *2. Sem. 4* nolle eſſe ſocium temeritatis illorum, qui negant in fœminis ſemen eſſe qualecunque. Credo enim ſenſibus, neque cogito labefactare veritatem rei, quæ in medio omnibus propoſita eſt, ratiunculis, vt Gal. *l. c.* loquitur. Quid ergò ampliùs à me vultis? Volumus, inquiunt, vt hoc ipſum ſemen credas eſſe γόνιμον. Non poſſum, inquam ego, etiam per ea, quæ Gal. ipſe docet *loco iam citato.* Fœmina, ait, non abundabit excrementis, niſi temperamento multò frigidior & humidior ſit. Si ita fuerit, ſemen neque ita copioſum (*habet id quoque l.1.c.9.*) vt opus eſt, neque calidum, neque craſſum (frigidius & humidius vocat *6. Loc. aff. 5.*) atque iccircò neque fœcundum gignet. Tale enim (addit) oportere ſemen fœcundum eſſe *lib. ſup.* oſtendimus. Et ſuprà audiuiſtis,

A Gal. *14. Vs. p. 7.* ex hâc ſententiâ hoc deducere abſurdi, Si fœmina habet ſemen γόνιμον, poterit ex ſeipſâ & in ſeipſâ generare. Et hæc quidem duo Gal. argumenta contra vim actiuam ſeminis fœminei Mundinus habeat in anteceſſum.

Cap. XII.

B Tempus enim poſtulat, vt veniam ad vſus ſeminis fœminei, quos illi non minori ſolicitudine numerant, quam Cyclops olim oues ſuas. Horum primus & præcipuus eſt, Quod habeat quoque vim actiuam, vt maſculum. Ego in fronte aciei ponam *illud* Mundini *argumentum*, quod ex Gal. deſcribit *2. Sem. 1. extr.*, aitque tantæ eſſe efficaciæ, vt maximâ ex parte impulerit ſe in hanc ſenten-

C tiam. Effectus communis, inquit *l. 1. c. 10. & 16.*, communem deſiderat cauſam, Similitudo natorum eſt effectus communis, Ergò. Declarat autem hoc modo. Nati modò ſunt ſimiles patri, modò matri: ideò dici non poteſt, quod ſimilitudo illa ſit, vel à patre ſolo, vel à matre ſolâ. Oportet igitur ſit à cauſâ, quæ & patri & matri eſt communis. Cauſæ autem cum non niſi duæ ſint,

D ſemen & ſanguis menſtruus; ſanguis verò proprius ſit fœminæ: à ſemine erit ſimilitudo, quippe, quod & à matre & à patre eſt. Ego illud annoto, Mundinum non ſine cauſâ prædicare vim huius argumenti. Nam & Gal. *cap. 2. ſeq.* coegit dicere, Fœminam σπερμαίνειν γόνιμον, *ſemen fœcundum habere*: qui *in de Vs. p. l. c.* refutat eos, qui volebant, fœminam σπερμαίνειν γόνιμον. Quod verò culpam ipſius

E clariorem reddit, eſt. Cum *ab initio cap.* fœcunditatem tribuiſſet ſemini: *in progreſſu* tribuit ſanguini menſtruo. Reddit & hoc clariorem. Cum de fœminis fœcunditate agitur, non quæritur de aptitudine materiæ, in quâ animam vegetatiuam eſſe, non negatur: ſed de animâ ſenſitiuâ, quam à ſolo mare eſſe dicimus. Cæterùm, argumento ipſi oppoſuit Auerroës, (ex *2. Phyſ. 2. t. 29.* vt apparet.)

F *Paraph. in 1. Gen. 20.* ingenioſam (. vt Mundinus ipſe fatetur.) reſponſionem. Propoſitio, inquit, maior non eſt vniuerſalis: quare dicere poſſum, ex puris particularibus nihil ſequitur.

Sed

Sed cur non eſt vniuerſalis? Quia valet tantum, cum de vno cauſarum genere ſermo eſt, non autem, quando de diuerſis. *V. g.* Calceus eſt effectus communis, & Titii ſutoris, & Caii ſutoris: quia vterque eſt efficiens calcei. Calceus idem eſt effectus communis & Titii ſutoris, & Caii coriarii: quia ille quidem efficit, hic autem materiam præbet. Ibi recte dico, Effectus communis habet communem cauſam: quia vtrobique eſt habitus calceolarii. Heic non recte dico: quia alius habitus facit calceũ, alius præparat corium. Ita heic non recte dixero, Similitudinem eſſe effectum communem: quia pater & mater non habent ſe ad inuicem, vt ſutor ſe habet ad ſutorem; ſed pater, vt ſutor: mater, vt coriarius. Mundinus cum ſperaret (. ſic loquitur.) ſe falſitatem huius ingenioſæ obiectionis patefacturum, accipit tanquam probatum id, de quo controuertitur. Nam hoc tantùm dicit, Semen fœminæ concurrere etiam effectiuè, ideoque eandem ſpecie cauſam eſſe, efficientem vtrobique. Hoc verò ille nondum probauit, neque in æternum probabit; licet alterum tantum olei, operæque inſumat. Ne tamen quid inauſum relinquat, quinque farcit cap., quib. folia tribuit quindecim; vt vel in vitis Peripateticis vim illam effectiuam ſibi extundat; tandemque *cap. 16.* longiſſima oratione; per vndecim quippe folia, vnum illud Auerrois argumentum vellicat. Bone Deus, quid eſt facere, vt papyrus carò væneat, ſi hoc non eſt? Ego Achilleum illud argumentum ita mutò *ex l. 1. c. 12.* Similitudo eſt communis effectus, non patri tantùm & matri; ſed fratribus; ſororibus; imò auis, abauis, atauis; 1. *Gen.* 18. 4. *Gen.* 3. Ergo dari debet cauſa quædam communis. Illa quomodo ſemen erit, quoniam iſti nihil ſeminis tribuunt? Dedit aliquam Ariſtot. 4. *Gen.* 3. quam Stoici receperunt poſteà. Vt enim eſt apud Gal. *in Def. Med.*, Zenò Cittieus definiebat ſemen σύμμιγμα τῶ τῶν προγόνων γένες, *miſturam gentis auitæ.* Vide ſupra *l. 1. c.* 12. Argenterium 2. *Com. in Art.* 44. *ſub finem*, Valleriolam 1. *Loc. còm.* 17. Atque hæc longè veriſimilior eſt tuâ; ô Mundine, in quâ tamen hactenus conquieſcere non potui. Verùm; vt de tuâ

A loquar; cognoſce, quæſo, verba Gal. 2. *Sem.* 5. Si, (inquit,) ex ſemine, quod prævalet, ſimilitudo exſiſtit; omnes nati partes alteri tantùm parenti, cuius ſemen prævaluerit, ſimiles erunt; quod tamen nequaquam euenire conſpicitur. Ibidem cauſam quærit trium ſimilitudinum, itaque concludit. Similitudo generalis (vt ſic dicam) puta; quod homo generat hominem; equus equum; B pendet ex ſubſtantiâ ſeu eſſentiâ principiorum. Ex ſemine enim & ſanguine humano fit homo, ex equino equus. Similitudo ſexûs pendet à materiæ conditione, vt ſi calidior ſit, frigidiorvè. Ex illâ enim mas fit; ex hâc fœmina. Similitudo formæ, de quâ nos agimus; pendet à facultate formatrice. At facultatem formatricem tribuit Gal. (vt vidimus) ſoli ſemini maſculo. Tu verò; Mundine; C cum tribus fœmineo quoque, annon incurris reprehenſionem illam, *de quâ* 14. *Vſ. p.* 7. quæ vetat conſtituere ἀρχὰς ἀλλήλαις μαχομένας; *principia in ſe inuicem pugnantia?* Si enim vis formatrix maris vult facere marem; vis formatrix fœminæ fœminam: quid fit? Si vis formatrix maris vult ſibi facere ſimilem; fœminæ item ſimilem: quid fit? Et hoc eſt; quod Stratonico Phyſico obiicit Gal. D *l. c.* & ex Ariſtot. 4. *Gen.* 3. *princ.* pulcrè deducit Baſſus 2. *Decret. Hipp.* 8. Si ſimilitudo eſt ex victoriâ alterutrius ſeminis, cur modò fœtus patri eſt ſimilis, modò matri? Ego in adoleſcentiâ meâ tam ſui ſimilis matri meæ, vt qui hinc proficiſcerentur GOTHAM, viſâ tantùm illâ dicerent; Hæc eſt mater Hofmanni. Vicit ergò ſemen patris mei: quia natus ſum mas. Vicit quoE que ſemen matris: quia facie ſimilis ſum matri. Sed nihil dicamus de ſexu. In pugnâ illâ; cum vis formatrix ſeminis paterni, volebat ſibi fœtum ſimilem facere; vis formatrix ſeminis materni ſibi ſimilem: quî factum eſt; vt illa vinceretur; hæc vinceret? Scio quid Empedocles dicat apud Cenſorinum; cui conſonat Mundinus *c.* 19. Varolus 4. *Anat.* 5. Si par vtriuſque ſeminis calor fit, marem fieri ſimilem patri; ſi in pari frigiditatis gradu; fœminam matri F ſimilem; ſi patris calidius fit; matris frigidius, marem ſimilem matri. Cui non diſſimilis oratio cum legatur apud

Lactantium; *l. de Opif. Dei* 12. fuerit fortè & illa Empedoclis; niſi ſi differentia in eo eſt; quod non ad qualitatem ſeminis refert, ſed ad copiam. Quidquid ſit; addit ibidem, Si contingat, ſemen, quod maſculi autor futurum erat, incidere in læuam vteri partem, fieri quidem marem; ſed qui aliquid fœminei habeat: ſi in dextram, quod aptum erat gignendæ fœminæ, fieri fœminam, ſed virilem. Scio, inquam hæc: ſed vereor, vt de illis rectiſſimè è ſuperioribus repeti poſſit illud Ariſtotel. 4. *Gen.* 1. *λίαν πόῤῥωθεν εἶναι τῆ ἀπτεσθ τῆς αἰτίας, nimis longè abeſſe, quò minus attingant veram cauſam.* Idem dicam, de impreſsione ſimilitudinis in ſemen, vel paternum, vel maternum. Niſi enim ex omnibus partibus deciſum eſt, quomodo poteſt veſtigia partium habere? Nec ſubleuat quidquam, quod dici poteſt, ratione ſpirituum ſemen eſſe ex toto. Non magis enim his aliquid imprimas, quam Ouidius in vento & rapidâ ſcribat aquâ. Dicis, Quam ergò dabis cauſam ſimilitudinis? Materiam fortè? None-go: qui conſentio Mundino, quin imò Gal. 2. *Sem.* 1. & 5. à vi plaſticâ eſſe hanc ſimilitudnem. Reuerà ita accidit, vt quis, vel huic, vel illi ex conſanguineis fiat ſimilis, quia & rariſsimè fit, & ſæpe aliis extra ſanguinem quoquo modo ſimiles ſumus. Contingentium autem rerum ſcientiam nullam eſſe nouimus. Cæterùm, quia Mundinus rogat ſtudioſos, vt videant, quæ ad argumentum Auerrois dicat Syluaticus, *Controu.* 79. nolui ego quoque mihi deeſſe, ſi quid, vel tandem diſcere poſſem. Inueni autem hæc verba: Reſponderet Gal. & diceret, Si à materiali cauſâ, vt materialis eſt, nulla prouenit actio, ergò fœmina concurret cum viro in eodem genere cauſæ ad producendam ſimilitudinem. Quaſi hoc vellet, Certum eſt, matrem dare ſimilitudinẽ, ergò dat, vel quatenùs ſemen prolificũ confert, vel quatenùs materiam. Non hoc vltimo modo, quod materia, quà materia, nihil agat, Ergò illo priori. Heic quid noui eſt, ô Mundine, præter id, quod à te audiuimus? Quæram enim iterum, Si alterutrum ſemen facit ſimilitudinem omnem, vnde eſt illa, quæ ad a-

A uum tendit, ad auiam? A Syluatico autem (niſi is ab alio accepit, non inſpecto loco) cupiam intelligere, vbi ſint illa verba 14. *Vs. part.* 7. fœmineum ſemen habere aliquam vim efformandi? Nam quod de conceptione ouorum ſubcutaneorum Gal. ſcribit, longè aliò tendit, vt contextus docebit illum, qui cum attentione legere volet. Omninò autem reſpiciunt illa, quæ 2. *Gen.* 5. docet Phi-
B loſophus, *ὅτι δύναται μεχρί τινος τὸ θῆλυ γεννᾷν; quod fæmina aliquo modo poſſit intra ſe generare.* Quo autem? Præbitâ materiâ, quæ ipſa quidem animam vegetatiuam habeat, poſsit autem capere animam ſenſitiuam. Et hæc eſt actio fœminæ in generatione, non diſsimilis ei, quam coriarius præſtat ad confectionem calcei. Sed iam deferamus oportet ſimilitudinem, quæ ruit illo ſolo, Si eſt à
C ſeminis vi actiua, quomodo poteſt quis ſimilis eſſe auo, auiæuè? fratri, ſororiuè? Nam neque Cardanus cum 2. *Contrad.* 2. *tr.* 6. *cap.* 18. multa pro ſimilitudine dixiſſet, quidquam ad hoc reſpondet. Vide amplius Th. à Veigâ, *Com. in Art. cap.* 48. Bonamicum 5. *Alim.* 34. Valleſium 2. *Contr.* 8.

CAP. XIII.

D

ALterum argumentum pro vi actiuâ ſeminis eſt *cap.* 11. vbi, enumeratis ſeminis boni & laudabilis conditionibus, concludit, Semen fœmineum eſſe *γόνιμον*. Harum 1. eſt. Semen eſt aliquid ex ſanguine excoctum, Tale eſt fœmineum. 2. Semen eſt ſpirituoſum; Tale eſt fœmineum. 3. Semen eſt craſſum ex coctione, Tale eſt fœmineum. 4.
E Semen eſt album ex admiſtione ſpirituum, Tale eſt fœmineum. 5. Semen fit tale in plexibus labyrinthéis vaſorum ſpermaticorum, teſtiumque, Idem accidit in fœmineo. 6. Semen cum voluptate excernitur, Idem fit in fœmineo. Si ergò (vult dicere) habet requiſita veri ſeminis: quidni verum ſemen ſit? quidni fœcundum? Quid nos? Id quod Hippius θ.88. Vis ἐνεργητικὴ
F male colligitur ex iis, quæ ſemini etiam non fœcundo (quale puerorum & ſenũ, inquam ego) & ouis ſubuentaneis inſunt, &c. cum rectius à fine, cuius gratiâ

mas

mas à Natura inſtituitur, & à fœminâ diſcernitur. Ab hoc enim pendet membrorum definitio, 4. *Meteor.* 12.7. *Metaph.* 11. Et hoc eſt ipſiſſimum, quod toties iam dictum eſt, Semen fœmineum omninò eſt ſemen, ſed ἄγονον, *infœcundum*, quia ἄτονον, ὀλίγον καὶ ὑδατῶδες, *infirmum, paucum & aquoſum*, vt Stoici loquuntur apud Laërtium, quibus aſtipulari Galenum ex ſuperioribus patet, vbi duæ ipſius proferuntur rationes, vim actiuam huius ſeminis impugnantes. Has ſtabilio iam tripliciter ex ipſo Mundino *cap.* 14. 1. Veſalius docet 5. *Anat.* 15. teſtes fœminarum ſunt minores, At minora ſunt frigidiora. Idem docet ibidem, Vaſorum ſpermaticorum mediam tantùm partem ad teſtes ire, Ergò dimidium tantùm ſpiritûs quoque eò it. 2. Cauſa finalis eſt omnium principaliſſima & nobiliſſima, At propter caliditatem teſtes maſculi ſunt extùs, & quidem multis tunicis inuoluti, contrà quā fœminei. 3. Omne agens aſſimilat ſibi paſſum, At teſtes fœminarum ſunt frigidi, Ergò ſemen quoque. Licet autem hæc principaliter ſint directa contra Valleſium 1. *Contr.* 9: ſeruire tamen huic quoque negotio, ne Mundinus quidem negabit, ſpero. Reſponſionem enim parans ad argumentum, diſtinguit inter agens principale ſeu perfectum, & minus principale ſeu imperfectum: illud quidem tribuit mari, hoc autem fœminæ, tandemque concludit, Semen fœminæ eſt agens minus principale ob calorem debiliorem. Hoc alii breuiùs & conciſiùs efferunt, Nos cum Gal. dicimus, Semen fœmineum eſſe quidem fœcundum, ſed non eouſque, vt per ſe abſq; viri ſemine poſſit generare. Quid heic nos amplius? Ne ipſe quidem Mundinus tàm eſt rerum imperitus, vt credat, reſponſionem hanc exhaurire omnes difficultates! *Primò* enim obuerſatur illi dubium ex Valleſii *l.c.*, quod porrò reſpicit illud 2. *Controu.* 7. de quo ille *cap.* 15. Cur non quædam fœmina generet ex ſe? Quo de quia actum eſt nuper, non eſt cur repetam. Reuerà enim nihil ſolidi contra argumentum Gal. afferri poteſt, nedum φλυαρία illa Mundini *c.* 12. & 13. quà contendit, vegetatiuam eſſe eandem cum generatiuâ. Quare *ſecundo* loco dubitat, Cur natura in fœminâ

A inſtituerit ſemen fœcundum, cum in mare etiam anteà inſtituiſſet? Et declinat reſponſionem, cum affert vſus ſeminis fœminei reliquos, de quibus ſeorſim agendum erit. *Tertio* loco quærit, ſiquidem ſemen fœmineum dicitur augere molem maſculi, cur Natura maſculum non fecerit in eâ quantitate, quæ ſola ſufficere poterat? Et reſpondet, Naturam hoc cauiſſe, ne mas nimiùm de-
B bilitetur, quando ſic quoque valdè officit viribus. Valeat hæc ratio, quantùm valere poteſt, vt ipſe alicubi loquitur. *Quarto* argumentum Coſtæi affert *ex* 5. *Phyſ. diſq.* Semen fœmineum, aut eſt paris cum maſculo efficaciæ, aut imparis. Non paris: ita enim futurum erat, vt fœmina longè ſit præſtantior mare, quippe, quæ & agendi & patiendi principium in ſe habeat. Non imparis: ſcire enim
C volo, quo, aut quâ facultate adiuuet actionem maſculi? Siue enim calorem, ſiue viuificam vim ſuggerere illi dixeris, ipſa res id redarguet. Calor enim minor non poteſt intendere calorem maiorem. Eadem ratio eſt facultatis debilis ad validam. Imò verò (addit Coſtæus.) ſi ſemen fœmineum debet maſculo eſſe adiumento, oportet ſimul & ſemel excernantur, quod nō ſemper fit.
D Quid heic Mundinus audet? Remittit nos primò ad Fernelium 7. *Phyſiol.* 8. & Laurent. 2. *Anat. quæſt.* 23. qui miſcellam vtriuſq; ſeminis mirificè prædicant. Deinde addit, Semen fœmineum, neq; calorem, neq; vim viuificam ſemini maris ſuggerere: ſed ſeminis maris actionem ab illo adiuuari, quatenùs auget copiam ipſius, vt ſufficiat delineandis omnibus partibus. Deûm atque hominum fidem,
E quid audio! Si non auget, aut calorem, aut vim actiuam ſeminis maſculi, quorſū dicebas eſſe agens minùs principale, & abſque quo principale non poſsit prodire in actum? Quorſum etiam, cum ſermo nobis ſit de primo ſeminis vſu, tu deducis nos ad alterum? Quid iſthuc verò eſt? Si ſemen fœmineum nihil horum facit, cur in veſtigio dicis, rationi conſentaneum eſſe, Virtutem efficientem ſeminis ma-
F ris corroborationem aliquam accipere ex acceſsione virtutis ſeminis fœminæ? Mundinus ergò hâc in parte planè nudus eſt. Nudior verò etiam in *Quinto* eſt, quod pariter ex Coſtæo eſt *l.c.* Si Vis for-

matrix eſt in ſemine maris,& eſt præter-eà in ſemine fœminæ, ad vnius fœtûs formationem concurrent duæ formatrices. Quam enim inſtantiam dat de Vegetatiuâ ſanguinis mẽſtrui,nulla eſt. Eſt enim mera materia ſenſitiuæ, vt alibi docetur. Quod verò addit, Ex commiſtione vtriuſque ſeminis fieri vnam formam, vnamque facultatem operantem:monſtrum eſt in Philoſophia, de quo mox plura. Iam enim rationes illas in vnum faſcem colligo,vt videnti & loquenti Mundino adimam vim actiuam ſeminis fœminei. 1. Si habet ſemen fœmineum hanc vim: cur fœmina ex ſe nõ generat? 2. Si ſemen maſculum accepit vim actiuam:cur eandem accepit fœmineum? 3. Si maſculum non habebat ſatis virium: cur natura non auxit illas? 4. Si fœmineum habet minores vires: quo modo poteſt augere maſculi vires maiores? 5. Si concurrunt diſtinctæ vires efficientes:annon dici poteſt, Vnum effectum eſſe à duabus efficientibus, non in ſe coordinatis? Quem enim quidam à Creatore in naturâ ſancitum ordinem mihi dicunt:illum ego nondum vel probabiliter aſſertum vidi. Neque enim ſufficit dixiſſe.

Cap. XIV.

HOc poſterius quia eſt monſtrum illud, de quo dicebam; illi autem vnicè in eo ſe firmant: age videamus, quale ſit? Primum ebullitionis principium ſolius viri calori ac perfectioni debetur,inquit quidam: vbi verò ſecundus labor ſuccedit, quo partes diſpoſitæ efformantur, à virilis ſeminis calore actuatum, ſimul quoque actione propriâ concurrit, & opus generationis vnà cum ſemine paterno continuare nititur. Et mox: Quatenùs primum generationis tempus conſideramus, principium effectiuum ſolum penes virile ſemen ſtatuitur. Qui meminit ſuperiorum;immò verò, qui intuetur verba ipſa: non obſcurè agnoſcat in illis σύστασιν καὶ αὔξησιν,de quibus tam multa diximus. Quod ſi ita eſt,cui veriſimile fiat,ex corporaturâ ſeminis maſculi fieri quidem partes omnes:ex ſemine autem fœmineo denuò fieri? Sed & repugnat hoc propriæ ſententiæ, quæ partium augmentationem,

A non à ſemine, ſed à ſanguine petit. Verùm, non repugnet: Quomodo imaginabile eſt, vbi ſemel per ebullitionem partes factæ ſunt, & perfectæ, illas iterum fieri,ſeu, vt loquitur ille, efformari? Quomodo imaginabile eſt, ſemen fœmineum tam diu quieſcere, vſque dũ partes ſint perfectæ? vbi interim ſpiritus ipſius viuifici, quos tantoperè prædi-
B cant? quos actionem propriam habere dicunt? Quomodo imaginabile eſt, ſi ſemen maſculum in partes abiit, poſſe illud tamen actuare fœmineum? maximè, ſi fœmineum anteà purè paſſiuè ſe habebat,quod eſt, in partes abſumebatur? Ego hinc nihil aliud exſculpere poſſum, quam bis generari partes ſpermaticas, quin, ſecundam generationem fieri ex ſemine fœmineo rediuiuo. Vbi enim
C paſſum fuit,tum(.ſi Diis placet.)reſumtis viribus inſurgit,& agit. Neceſſe igitur eſt,reſolui iterum in ſemen,&c. Sed ſint hæc omnia nihil: Quid fit de duplici efficiente, quẽ Philoſophia (.his quidẽ terminis.)non admittit? Si enim ſemen maſculum poteſt agere *perfectè*,& *ſolum* ſine auxilio alterius: quorſum opus eſt ſuccenturiato? & quidem poſt opus abſolutum ſe moliente? poſtquam vim omnem
D amiſit:non tam propter moram tot dierum,quam quia in partes abiit? Quantò prudentius Gal.14. *Vs.p.7.* poſt refutationem eorum, qui vim actiuam ſemini fœmineo dabant, Satiùs eſt, inquit, ſemen maris motûs principium ſupponere:fœminæ verò ad animalis generationem *aliquid* conferre. Tu putà, non actiuum quid. Iam enim id ablegauerat. Videbat,vt puto,hoc alius: ideò addit, A-
E ctus,qui in ſemine fœmineo inſidet, eſt veluti potentia,ſi ad ſemen viri conferatur. Quo modo autem,mi vir? Quemadmodum calor, partibus inſitus, nihil agit,niſi ab influente cordis illuſtretur: ita ſemen fœminæ nihil poteſt, niſi à maſculo quaſi animetur. Quid dicam heic aliud,quam vulgatum illud, Simile nihil probat? Quid verò obſtet huic actuationi,dicetur in ſecundo vſu. Si vis,abi ad
F Bonamicum 4. *Alim.*21.& cognoſce vanum quorundam laborem,quem ſumunt in coniungendo cum hoc agmine Ariſtotele.

Cap.

CAP. XV.

AVdacior, quam doctior alius, Maſculum,inquit,ſemen ex ſe nihil poteſt,ſed opus habet auxilio fœminei. Pariter, fœmineum omnino imperfectum eſt,& perfectionem ſuſcipit,vbi mixtum fuerit cum maſculo. Nihil igitur abſurdi eſt,ex duobus entibus imperfectis fieri vnum perfectum, & duas imperfectas ſpecies miſceri, duoq; imperfecta principia fieri vnum perfectum,inconveniẽs non eſt, nec impoſſibile. Huic ſuccinit alter, paullò modeſtior, Duæ partiales cauſæ, ait, quarum vtraque eſt imperfecta, concurrunt heic ad vnius rei generationem. Heic iterum miror iſtos homines, dum Galenum defenſum eunt, tam procul ab ipſo diſcedere! imo, tam craſſam ignorantiam illi obiicere! Profecto,ſi Galenus potuiſſet, conſtanter excluſiſſet ſemen fœminæ à vi activa:at vero quia obſtabant illi duo illa,quæ *cap.11. proximo* dixi,nutauit. Quę dum declinare ſtudenti ſti, & impii ſunt in Deum, & iniqui in Naturam. Quid enim?Semen maſculum eſt imperfectum? vnde id didiciſti? Quæſo,noli nobis quoque inuidere ſapientiam illam? An quia ſemen fœmineum eſt imperfectum (.ne ſpiritus ipſius ſint otioſi.)maſculum quoque eſſe oportet? Quin ita potius argumentaris, Quia ſemẽ maſculum eſt perfectũ, ideò nõ opus eſt ſemine fœmineo? Cur igitur (dicis)factum eſt ſemen fœmineum? cur ſpirituoſum? cur in plexib⁹ labyrintheis elaboratum? Dicetur id infra:modo examinabo id,quod alii dicunt, Quæ gradibus differunt, non differunt ſpecie, At ſemen fœminæ gradu tantum differt à maris, Ergo. Reſpondeo, non eſt nobis ſermo de eſſentia, ſed de proportione agentis ad patiens. Quemadmodũ igitur (verba ſunt Gal.3.*Temp*.4.) centeſima vnius ſcintillæ pars,eſt quidẽ omnino genere ignis,adeo tamen non vrit aut calefacit,vt corpori incidens ne ſenſum quidem ſui faciat; quemadmodum frigidæ aſperginis centeſima pars,non modo nihil refrigerat, aut offendit, ſed nec ſenſum ſui præbet:ita ſemen fœmineum eſt

A quidem ſemen, at fœcundum non eſt quia ad illum caloris gradum non aſcendit,qui generat. Hoc probo. Ariſt.2.*Gen*.4.ſcribit,Semen adoleſcentum eſſe ἄγονον,*infœcundum*,quare? ὅτι ἔχει ἐλάττω θερμότητα ψυχικὴν,δι' ἀπεψίαν,*quia habet minorem calorem animalem, ob inconcoctionem*. Et 4.*Gen*.2.Nouella ætas,ſeneſcẽſq; fœminas potius generat, quã mares, quare? ὅτι τοῖς μὲν ὄπω τέλειον τὸ θερμὸν· τοῖς δὲ ἀπολείπει. πάντα B γὰρ τοιαῦτα γίνεται δι' ἔνδειαν θερμότητος φυσικῆς, *quia adoleſcentes quidem nondum habent calorem perfectum, ſenes autem deſierũt habere. Nimirum,omnia hæc fiunt ob defectum caloris naturalis*. Vnde ſic infero,Si ſemẽ maſculum requirit certum caloris gradum, vt vel omnino generet, vel marem generet:quanto magis ſemen fœmineum requiret? Eſt enim, vt *ex* 1. *Gen*. 20. dictum fuit ſupra, forma pueri eadem, quæ fœ- C minæ, καὶ ἔστιν ἡ γυνὴ, ὥσπερ ἄῤῥεν ἄγονον, *& eſt fœmina, vt mas ſterilis*. Differunt autem, quod quemadmodum mens fęminæ eſt ἄκυρος,*irrita & imbecillis, & quæ perfici non poteſt*,(ideo,Hipp.autore *in Epiſt.ad Dionyſium*, ἀεὶ χρήζει σωφρονίζοντος, *ſemper indiget duce ad meliora.*) pueri ἀτελὴς,*imperfecta,ſed quæ perfici poteſt,1. Polit.9. ſeu 13*:ita vis generans in fœmina nunquã fit talis,qualis tandem in puero. Eiuſdem verba ſunt D 2.*Gen*.6. ἐν τῷ σπερματικῷ περιττώματι θερμότης ἐνυπάρχει τοσαύτη, καὶ τοιαύτην ἔχουσα τὴν κίνησιν καὶ τὴν ἐνέργειαν,ὅση σύμμετρος εἰς ἕκαστον τῶν μορίων, *In ſemine eſt tantus calor, talemque habet motum & vim, qualis vnicuique membro conueniens eſt. Nam* (addit) *quantum vel deficit ille, vel ſuperat, tantum deeſt parti factæ, non ſecus ac in iis fit, quæ foris ad cibum parantur,alioſque vſus. Sed in his quidem ipſi moderamur caloris modum, motum-* E *que: in illis Natura eius indiuidui, quod ſemen confert*. Idem plane docet 4.*Gen*.2.cum ait, ſemina opus habere συμμετρίας πρὸς ἄλληλα,*proportione ad inuicem*. Nam quæcunque (inquit) vel à natura, vel ab arte fiunt, λόγῳ τινί ἐστιν, *certam inter ſe commenſurationem deſiderant. Secus enim ſi fiat, nimius quidem calor exſiccat : minor autem cruditatem facit*, ἀλλὰ δεῖ πρὸς τὸ δημιουργούμενον ἔχειν τὸν τοῦ μέσου λόγον, *ſed* F *oportet, vt calor faciens habeat ſe ad rem faciendam proportionaliter*.

Et *c*. 7. *ſeq*. τὸ κύημα πάσχει ταὐτὸν ἐν τῇ

 μήτρᾳ,

μήτρα, ὅπερ ἐν τοῖς ἑψομένοις τὰ μολυνόμενα, οὐ διὰ θερμότητα, ἀλλὰ μᾶλλον δι' ἀσθένειαν τῆς θερμότητος, *Conceptui in vtero id accidit, quod cibis quibuſdam ad ignem corruptis, non ob incendium, ſed ob ignis defectum.* Quando igitur ad ſeminis maſculi fœcunditatem requiritur certus quidam caloris gradus; illum autem gradum ſemen fœmineum, de propriâ confeſſione, non admittit: non poteſt etiam fieri fęcundum, B ſeu (quod idem eſt) non poteſt acquirere vim activam.

CAP. XVI.

ALius quidam, verborum ſtudioſior, quam rerum, Semen, inquit, duplex eſt, quidquid garriant Peripatetici, &c: ſed maris ſemẽ τὸ πρῶτον ἔχον ἀρχὴν γενέσεως, fœminæ verò δεύτεραν. Maris ſemen maiorem efficiendi vim habet, quam fœmi- C næ: vtrumque tamen fœcundum, & ad generandum præpotens. Videtur autẽ id mihi dicere, quod alius quidã conciſius, Mas mouet principaliter, non omnibus modis. A quo cupiã ego intelligere, Quibus tandem? Quos quia non explicat, numero cum illis, qui nihil docẽt, & ad alterum conuerſus, Illuſtris Scaligeri verba, *Exerc.* 268. illi oggero. Sicuti forma non poteſt eſſe, niſi vna vnius rei: D ita principium, continens ipſam formã, non poteſt eſſe niſi vnum. Vnum igitur ſemen. Forma enim cũ ſit ſimplex & indiuiſibilis, ex duobus componi non poteſt. At componeretur, ſi ex mare prodiret ac fœmina. Hac ratione coactus eſt Ariſt. ſecludere fœmineũ ſemen, nactus & aliud argumentum à plantarum ſimilitudine, &c: quæ pertractata ſibi eſſe ait vberrimè atq; accuratiſſimè in libris de E ſemine genitali. Fuerunt autem ſeptem, (ponit argumenta penè ſingulorum *in calce Comm. in* 10. *Hiſt.*) forte ad imitationẽ, quin potius refutationẽ Athenæi, quem totidem libros pro Ariſtot. ſcripſiſſe, doceas ex Gal. 2. *Sem.* 1. Ex quibus hęc quoque affert, huius omninò loci atque ordinis. Nota eſt (inquit) in Philoſophia propoſitio, Species non miſcentur. Et probatur à primo Philoſopho. Si miſce- F rentur, fieret, vt eſſentiæ intenderentur ac remitterentur, At eſſentia omnis impartibilis. Item illud effatum ab omnibus receptũ eſt: Ex duobus entibus per

A ſe non poteſt vnũ ens per ſe fieri. Et mox: Ex duabus formis, tanquam ex partibus, non poteſt vna forma fieri, &c: quę vide, & cognoſce inde cauſam, Cur Ariſt. negarit ſemen fœmineũ eſſe ſemen? Hanc notam fuiſſe Gal. quoque, contrà quam putat vir illuſtris, auſim contendere ex iis, quæ *ex* 2. *Sem.* 4. 14. *Vs. part.* 7. iam bis attigi. Quidquid ſit: legerat iſta noſter, & conatus eſt reſpondere. Semina B (inquit) non ſunt animata, nec ipſa per ſe ſpeciẽ animalis cõſtituunt, ſuntq; adeo, ex Philoſophi decretis, entia imperfecta: miſceri ideo neceſſario oportet, &c. Hoc autem videtur dicere, Cum formę ſeminum non ſint actu, ſed potentia, miſceri nihil prohibet. Quin imo (inquam ego.) prohibet illud, quod actum habeant quendam, non nudam potentiam. Ex actu autem primo illo ſeminis, qui orga- C nis nõdum inſtructus eſt, cum fiat actus ſecundus, qui habet iam organa expreſſa: an-non, ſiquidem duo actus primi ſunt, duo quoque erunt actus ſecundi? duæ formæ? duæ animæ? Atque hoc ſibi quoq; dictum putent illi, qui negãt, eſſe formarum ſeu ſpecierum miſtionẽ, quod mas & fœmina non differant ſpecie. An in ſemine maſculo non eſt ſpecies humana: actu primo, vt dixi: Quare ſi in fę- D mineo quoque ſit, incommoda, quæ dico, præ foribus erunt. Licet autem actus illi ſint imperfecti: non conſiſtit tamen imperfectio in eo; quod opus habeant adminiculis externis: ſed in eo tantum, quod nondum ſint, quod fieri debent. Species enim humana, quæ in ſemine maſculo, deſiderat tantum expreſſionẽ organorum. Iidem agnoſcere poſſunt facilitatem ſuam in miſtione trium pal- E marum *ex Scalig. Exerc.* 106. *num.* 6. Licet enim tres illæ arbores coaluerint: tamen vnum actu dici non poſſunt. Revera σύναπτα potius ſunt, quam συμφυῆ, vt ſupra diſtinxi cum Ariſt. Sed ſint ſane συμφυῆ quoque: audebitne quis profiteri, in animalibus ſexu diſtinctis fieri tale, quale in plantis fit? Vt clarius dicam, Quemadmodum talea, ab hac pyro deciſa, & alteri inoculata, fert pyra ſui generis: ita F pars huius animalis coaleſcit cum altero animali in vnam eſſentiam? Omnino, ab imperfectis iſtis ad hęc perfecta progreſſus nullus eſt. Hæc ſi diligenter conſiderarit & detracto velo, ille, qui claram &

faci-

facilem eſſe ait reſponſionem ad argu- A menta Scaligeri: fortean mutabit ſententiam. Et cur reſponſionem illam non attulit? Deſiderabat, credo, hanc quoque ille, qui ſemen maris ait habere πρῶτον principium, fœminæ δεύτερον: ideo negat, ſemen fœminæ habere vim efficiendi. Habere autem tantum rationem fomitis, cum maris rationem ſcintillæ habeat. Indigniſſima viro bono fuga! Quanto melior erat erroris ſeu ignoran- B tiæ confeſſio?

Cap. XVII.

Modeſtior hac in parte Mundinus reliquis, tranſit ad *tertium* argumētum; quod ex obſeruationibus (.vt vocat.) farcit. Eſt autem vno verbo ab imaginatione deſumptū. Quæ res quia tam intricata eſt, vt opus habuerit integro libro, quē de Virib⁹ imaginationis cōfecit C magna cura Th. Fienus: non reprehendar, credo, à lectoribus, ſi omnia illa heic intrudere nolim, & vero, ſi rem incertam pro certa non acceptem. Niſi fallor, vidit Mundinus debilitatem illius quoque, quod pro *quarto* habere poſſis, & dicitur à Syluatico non leuis momenti eſſe: ideo primo quidem *c.* 16. inſtantias quaſdam affert, deinde autem *c.* 19. ad aliam cauſam, eamque Ariſtotelicam D (.modo per ſemen fœmineum intelligas ſanguinem maternum.) refert. Argumentum eſt. Niſi fœmina conferret ſemen actiuum, quę cauſa reddi poſſit generatæ fœminæ? Habet hoc & Scaliger, *quo loco dixi*, vbi reſpōſiones quoq; parat, quas videant, qui volent. Mihi ſatis eſt illa, quæ modo fuit tacta *ex* 2. *Sem*: 2. & 5. quamque agnoſcit Philoſophus quoque 10. *Metaph*. 9. Materia facit alterutrum E ſexum. Eius generis ſunt nonnulla alia argumenta, forte eandem ob cauſam à Mundino prætermiſſa, quę afferā, propter illos, qui palmarium in iis ponunt. I. Relatio maternitatis, vt loquuntur, aut conſequitur actionem matris circa prolem, aut paſſionem, ſiue, Relatio inter matrem & prolem, aut eſt actiua aut paſſiua, Sed non eſt paſſiua, Mater enim, quà mater, non generatur, Ergo F eſt actiua. Reſp. Eſt actiua, quatenus generat. Vt enim Turriſanus 2. *in Artem* 52. ait, Virtus generatiua quodammodo eſt in vtroque, magis autem proprie in maſculo, quam in fœmella; ſicut in agente eſt. Eſt enim generare magis agere, quam pati. Concedo itaque totum argumentum, non quatenus mater ſemen confert, quod vim habet actiuam: ſed quatenus ſanguinem facit, qui eſt capax animæ ſenſitiuæ, quam pater dat. Hoc docent Conimbricenſes, *Com. in* 1. *Gen*. & *Cor*. 4. *quæſt*. 27. *art*. 1. Matrem quidem agere in generatione, ſed non proximè, hoc eſt; organiſando materiam per vim formatricem: ſed remotè, & ſuo quodam modo, eoque accidentario, quem intelligo cum Auerroe, Quo coriarius agit in confectione calcei. Si ergo maximè tibi concedam, Matrem agere, quatenus dat animam vegetatiuam: non concedam tamen, dare etiam animam ſenſitiuam, de quâ heic litigamus. II. Quidquid per ſe conuenit formæ alicui, conuenit omnibus, quæ ſunt ſub eadem ſpecie, Sed potentia generatiua actiua conuenit patri; Ergo matri quoque. Reſp. Ita eſt, ſi actiuum matris intelligas, vt modo explicui. Cæterum, eſt fallacia dictionis. Ita enim ſubſumere oportet, Sed potentia generatiua conuenit patri. Tum vero iterum concedi poteſt totum. Potentiam enim generatiuam eſſe duplicem, patet ex ſuperioribus, alteram, quæ generare poteſt in alio: alteram, quæ in ſe, idque ob diuerſitatem, non tantum temperamenti, ſed & partium genitalium. Tribus verbis: Satis eſt, ſi virtus generandi ſit in ſpecie; in ſexu nihil neceſſe eſt, vt fere Bonam. loquitur 4. *Alim*. 22. III. Potentia generatiua patris & matris ſunt eiuſdem ſpeciei, Sed patris potentia eſt actiua. Quis heic non videt, eſſe idem cum ſuperioribus? Tamen, explicatioris doctrinæ gratia aio, Sunt eiuſdem ſpeciei, puta, ad generationem hominis. Homo autem quia ſexu diſtinctus eſt, aliud affert mas, aliud fœmina. Quid ſi negem, ſi maximè mas & fœmina ſint idem ſpecie animal; 1. *Gen*. 23. propterea actus quoque in generatione eiuſdem ſpeciei eſſe? Vt enim Auerroes docet, *Paraph. in* 1. *Gener*. 20. in iis, quæ generantur ex duobus, alterum dat formam, alterum materiam. Impoſſibile igitur eſt, vt actus maris

& fœ-

& fœminæ ſint iidem ſpecie: quin oppoſiti ſunt, adeoq; ob id mas dicitur fœminæ *ἀντικείμενος, oppoſitus, 4. Gen. 3.* quin *ἐναντίος, cōtrarius, 10. Metaph. 9. 1. Gen. 18. 4. Gen.* 1. IV. Contraria ſunt in eodem genere, Mas & fœmina ſunt contraria. At maris eſt agere, Ergo fœminæ quoque. Reſp. eſt argumentum Logicum ſeu commune, de quo vide Bonamicum *loco iam dicto*. Sed & demonſtratum eſt, quomodo fœmina agat. V. Proprium viuentis eſt propagare ſibi ſimile, At ſi fœmina nihil agit, ne propagabit quidem. Alii ita formant. Generare eſt agere, At fœmina generat, Ergo agit. Iam toties dixi, quatenus agat, generetque, vt pudeat. Vtar modo Bonamici verbis 4. *Alim.* 20. Non quæritur, an fœmina ſimpliciter deſtituatur vi agente, ſed an hanc habeat, ſenſitiuam? Et hoc eſt, quod ex Ariſt. 2. Gen. 3. dixi ſupra, Naturam in quibuſdam fœminis generare *μέχρι τινὸς, vſque ad aliquid*, quomodo Cæſalpinus quoque claudit nobilem illam quæſtionem Peripateticam, multoties citatam. Hoc *aliquid* eſt materia commoda, quæ *δεῖται ἀρχῆς, opus habet principio κινησούσης καὶ διοριζούσης, quod materiam illam ad motum cieat, adſtringatque ad certam formam*, vt Philoſophus loquitur *1.* Gen. 20. In quem locum ſi incidiſſet Cardanus *in Contrad.* non opus fuiſſet illa in Ariſtot. & Auerr. quæſtione, Vnde ovum hypenemium habeat formã? Vide Accorambonum *in* 2. Gen. 5. Et ita quidem abſoluimus nos à *primo* ſeminis fœminei vſu, qui eſt, Non minus vim effectiuam habere, quam maſculum.

Cap. XVIII.

S*Ecundus* vſus eſt, Alimentum præbere maſculo. De hoc ſi quæras quale ſit, ſtatim oritur difficultas, quæ ſuſpectum reddit negotium. Si enim ſcire cupiam, Qualis nutritio ſit? in promtu erunt loca duo Galen., quorum alter 14. *Vs. p.* 11. loquitur de vera nutritione: alter 2. *Sem.* 4. de analogâ. Quâ in re quantum ſudet Laurentius 2. *Anat. quæſt.* 17. videant, qui volent. Mihi iſtæ vacillationes valdè quàm alienæ videntur à veritate, cuius ſermo ſimplex duntaxat & vnus eſt. Quo enim modo de vna & eadem re dici poteſt diuerſa nutritionis ratio? Si vere nutritur, non nutritur quodammodo: ſi quodammodo, nõ vere. Vt non temere dixerit Cardanus *iterum in Contrad.*, Galenum totum hoc ſub erroris timore inuoluere. Sed &, per Hygieam, nutritio quomodo competit ſemini? Cum enim non ſit compoſitum tale, quod vult perennare, ſed ſubito feſtinet alio: quorſum obiicimus illi fruſtraneam moram? Quamobrem nõ tam inepta eſt obiectio Argenterii 2. *Com. in Artem* 8. Nihil nutritur, quod non viuit, at ſemen non viuit: vt Laurentius exiſtimat. Nutritio enim eorum eſt, quæ actu ſecundo ſunt animata, hoc eſt, organis ſuis iam expreſſa, vt durare poſſint. Et recte obiicit Syluaticus *Controv.* 79. Semen, qua ſemen, non indiget alimento: at vbi generationem inchoauit, tum indiget ad auctionem. Quo tandem modo cohæret vſus hic ſecundus cum primo? Si enim agit, & format partes, quomodo ſimul patitur? Alimenti enim notio apud omnes eſt, pati. Ergone vincere poteſt ſimul, & vinci? vt alibi locutus ſum. Sed habeat æternam illam poteſtatem, quæ extendat ſe ad contraria quoque: quæ tanta eſt eius ſimilitudo cũ maſculo, ſi accidens illud ſolum, colorem, demas? At vero cũ ſimilitudo ſpectari debeat in qualitatibus; ſemen autem fœmineum ſit tam longe diſſitum à ſemine maſculo, quantum diſſidẽt temperamenta vtriuſque ſexus à ſe inuicem: quei tãta inter vtrumq; poteſt eſſe amicitia? Dixi hac de re *Com. in* 14. *Vs. p.* 11. & ex *φαινομένοις*, ab omnium hominum conſenſu acceptis, concluſi, Tantum abeſſe, vt ſperari poſſit à coniunctione duorum ſeminum quidquam boni, vt metuendum quoque ſit, ne vis maſculi corrumpatur. Viderat Mundinus noſter lumẽ hoc. Ideo *l.* 1. *c.* 14. explicat Gal. mentem de materia, fœtui ſubminiſtranda. Cum enim (.vult dicere.) ſeminis maſculi corporatura non ſufficiat omnibus formandis partibus, debuit aggregari ſemen fœmineum. Hanc aggregationem dici poſſe nutritionem autumat, quod quemadmodum in nutritione partes fiunt ſeipſis maiores: ita heic quoque ſemen fiat auctius. At, ô bone, ſic quoque tritici acervus dici poterit nutriri, cũ adiicitur illi alius acervus, ſic pecunia cum additur illi alia

ſum-

ſumma, & ſic de cæteris, quæ per iuxtapoſitionem fiunt maiora. Hæc ſi faſtidit palatum tuum, vide, quæ de hoc ipſo negotio ſcribit Galen. 2. *Fac. natur. 3. extr.* Sed ſit nutritio, & dici poſſit: recurram ad prius illud, Semen ita erit paſſiuum quid, non actiuum. Vidit hoc Ioubertus *in Apol. 2. Parad. 7.* monitus à Iordano *in Exam. illius* argumento inæqualitatis temperamenti vtriuſque ſexus: ideo ait, Non eſt nutrimentum, ſed comes & conſors ad omnia, &c. Ego in verbis differentiam video, in rebus nullam. An ſatis eſt huic loco etiam iuxtapoſitio illa? Nam Gal. *in de Fac. nat. l. c.* ita loquitur, imitatione (credo) Ariſtot. 2. *Gen. 6.* quin Hipp. *de Nat. pu. 4.* Semen maſculum nutriri à ſanguine materno: cum dicere deberet, Semen maſculum cum ſanguine materno κύημα conſtituere. Hoc tamen differt (ni fallor) quod Galenus non audet dicere, Iſta duo ſemina coniunctione ſua facere κύημα. Prætereà, locutio eſt valde impropria, vt ſupra quoque indicaui. Prætereà, tu tibi heic ſumis, quod nunquam tibi dabo, Semen maſculum eſſe materiam. Tu tibi tanquam certum ſeponis, quod incertiſſimum eſſe ſupra docui, Semen fœmineum ſemper concurrere. Vide ſupra *lib. 2. cap. 10.* quantus ſit fœtus in prima συςάσει, vt cognoſcas, ſi omnino illa ſit ex ὄγκῳ ſeminis maſculi, an vlla ſit neceſſitas ὄγκε ſeminis fœminei? Quin reſpice *ad c. 9. præcedens*, vt videas, ſiquidem ſemen maſculum ſubito attrahit ſibi ſanguinem ad nutritionem, quomodo Gal. quoq; loqui audiuimus, an ſit porro quoque vlla ſeminis fœminei neceſſitas?

Cap. XIX.

TErtius vſus eſt, Oblinere omnes vteri partes. Cum enim, vt docet Galen. 1. *Sem. 7. 2. Sem. 1. & 4.* ſemen virile non ſit in tanta copia, vt id præſtare poſſit, neceſſe fuiſſe, vt adiiceretur ſemen muliebre. Heic primum fecerit aliquem dubium imaginarius ille Galen. vterus in homine? De hoc enim præcipue agimus. Qui enim in hoc vidit ἀποφύσεις ἑκατέρωθε, ὥσπερ τινὰ κέρατα, *proceſſus vtrinque, quaſi cornua quædam*, vt 1. *Sem. 7.* deſcribit? Ne excuſationem aliquam inA venias, quis in hoc animaduertit τὰ πλάγια μόρια, *obliquas partes*, in quæ ſemen non poſſit ἀποστραφῆναι, *verti*, quippe, quod recta fundum petat, vt 2. *Sem. 4.* loquitur? Certe, vtut alias iniurius fuerit in Galen. Veſalius, heic non fuit! Verba enim hæc nimis quam manifeſta ſunt, de vtero bouillo, ouillo, ſimilive agere illum, non de humano. Vtrecte B Argenterius dixerit, Semen non in omnibus fœminis ingredi per cornua, quod illa non ſint in omnibus. Quo dum Laurentius 2. *Anat. quæſt. 17.* ad latera detorquet, vocatque commentitium & anicularum figmentis proximum: non fungitur officium boni viri, niſi memoriæ lapſus eſt.

Quando igitur in homine, vt Bauhinus docet *in Theatro*, vix vnquam in latiC tudine duos trãnſuerſos digitos, in longitudine tres æquat; ſi vis in exemplo, quando in virgine vix nucem nuglandem, in ea, quæ ter, ſępiuſve peperit, vix ouum gallinaceum (quod ipſemet ab eodem audiui Bauhino.) ſuperat: cur non poſſit illum omnibus ſuis partibus oblinere ſemen maſculum? maximè, cum homoproportione ſui corporis plurimum ſeminis habeat, 3. *Hiſt. vlt.*? D Sed deſcripſerit Gal. vterum humanum; ſitque adeo tantæ capacitatis, quantæ ipſum eſſe conuenit, vt vſus hic locum habeat: cur deinde opus eſt totali hac oblitione? Credo, vt ratio reddi poſſit tractionis ſanguinis, quam ſemen obire intelleximus ad conſtituendum κύημα. Niſi enim toti vtero adhæreat, non poſſit ex toto vtero trahere. Ego vero huius rei nullam eſſe neceſſitatem doceo, parE tim ex veteri & noua Anatomia, partim ex analogia. Vetus Anatomia eſt apud Hipp., qui 2. *Epid. 3. t. 27.* ait, Poſt menſtrua, aliquando dextra, aliquando ſiniſtra hiant. Veriſimile autem eſt, ſemen ſe applicare illi parti, cuius acetabula hiant. Noua eſt apud Fallop. *in Obſ.* vbi iſthæc legeris verba.

In omnibus, quas ſecui, fœminis, aut in partu, aut ſtatim poſt partum morF tuis, obſeruaui, carnem illam, quæ *Placenta* à me dicitur, ſemper occupare vel hærere alteri tantum vteri parti. Eſt & apud alios. Arantius *de hum. fœt. 6.* ait, Ei tantum vteri parti ad-

ti adnaſcitur , in quam vaſa coeunt. A Rouſſetus *l. de partu caſ. ſect. 6. c. 8.* diſputans de peſſario ſuo,ad prohibendam vteri procidentiam facto , Si (inquit) ſemen vni ſolum vteri parti adhæreat, & ab eâ alimentum accipiat, ſatis eſt, modo ſufficientia adſint acetabula. Non enim magis omnibus opus habet, quam infans (editus) duabus mammillis,ſi vna ſufficiens alimentũ ſubminiſtret. Idem Rouſſetus *ibidem* explicat *Aph.* 48. *ſect.* 5. de adhæſione. Idem *Aph. 38. eiuſdem ſectionis* de diſtincta gemellorum adhæſione (.quod cõfirmarit aliquis ex Hipp. *l. de Nat. pu. t.* 44.)quamuis id perpetuum non ſit, vt nôrunt obſtetrices. Idem videtur dicendũ eſſe de ſuperfœtatione: puta, quod diſtinctæ tum ſint adhæſiones. Vide Valleſ. *l. c. 6. item in 2. Epid. 21.* Heurnium *in* 5. *Aph.* 48. Ex his omnibus ita infero. Si Galeno propterea viſum fuit neceſſarium ſemen muliebre, quod vterum putaret eſſe bovillo aut ovillo ſimilem,adeoque totum illum oportere contingi à ſemine: nobis licebit dicere, Non eſſe hoc neceſſarium, quia vterus humanus eſt tantillus , mediaque eius pars contingitur tantum. An hoc poſterius Gal. quoque nouit?Id enim perſuadent mihi verba *vltima 1. Sem.* 4. Chorion(.continet illa PlacentamFalloppii, vt alibi docetur) ea tantum parte vtero copulari,qua aſpera eſt. Eodem me ducunt illa *de Form. fœt.* 2. Quandam chorii partem dũtaxat adhærere vtero per vaſa , reliquam tangere tantum, ſine vlla coniunctione. Et hæc,non minus quàm illa, tuentur quoque autoritatem veteris Anatomiæ. Analogia pendet ex his. Quemadmodum in ouiparis ovum adhæret vtero parte tantum quadam, quà ſcilicet ſemen maris eſt , 3. Gen. 2. & 3; quemadmodum in plantis ſemen adhæret tantum particula quadam, quà ſcilicet id eſt,quod reſpondet ſemini maris, 3. *Gen.* 3. quod ἀρχὴν καὶ μέσον, *principium & medium* dicitur *de Iuv.* 3: ita in viviparis parti tantum debet adhæreſcere. Immò, quemadmodum vmbilicus avis adhæret tantum aliqua parte luteo; quemadmodum ſemen illa tantum parte contingit terram, quà βλαστὸς καὶ ῥίζα eſt, vt ſuprà vidimus : ita heic quoque debet eſſe.

Cap. XX.

Quartus vſus eſt, Præbere materiam membranis, fœtum inuoluentibus. Hac de re quid dicat Arantius *de hum. fœt.* 10; quatenus etiam illi conſentiam, aut non conſentiam: dictum eſt *l. 2. c. 26.* Nunc illud addo *ex eiuſdem lib. c.* 10. Amnion (illam , inquam , membranam, B quæ fœtum immediatè ambit) apud Ariſt. 2. *Gen.* 4. fieri, quamprimum κύημα eſt. Vt tu certò dicere non auſis,ex ſemine,an ex ſanguine fiat? Vtrumque enim adeſt. Fortaſſis autem Ariſtoteles non pugnauerit valdè, ſi quis ex ſemine fieri dixerit, ſi modò vniuerſalis eſt regula, quam tradit, καὶ θερμαινομένων καὶ ψυχομένων ξηραίνεσθαι τὰ ἔσχατα, *tam eorum, quæ caleſiũt, quam quæ frigeſiunt, extremam ſuperficiem* C *ſiccari & denſari in cutem quaſi quandam.* Et quia heic loci de frigiditate cogitare nobis nõ licet, Gal. 1. *Sem.* 4. comparat hanc Naturæ operam cum dulciariorum opere,quo placẽtas, & eiuſmodi alia bellaria faciunt,inducta pulte liquida ſuper lamina calida. Quemadmodum enim ibi calor indurat maſſam : ita heic vult dicere. At ex vtro ſemine hoc fit?Galen. ipſe non ſatis ſibi conſtat , ſi modo codi- D ces carent vitio. Nam modo(*14. Vs. p.* 11.) ex maſculo facit: modo(*1. Sem.* 7.) ex fœmineo. Quo loco illud mireris, quod dicit, Semen fœmineum, per cornua vteri ingreſſum , diffluere per totum vterum, complectique maſculum , non ſecus (.ſi licet mihi per ſimilitudinem explicare.) ac album ovi cõplectitur luteum. Quaſi enim vidiſſet, ita loquitur. Rurſus, quod de omnibus membranis dixerat *locis cita-* E *tis*: id *eod. de Vs. part. & 2. Sem.* 4. de ſola ἀλλαντοειδεῖ, *farciminali* aſſerit, quippe, quæ in Anatomiis prægnantium animalium manifeſtè viſa ſit pendere ex cornibus vteri. Quo loco iterum cogitet aliquis, Si vterus humanus non habet illa cornua; adeoque in fœtu humano diligentiores Anatomici nondum viderunt farciminalem : annon ſuſpectus fiat vſus hic? Rurſus,quod de vtroq; ſemine tam cer- F to aſſeuerauerat, illum 2. *Fac. natur.* 3. cũ Ariſt. ad ſemen & ſanguinem (.tum videlicet, cum κύημα iam eſt.) traducere, fortaſſis ne id quidem ęquo animo tulerint quidam, quantumvis ipſi amiciſsimè,

ximè,

ximè; quia à Vi plaſticâ fieri ait? In hoc toto negotio quomodo honori Galen. conſulere velit Laurentius 2. *Anat. quæſtion. 27.* videat; qui fabulis delectatur, aut, ſi hoc mavis, fucis. Idem cognoſcat, quam pulcrè ſe gerat Mundinus in aſſerendà allantoide ſuâ!

Cap. XXI.

QVintus eſt, Aperire in *συνουσίᾳ* os vteri. Hunc ex Galen. 14. *Vſ. p.* 10. & 11. exſculpunt Laurentius & Syluaticus. Niſi fallor; petitus eſt ex Ariſtot. 2. *Gen.* 4. vbi de fœminarum profuſione agens; *ὁδοποιεῖ οὕτω τῷ τοῦ ἄρρενος σπέρματι, viam ita ſterni ait ſemini maſculo.* Si hoc ita eſt; tum refutauerit hunc vſum ſatis ſuperque Mundinus *lib.* 1. *cap.* 9. Mihi officium hoc nimis ſerum videtur, credoque Galeno, qui 1. *Sem.* 4. comparat vterum cum gula famelici. Vt enim illa quaſi rapit ex ore maſticantis cibum, adeoque ſignum male habiti ventriculi eſt, quaſi per vim detrudere cibum: ita de vtero. Hinc Pſeudo-Ariſtot. 10. *Hiſtor.* 1. ex Hipp. *de ſterilibus*, vt Scaliger cenſet *in Com.*, docet, Sterilitatis cauſam eſſe, ſi vterus non prodeat ad ſemen capiendum. Et hoc eſſe arrigere in fœminis, putat idem Scaliger *in iiſdem Com.* Vide ſupra *cap.* 4. *Sextum* fortaſſis fecerit aliquis illum, quem Argenterius vnus & ſolus proponit 2. *Com. in Art. cap.* 12. Dare locum maſculo.

Cum enim vaſa fœminea diſtendit; niſi vacuetur, non poſſunt appetere maſculum. Heic non iniuria mireris, cum tantoperè elevarit omnes Gal. vſus, vt mente concipi non poſſe, dicat: illum porro tam humiliter de hoc ſemine ſentire! Nam neque hoc mente concipere poſſum; quomodo vſus alicuius rei in eo conſiſtere poſſit, vt abeat, locumque det meliori! ſcio, quid *ex* 2. *Phyſ.* 2. *t.* 30. dici poſſit: Sed profectò, niſi plane cæcutio, neque illud huc facit, & hoc eſt idem ac ſi dicas, Semen fœmineum eſt inutile. Ab hoc autem pronunciato quot paraſangis abeſt alterum, quod dubitabundus ſubiicit, Semen hoc habere vim efficientis, non materiæ; propter ſimilitudinem filiorum cum matre? Vnuſquiſque videt, Argenterium in vado hærere.

Cæterùm, qui vſus hos omnes introduxerunt, videntur mihi paria feciſſe cum imperitis quibuſdam Politicis, qui vni & inepto plura demandant officia, cum vix ſatis ſit vni; Er muß Schulmeiſter/Küſter/Schultheiß/Stadtſchreiber mit einander ſeyn/ dicebat Scherbius. Si enim vnum illum vſum excipias, de quo mihi dicendum reſtat, reliqua omnia ſunt eius dignitatis, cuius ſolent eſſe eorum, qui conſtituunt aliquid, & poſtea conquirunt rationes, ne malè feciſſe putentur.

Hoc Plutarchus *in Moralibus* diceret, eſſe ſaxum ponere iuxta perpendiculum, Germani Den Fuß nach dem Leiſt richten/ cum contra deberet fieri. Sed & hoc ipſis deeſt, quod non poſſit oſtendi vlla eorum neceſſitas. *V. g.* Semen maſculum habet vim actiuam: quorſum ergo fœmineum habet? E corporatura fœminis maſculi (de ſententia illorum) fiunt partes ſpermaticæ: cur ergo ſubrogatur fœmineum? maximè, quia in *κυήσει* eſt tantilla moles, quantilla fuit dicta? Vterus humanus eſt tantillus, vt, ſi omnino opus ſit totali eius oblitione, ſemen maſculum facile poſſit: quid igitur quærimus fœmineum? Ex ſemine maſculo poſſunt fieri membranæ: cur igitur ſurrogamus fœmineum? Si non admittis, Ex ſanguine, quem ſubito attrahit ſemen maſculum, poſſunt fieri membranæ: quorſum itaque attrahimus ſemen fœmineum? Voluptas ſufficit aperiendo vtero: quid ergo cōminiſcimur aliud? Hinc ſunt voces quorundam è patronis iſtis fœmineis: Non reſpicere hos vſus generationem, qua generatio eſt, ſed conſervare & faciliorem reddere, & eſſe in ſe coordinatos, &c. Nugæ ſunt, & *κρησφύγετα* illorum, qui veritatis iubar nobis inuident. Vide heic *lib.* 3. *cap.* 5.

Cap. XXII.

QVando igitur iſta ſunt fruſtranea, cui bono eſt ſemen fœmineum? Iam dixi id non ſemel, fuſius vero alibi (*Com. in* 14. *Vs. p.* 11.) *ἐπεγείρειν πρὸς τὰ ἀφροδίσια, excitare ad Venerem*, vt Galen. ipſe loqui-

tur. Id verò quomodo probabimus? Galen. 1. *Sem.* 4. ἐπιστημονικὴν καὶ ἀποδεικτικὴν *ſcientificam & demonſtrativam* vocat rationem illam, quæ petitur ex exſectis animalibus fœminis. Sues enim fœminæ poſt caſtrationem non appetunt marem.

An hoc non eſt ſatis? Nam vt Eunuchi non carent voluptate ad iſta talia, vt docet Galen. *l. c. de Vs. p.*; & illa apud Terentium accuſat eos ex publica fama, quod ſint amatores maximi; & de Ærumnula ſuo quid ſcribat Bonamicus, neminem latere poteſt, qui legere velit: ita fieri poteſt, vt fœmina quæ damni inteſtabilis (vt ſic dicam) feratur tamen ad illa inſana.

Sed loquimur nos de eo, quod vt plurimum fit. Nam vt nihil derogat aſſertioni, Eunuchos eſſe effœminatos; licet Narſes ſub Iuſtiniano Imp., & Haly quidam Baſſa ſub Solymanno prò quarta furia haberi poſſit: ita heic nihil mutant illa. Idem 2. *Sem.* 1. & 6. *Loc. aff.* 5. exemplum habet viduæ, quæ ſemen multum & craſſum cum voluptate excreuerat.

Huic quoque licet ex ſuperioribus poſſit aliquid opponi: contentus tamen ſum iis, quæ ab initio huius libri docui, & iterum induco hunc vſum hac oratione.

Quemadmodum mammarum duplex eſt vſus, alter vniuerſalis, alter particularis: ita vaſorum ſpermaticorum, teſtiumque.

Quemadmodum rurſus mammæ in maribus quidem alterum tantum vſum explent; in fœminis autem vtrumque: ita vaſa ſpermatica, teſteſque. Quemadmodum igitur mammæ in fœminis & cor tegunt, & lac præbent infanti; in maribus prius illud ſolum agunt: ita vaſa ſpermatica teſteſque in vtroque ſexu conficiunt quidem ſemen, ſed quod in fœminis vniuerſalem tantum conficit vſum, qua ſcilicet homo eſt, (potius animal, quod ſtudet ſe propagare) in maribus conficit etiam particularem, qua mas eſt.

Vt enim Galen. docet *principio* 14. *Vs. p.*, cum Natura voti ſui (quod eſt æternitas) particeps eſſe non poſſet in indiuiduo, voluit eſſe in ſpecie. Quam-

A obrem vtrique ſexui duo dedit, hinc quidem illicias ad propagationem: illinc autem inſtrumenta cuique commoda. Inſtrumenta (ſi modo licet iſta propius trahere ad ſenſum Ariſtotelicum) in maribus quidem talia ſunt, vt dare poſſint fœcundum ſemen: in fœminis autem, vt recipere, intraque ſe formare fœtum, perpetuitati ſeruiturum. Et hæc B illis propria ſunt, quatenus vel mas, vel fœmina ſunt.

Mas enim habet talem calorem, qui conficit tale excrementum, & talia organa, quæ ſemen ſubito, & antequam exſpiret, in vterum, tanquam agrum ſuum, colloceat. Fœmina habet talem calorem, qui conficit tale excrementum, & talia organa, quæ ſemini recepto alimoniam præſtare poſſint, non ſe- C cus ac bonus ager bonæ frugi. Per ſingula hæc, vt dixi, aut mas eſt, aut fœmina, & in his conſiſtit reduplicatio Ariſtotelica, ᾗ αὐτὸ, quam toties inculcat, ἄῤῥεν, ᾗ ἄῤῥεν, θῆλυ, ᾗ θῆλυ, *mas, qua mas, fœmina, qua fœmina.* Illiciæ conſtituunt θαυμαστὴν illam καὶ ἄῤῥητον ἐπιθυμίαν, vt Gal. appellat, *admirabilem illam & indicibilem cupiditatem*, quà ſexus vterque ad continuationem ſpeciei fertur, vt *in Com. in* D *d. l.* oſtendi. Communes igitur ſunt vtrique ſexui, quia & forma appetit materiam, & materia formam. Et habent duas cauſas, quarum altera iterum vniuerſalis eſt, altera particularis. Ita enim Ariſtot. 1. *Gen.* 20. Voluptas, quæ in συνουσίᾳ ſentitur, non ſolum ſemine exeunte fit, ſed etiam ſpiritu, ex quo conſiſtente ſemen emittitur. Quod patet, tum in adoleſcentulis, qui nondum e- E mittere queunt, ſed prope illam ætatem ſunt, quà ſolent emittere, tum in viris, genituræ expertibus.

Hæc ita intelligo. Duæ ſunt cauſæ voluptatis. Altera vniuerſalis, quæ conuenit omnibus, ſiue mares ſint, ſiue fœminæ, ſiue emittant ſemen, ſiue non emittant. Altera particularis, quæ illis tantum, qui emittunt. Ibi enim ſpiritus calidus ſolus titillationem facit: heic F ſpiritus cum ſemine pergens. Ab illà voluptatem habent Eunuchi, pueri, fœminæ, tam illæ, quæ Meſſalinæ inſtar, laſſantur, non ſatiantur Venere, quàm illæ, quæ ſemen non habent: ab hac

omnes,

omnes, quæ ſemen habent Oportet autem per ſemen in fœminis intelligere, non id tantum; de quo agimus ſed & ſanguinem menſtruum. Cum enim incipiunt ire menſes, μάλιστα φυλακῆς δέονται, *magna diligentia cuſtodiendæ ſunt filiæ*, 7. *Hiſt.* 1. μάλιστα γὰρ ὁρμῶσι πρὸς τὴν τῶν ἀφροδισίων χρῆσιν ἀρχομένων αὐτῶν, *incipientibus enim menſibus maxime omnium cientur ad talia*, *ibidem*. Fit verò id in aliis etiam, *vt c. ſeq. habet*, in quibus τὰ γυναικεῖα γίνεται πολλάκις τρὶς τοῦ μηνὸς, *ſanguis ille ſæpe ter in menſe ſe oſtendit*. Accidit hoc ferè iis, quæ in luxu viuunt, & imaginationibus Venereis. Intemperantia enim intemperãtiam trahit. Et Philoſophus 3. *Gen*. 1. ait, τὸ πλησιάζειν τοῖς ἄρρεσι κατασπᾷ τὴν τῶν γυναικῶν ἀπόκρισιν, *Veneris vſus attrahit ſanguinem ad vterum*. Vt igitur concludam. Si fœmineum ſemen habet hunc vſum, qui dici poteſt, aut vaſa ei dicata eſſe fruſtra, aut ſemen ipſum? Quin adeo cum augeatur hic vſus à ſanguine menſtruo, qui dici poteſt, exiguam eſſe fœminæ ſymbolam, quam ad fœtum confert? Certè, abſque hac voluptate ſi foret, quando tot ſunt labores in geſtando, pariendo, educando fœtu, animal ad generandum non accederet. Quin imò, cum ſine hoc ſemine, ſine hac voluptate ex ſemine, animal tamen & appetat Venerem, & concipiat, pariatque: cur adeò ſoliciti ſumus de illo? Nam, vt ſuprà dixi, In quibus ſemen non eſt, ſeruiunt vaſa ſpermatica nutriendis partibus, vt in hoc veſtigio iterum dicetur.

CAP. XXIII.

PRæter hunc vſum quia reliqui ἄτοποι ſunt καὶ πλασματώδεις, *abſurdi & fictitii*, ceu alibi locutus ſum ex Ariſtotele, 2. *Gen*. 1. illi verò tantum non triumphant in illorum inuentione: age videamus, epidorpidis loco, quam firmis nitantur hypotheſibus! Proteſtor autem, me malle ignorare, quæ ciuilis pudor aut fateri, aut indagare non permittit. Tamen, quia veritati ſacramentum dedimus, pudor ſit potiùs illam deferere, aut tacendo difficultatibus inuoluere. Vetuſtiſſima eſt controuerſia inter eos, qui ſemen fœmineum ad conſtitutionem fœtus neceſſarium eſſe volunt, Qua via in vterum eat? Vt enim de maſculo dubitatur, ſubitone irruat in vterum? an verò deponatur ad os, atque inde ab vtero ſorbeatur, non ſecùs ac bucca, naribuſque (hac ſimilitudine vtitur PſeudoAriſtot. 10. *Hiſtoric*. 3.) aliquid trahimus: ita de fœmineo dubium eſt, Ingrediaturne per cornua vteri dicta? an deponatur eodem, atque eodem modo attrahatur? Iter per cornua quam amicum eſt. Galen. multis locis: tàm aduerſatur illi, partim analogia, quæ eſt inter vtriuſque ſexus vaſa, partim ſtructura Tubæ vteri, quam illi vas deferens vocant.

Tuba enim, cur habet hanc ſtructuram tam mirabilem? cur cum teſtibus continua non eſt? Cur in fœminis non minùs ſunt proſtratæ glandulosi, quam in viris? Veriſimile eſt, quemadmodum in viris perfectiſſimum continent ſemen, ita in fœminis quoque continere. Quamobrem 14. *Vſ. part.* 11. diſtinctionem parat, & ait, Vtraque quidem viâ ire ſemen muliebre, ſed, quod per cornua it, fœcundum eſſe, quod per proſtatas glanduloſos infœcundum. Quid minùs exſpectes, quam hoc, ſiquidem analogia bene ſe habet? Adde, cum conſtet, ſemen confrictione elici, quis credat, cornua vteri confricari poſſe? Nec perſuadet mihi Varolus, ſenſum illum à nympha vſque ad teſtes pertingere. Has (credo) ob cauſas quidam PſeudoAriſtotelem ſequũtur, qui 10. *Hiſt*. 2. *diſt*. 3. & *c*. 3. *diſt*. 28. *apud Scaligerum*, ſcribit, fœminarum ſemen ſemper deponi ad os vteri, & inde trahi intrò vi ſpiritûs, eo modo, quo naribus quoque fit. Heic mireris, vnde ſit illa vis ſpiritus in vtero? Neq; enim aërem trahit, vt thorax. Sed neq; inſtrumenta adſunt, vt in naribus. Quę ratio validè proſternit ſimilitudinem à ceruo ſumtam, ſerpentem ex antro prolectante. Niſi enim dici poteſt, vterum habere inſtrumenta talia, quibus trahat, quo modo ſtat ſimilitudo? Quo magis miror eoſdem, cum naturalem dicunt eſſe motum illum vteri! Quod enim ſimile exemplum in toto corpore dare poſſunt? Fortaſſis cerebrum dabunt? Quibus dicam, Incertum probari per æque incertũ. Quâ de re qui velit cognoſ-

ſe quædam, adeat Digreſſionē de motu cerebri, quæ eſt Com. in 8. de Vſ. p. Amplius miror illos, qui tribuunt aliquid ſimilitudini vteri cum cucurbitis Medicis! Dico enim iterum, Trahuntne cucurbitæ ſola ſtructura, ſeu figura? Eadem eſt ratio vaſorum anguſti oris, quibus tonſores noſtri vtuntur. Vtrobique enim fit tractio ratione vacui. Ibi, poſtquam aër ab igne loco ſuo pulſus eſt: heic, poſtquam aër ſuctu extractus eſt. Valeat itaque violenta hæc tractio. Si quo igitur modo vterus trahit, calore trahit, vt docet Ariſt. 2. *Gen.* 4. præcipue, cum calor vteri quaſi ignefactus eſt à præterito menſium fluxu, vt ferè loquitur. At hæc tractio nullatenus ſatisfacit quæſtioni. Non obſtantibus difficultatibus, quidam vtramque ſententiam amplectuntur, & per cornua quidem introire tunc dicunt, cum fit conceptio: per proſtatas glanduloſos exire in gravidis. Pulcrè profectò! Sed ſit Heſpero etiam & Lucifero pulcrius: qui ſciunt, Effuſionem illam ſeminum fieri ſimul & ſemel? O, dicunt, ſi non fiat, non fit conceptio! Et huc trahunt illud,

Odi concubitus, qui non vtrinque reſoluunt.

Scaliger *in Com. ſæpe dictis*, cum idem met crepet *diſt.* 30. 36. & 37. tamen *diſt.* 24. ait; Non eſſe opus vt ſemen ſimul emittatur. Corpus enim benè habitum citò emittit (inquit) & id ſemen ſervatur integrum ad miſtionem. Nempe prius illud volebat theſis, quam defendendam ſuſceperat vir magnus: poſterius hoc expreſſit illi veritas. Quam bellum autem eſt, quod illi opponit! Seruari ad miſtionem: Quamobrem duo ſunt heic, iſtis inexplicabilia. Alterum, Quod iter ex duobus illis fit certum? Oportet autem conſtituere aliquid certum, vt certi ſint de feminis illius præſentiâ. Alterum, An effuſio ſeminis illius coincidat in idem tempus cum effuſione ſeminis maſculi? Oportet autem heic quoque certi aliquid eſſe, ſi modo miſtura fieri debet.

CAP. XXIV.

Verum, age, reſtituamus illos in integrum, primumque dicamus, Vaſa deferentia in cornibus vteri finem habere, neque protendi ad os ſeu ceruicem ipſius, vt hac ratione tollatur dubium illud iter. Hoc fecerimus autoritate Galen. 2. *Sem.* 1., vbi Herophilo ipſum expreſſis verbis negat. Non defuerit etiam nobis autoritas recentiorum, inter quos Veſalius eſt. Ampliùs hoc quoque addamus, Proſtatas glanduloſos in fœminis non eſſe. Hoc ipſum fecerimus non tantum non refragante Gal. ſed & volente. Si enim in cornibus deſinunt vaſa, neque ad os vteri eunt, quorſum ibi ſint proſtatæ? Sed & ſi ſint, ſemini tamen illos non ſervire, demonſtratione (ſic vocat) conficit 2. *Sem.* 6. Quin imò inter Recentiores diſertè id affirmat Columbus *l.* 11. *cap.* 10. & 13. Atque vt exculpemus Galenum, qui *in de Vs. p.* & proſtatas illos admiſerit, & ſemen in illis infœcundum eſſe docuerit: afferamus, vitium eſſe in Codicibus Latinis. In Græcis enim noſtris veſtigium harum rerum non eſt. Vt dici poſſit, accreviſſe ex marginalibus, quæ alleverit fortè Peripateticus aliquis. Hæc omnia illis demus, inquam, & videamus, Qualia ſint vaſa deferentia ſeu eiaculatoria in fęminis? In viris qualia ſint, omnes novimus, quod ſcilicet tota abſumantur in paraſtatas primò variciformes, deinde in proſtatas glanduloſos: in fœminis bipartito diuiduntur, primo quidem, antequam ad paraſtatas variciformes perueniant, deinde autem, vbi teſtes ſuperarunt. Prioris diuiſionis pars altera conſtituit paraſtatas dictos, altera ad vteri fundum abit, pro eius nutritione, vt ipſimet ſcribunt. Poſterioris altera facit Tubam Falloppio dictam, quæ in vteri cornua aperitur, altera ambit (hac voce vtitur Bauhinus 1. *Theat.* 2. & *tab.* 25.) tubam, ferturq; cum tuba quidem ad cornua, mox autem per lateraá vteri ad proſtatas glanduloſos. Heic *primò* omnium ſcire volo ab iis, quibus valde curæ eſt illud, Natura nihil facit fruſtrà, cur vaſa hæc ab initio fuerint diuiſa? Mihi in promtu reſponſio eſt, quia alter vſus, qui ad ſemen pertinet, eſt exiguus, ideo alteri, qui ad nutritionem partium, magis proſpectum fuit. Vide ſupra *cap.* 9. & 10. *Secundo* ab iiſdem ſcire deſidero, cur (quod modo etiam innui) Natura vas deferens, (nam ita appellant) ita ampliaverit?

verit: cur in extremo foramen ei dederit tam inſigne? cur à teſtibus abruperit? Vide Bauhinum 2. *Thea. tab.* 26. *fig.* 1. & 2. Mihi iterum parata eſt reſponſio, non ſeruit ſemini ferendo, adeoque vas deferens non eſt, quamuis ita dicatur ab iis, quorum rebus intereſt ita eſſe. Sed quem habet vſum? Fortè illum, quem Falloppius docet *in Inſt. & Obſ.*, vt ſit vtero ſpiraculi inſtar. Reuera enim ex vtero oriri potius videtur, quam in vterum inſeri. Sed & mea non refert, quem reuera vſum habeat; ſi modo non habet illum, quem impugno. *Tertiò* amplius ſcire aveo; cur hoc vas deferens iterum diuiſerit Natura, ſiue ſtatim poſt teſtes; vt iam dixi, ſiue in ipſis vteri cornibus, vt quidam parum conſtanter docent? Eſt autem poſterior hæc diuiſio, quam Laurentius 2. *Anat.* 7. ſuam obſeruationē eſſe dicit, & peculiarem tribuit figuram, *in frontiſpicio quorundam exemplarium*. Hęc apud Bauhinum eſt *l. c. fig.* 3. Eius loco aliam habet Laurentius *in maiori editione f.* 197. *fig.* 5. qua melior & perfectior eſt Bauhini *loco iterum citato fig.* 2. An neque prioris illius diuiſionis pars illa, quæ ad teſtes it, neque poſterioris, quæ ad vterum, ſimplex eſt? Verba enim Riolani 5. *Scholæ Anatom.* 2. contra Falloppium hęc ſunt: Semper obſeruaui quatuor vel quinque ſurculos; inter duas membranas, ad teſticulos perreptantes, qui materiam ſeminificam deferunt, & iam elaboratam ad eiaculantia deferunt. Et ita peritiores Anatomici ſentiunt. Quidquid ſit; mihi parata eſt reſponſio ad quæſitum; Voluit natura ſatisfacere pluribus ſcopis. Quamobrem cum altera pars (ſi modo pars eius eſt) quæ *Tubam* conſtituit, deſtinata eſſet alii vſui, altera pars debuit iterum ſatis eſſe duobus ſcopis; ſemini ferendo, nutritionique. Quare iam ita ſtatuo, Natura, analogiæ ſtudioſa, quemadmodum in viris omne ſemen deducit ad paraſtatas (ſi ita vis, proſtatas) glanduloſos: ita in fœminis quoque facit. Et hac in re habeo fautorem Laurentium; qui *Tubam* omittit. Id ipſum autē excludit ſemini iter ad cornua vteri, in quo iſtis tanta ſpes eſt.

CAP. XXV.

PORro, quia ſiue ligamenta, ſiue tendines, ſiue muſculi, ſiue proceſſus, quos exercitatiſſimus Bauhinus *in dicta fig.* 2. *K.* pingit, in ortu ſuo cōtingunt vaſa deferentia, vt idem loquitur, iure merito dubites, de vtra parte diuiſionis ſit intelligendum? De Tubâ quo minus accipiam, facit; quod ipſa in vterum aperitur. Quod ſi igitur Cremaſteres quoque (nam ſic etiam vocantur) eò aperirentur, quandoquidem caui ipſi ſunt; & in clitoridem vſque deſinunt, hoc incommodi accideret; quod vterus ab externo aere reffigeraretur. Sed & ſenſus hanc litem dirimit, vt pluribus non ſit opus. Contingunt igitur alteram partem, quæ ad ceruicem vteri tendit. Vnde ſic infero, Quia (ceu dixi; & diligenter monet Columbus *lib.* 11. *cap.* 16.) caui ſunt, euntque ad clitorida vſque, ex cuius confrictione fit; vt ſæpè ſemen exeat: quis mihi ſpondeat, ſemen illac potius iturum, quam hac? Et hoc eſt artificium illud, quod impuri quidam (vtinam non inter hos ſint magni nominis viri) publice prædicant, ſe poſſe cogere fœminam, vt ſemen emittat. Tale quid forte accidit ταῖς κλειτοριζομέναις ad ſyncopim vſque, de quibus Concil. *Diff.* 37. Tale quid contigiſſe viduæ, cuius Galenum meminiſſe *duobus locis* dixi; penè certus ſum. Idem accidere grauidis, crediderim. Atque hinc eſt voluptas, quæ ſentitur, contrectata illa regione, qua alias ramex mulieribus fit, vt profitentur quidam. Quidquid harum rerum ſit, ego hinc ita infero. Si quædā foras excernūt ſemen, abſque viri congreſſu: quomodo quis perſuadebit mihi, reliquis non contingere idem, etiam in congreſſu? Si grauidæ excernunt ſemen extra: quis coget me credere, reliquis aliud quid contingere? Et hæc erit Herophili ſententia, quam Galen. 2. *Sem.* 1. affert (fuit verò etiam Hipponis, vt eſt apud eundem Gal. *in Hiſt. phil.*) Semen fœminæ ſemper excerni foras. Nec ſat erit; mendacii arguiſſe ſummum Anatomicum, & quem aliis omnibus, etiam futuris, præfert alicubi Falloppius: ſed opus erit reſponſione, quæ eximat mihi ſcrupulum. Si dixerit quis; *aliquia* excerni; & *aliquid* retineri: volam mihi oſtendi φαινομένῳ aliquo. Sine enim hoc non poſſe me ſubito credere, haud moleſtè feret, ſpero. Sed quid pluribus? Vox hæc Naturæ eſt. Vltra

quam qui ſapere volet, illum præſtaret mutum eſſe. Quam enim proclive ſit in his talibus immorantem vlterius ire, quam pietas permittit, notum eſt ſatis. Hæc, in ſuperioribus etiam tacta, volui heic fuſius repetere, vt tandem agnoſcant illi, qui aquilas ſe eſſe putant, vix talpas eſſe. Iam a. vno pugno comprehenſa illis do. 1. Semen non habent omnes fœminæ. In his enim ſeruiunt vaſa

A alendis tantum partibus ſeminalib. 2. Quę habent, non ſemper emittunt, cum concipiunt. 3. Quæ emittunt, non in vterum, ſed foras proiiciunt. Hæc igitur ſunt fundamenta quibus ruentibus, totum ædificium ruere neceſſe eſt. Ego heic finio, & illis, quibus faſtidium pro telo eſt, pertinacia pro muro, duntaxat hoc commendo,

Commune eſt ignorantiæ vitium, quæ neſcias, nequidquam eſſe profiteri.

F I N I S.

INDEX.

LITERÆ GRÆCÆ LIBROS: NVMERI CAPITA: LATINÆ MAIORES PARtem capitis, minores columnas ſignant.

ACtio eſt inter contraria. γ.2.B.b
cuius ſit in compoſito. ib.D.b
Actus quidam eſt idem cum potentia. β.3.A.b.4.E.b
Adoleſcentes cur fere gignant fœminas α.3.E.b
Aer ſua natura albus eſt α.8.E.a
calidus α.9.D.b
Ærumnula Bonamici δ.22.A.a
Agens duplex γ.18.A.b
à patiente diſtinctum ib.D.b
Agentis & patientis proportio inter ſe δ.15.E.a
Alexandri M. ſudor α.3.B.b
Alimentum fœtus duplex β.9.A.b
nutritiuum & auctiuum γ.16.E.b
Alimenti poteſtas in formandis moribus. γ.15.C.b
Α᾽νάρεες ἢ ἀνανδρεῖς α.13.E.b
Anima mundi β.1.C.b.2.A.b
rationalis an ſit ex ſemine β.1.B.a.2.D.a.
materialis eſt diuiſibilis β.5.B.b.
an ſit ex traduce β.2.C.b
hominis eſt immortalis ib.F.a
Animæ origo in nobis. β.1.F.a.3.D.a.5.D.b.19.F.a.27.C.a
Animalia quas actiones habeant α.2.B.a
quædam plantis vicinam naturam habent α.2.D.b
cur in ſexus diſtinguantur. α.1.D.a 2.C.b
exſecta cur ita mutentur α.4.B.b
cornuta cur careant ſuperiori dentium ordine δ.10.F.b
ἄνω τῶν ἱερῶν ποταμῶν γ.20.A.b
Arantii παρόραμα β.27.E.b
Argumentum ab autoritate β.19.B.b
Ariſtotelis mos. β.2.A.b
Ariſtotelis locus explicatur α.6.E.a.A.a.11.A.b.F.b.A.a.12.D.a.16.B.b.18.E.b.23.E.a.ϐ.1.F.b.2.D.a.3.C.b.4.B.b.13.A.b.14.D.a.18.D.a.20.C.a.γ.6.D.b.7.D.a.14.D.a.16.C.a.E.b.20.E.a
corrigitur α.21.23.D.a.β.12.D.b γ.7.C.b.16.C.a
ἀῤῥένωπες α.5.F.b
Arrigere in fœminis δ.21.C.a
Attalia vrbs δ.9.A.a
Auctio an ſit motus & qualis γ.3.B.a
Auerroes exculpatur α.10.A.a
αὔξησις quamdiu duret β 9.D.a.32.E.a
ἀφροδίτη καὶ ἀφρογενὴς α.8.E.b
Βύνη. γ.14.A.a.
Calidum natiuum vnde. β.1.D.a.13.B.a.19.C.b
quatenus ſit diuinum. α.11.E.b.β.1.B.a
analogum cœlo α.11.E.b
eſt idem cum primo alente. β.29.B.a
Catulli locus explicatur α.20.B.b
Cauſæ primæ & propinquæ ſunt afferendæ. γ.24.B.b.δ.8.A.b
Cenſorini locus corrigitur γ.16.B.b
Cerebrum quando gignatur β.30.E.b
cur debilitetur in Venere α.14.F.b
Cereuiſia rubra cur albam det ſpumam. α.8.D.b
Cœlum quomodo agat in hæc inferiora. α.11.B.a.β.1.C.b
quatenus ſit autor vitæ β.1.B.b
Collum cur fiat nuptis turgidius α.20.D.b
Compoſitio rerum triplex α.1.B.a
Conſtantia in dogmatis laudatur γ.17.B.b
Conſtantiæ Imperatricis partus α.25.D.b
Cor primo generatur & vltimo moritur. ϐ.28.C.b.29.D.b.22.F.a.23.C.a.24.A.b
In fœtu quando dici debeat β.29.C.a

quid conferat ad ſemen α.6.E.a.8.A.
α.14.B.b
Cutis cur non ſolideſcat γ.16.D.b
Deus apud Peripateticos quatenus ſit dator vitæ β.1.B.b
δύναμις β.1.C.a
Eclipſis cur fiat δ.10.D.b
Efficiens habet rationem formæ α.2.C.a
Effectus omnis à quibus cauſis pendeat. ibidem
Elementa ſenſibilia α.1.C.a
Elephanticorum cura α.4.D.a
ἔμβρυον β.9.D.b
ἔμμηνα α.12.D.b
ἐναργῆ β.12.C.a
ἕνωσις in compoſitis α.1.C.a
Epithemata teſtibus applicita α.4.D.a
Eunuchi quales ib.E.a
non omnes effœminati δ.22.B.a
libidinoſi ibid.A.a
non libidinoſi α.18.C.b
ſemen habent ib.B.a
Facultas vegetatrix vbi ſola ſit α.2.A.a
plaſtica. Vide, Vis plaſtica
Fœmina ſitne calidior mare. α.3.C.a.4.E.b
qua re differat à mare. α.3.A.b.δ.8.E.b.
9.A.a.10.C.a
cur ſit laſciua α.4.E.a
vbi laſciuior δ.1.F.a
quando concipiat α.5.F.a
an ſine viro δ.3.B.b
quid conferat ad generationem α.2.E.b
an habeat ſemen apud Ariſtot. δ.1.B.a.
11.B.a
an omnis habeat δ.2.E.b
quæ habeat δ.1.E.a
quale habeat. δ.2.C.b.5.D.b.6.B.a.9.
E.a
cur tantum tribuat illi Gal. δ.6.C.a
qua via in vterum veniat. δ.4.D.b.6.
F.a
extra fertur δ.25.F.a
Fœmina quatenus poſſit dici aliquid facere in generatione δ.17.A.b
quatenus ſit imperfecta α.3.B.b
quando generetur α.3.E.b
quo anno concipiat α.24.E.b
ſalici ſimilis α.3.C.a.C.b
cur ita fœteat ib.A.b
cur ſit iracunda α.4.E.b
quomodo plus ſanguinis habeat. ib.B.a
quomodo in virum mutetur. α.18.A.b.
δ.8.A.a.D.b
quomodo imperfectior mare α.3.D.b
Fœtus quomodo viuat vitam plantæ. ε.23.A.b.
24.C.a.25.F.a
articulatio intra quot dies fiat. β.9.A.a.
11.E.b.21.A.b
articulatus quantus β.11.E.b
Falſitatis indicium γ.17.B.b
Flos α.22.F.b
Forma non eſt compoſita δ.16.D.a
Formæ aut ſunt ἄϋλοι aut ἔνυλοι α.1.A.a
Formarum origo Ariſt. β.1.A.a.2.E.b
Formicarum induſtria α.2.E.a
Galeni locus explicatur. α.10.C.b.18.A.b.β.3.
C.a.4.C.a.γ.3.A.a
Gal. cur ſe oppoſuerit Ariſtoteli β.13.E.a
non reſpondit Ariſtoteli δ.7.B.b
incurrit legem Adraſteas γ.17.A.b
Gal. inconſtantia γ.17.F.a.δ.12.D.b
Gallinæ cantus. α.4.C.a
in gallos mutantur ib.C.b.
γάστρα γ.20.E.a
Generatio duplex ὁμώνυμος & συνώνυμος α.1.D.a
vnius eſt corruptio alterius β.5.D.a
γονὴ, γονὸς, γόνος. α.7.E.b.β.9.C.b
Grauidæ quæ habeant menſes α.24.E.b.C.a
quæ venam ſecare debeant ib.B.a
quando antiquitus ingrederentur templum ε.31.D.a
Grauidis prodeſt exercitium ibid.
γυναικεῖα. α.22.A.a
Haly Baſſa, Eunuchus δ.22.B.a
Hebdomas proprie quid α.24.B.b
Hepar vterinum quando generetur ε.26.
E.a
cur tam ſero generetur ε.10.F.a
non adhæret toti vtero δ.19.D.b
Hepar non gignitur ante cor. ε.24.B.a.25.E.a.
30.B.b
Herodotus fuit σύγχρονος Hipp. α.13.D.b
Herophilus Summus Anatomicus δ.25.B.b
Hertzblättlein. γ.14.B.b
Hilum α.2.E.a
Hippocrates explicatur. α.3.E.b.4.E.a.7.D.a.
13.B.b.
corrigitur γ.16 B.a
Hiſtoria Philoſophica apud Gal. cuius ſit α.8.F.b
Homo generat hominem & Sol ε.1.E.b
Idem dicitur tripliciter γ.18.F.b
in ſeipſum non agit; nec à ſeipſo patitur.
γ.3.A.b
ſecundum idem non poteſt eſſe efficiens & materia γ.2.B.b
non eſt ſimul actu & potentia ibid.
ἱερεῖον α.25.C.a
Imaginatio quid faciat. δ.17.B.a

Inferiora quomodo pendeant à ſuperioribus. β. 1.C.b
Inſecta maſcula an aliquid materiale conferant ad generationem γ.9.E.a
Inſectorum qualibet pars vult viuere. β.5. D.b
Inſtrumentorum magnus apparatus in quibus ſit α.2.C.b
Inteſtina cur ita ſint circumuoluta α.16.C.a. A.b
ἱπ πομύρμηξ β.11.E.b
Iracundia unde ſit α.4.E.b
ἤτριον ἢ ἠτρίον γ.16.B.b
θορὴ ἢ θόρος α.7.F.b
καταβαυκαλισμοὶ γ.15.E.a
καταμήνια α.22.D.b.
κάταρρος νωτιαῖος α.13.C.a
κρυψορχίδες α.18.A.b
κύημα α.7.C.b.β.9.A.a.C.b.γ.16.D.E.a.D.b
Lac in ouis γ.16.A.a
Lacteum ib.B.b
Lactis & menſtrui eadem natura α.23.C.b.
Lactantes quæ habeant menſes. α.24.C.a
λῆμμα ἀποδεικτικὸν β.28.B.b
Liber, An animal &c. cuius ſit? β.25.C.b
Libidinem quid faciat. α.16.A.b
Lienes plures vno qui fiant δ.10.F.b
λόγος σπερματικὸς. α.7 C.a
Mala ſeptimana α.25.F.b
Malta γ.14.A.a
Mammarum vſus in vtroque ſexu δ.9.B.a. A α.10.C.a.22.C.a
Mas ſitne calidior fœmina α.3.C.a.4.E.b
fœminæ contrarius α.22.E.a
quando generetur α.3.F.b
quid conferat ad generationem α.2.D.b
qua re differat à fœmina α.3.C.a.δ.8. E.b
quercui ſimilis α.3.D.a.C.b
Mares alii aliis libidinoſiores α.4.F.b.E.a
Materia eſt ἀόριστον τι γ.18.C.b
ob Materiæ neceſſitatem quædam fiunt. δ.10 D.b.
Medulla ſpinalis eſt genitrix α.13.F.b
Membranarum fœtus ortus. β.26.B.a.δ. 20.A.b
ex qua materia γ.13.D.a
quomodo poſſint dici primo fieri β.26. B.a
Membrana, quæ Amnios dicitur, generatio β.10.C.b.δ.20.A.b
Meſſalinæ Imp. libido δ.22.E.b
Morbi hæreditarii α.12.F.b.γ.15.D.b
Morborum finis an ſit δ.10.E.b
Mouens & motum reuera debent eſſe diſtincta. γ.2.C.b
Motus Criticus α.24.B.b
Mula cur habeat genitalia δ.10.B.a
Narſes, Eunuchus δ.22.B.a
Natura nihil facit fruſtrà, quem ſenſum habeat δ.6.C.a.10.D.b.
diſtinguendo procedit ϐ.22.B.b
eſt ſtudioſa analogiæ δ.10.A.a
cum artibus comparata γ.17.C.b
ſimilis pictori β.30.C.a
in Natura quædam fiunt ob materiæ neceſſitatem δ.10.D.b
Neceſſitas materiæ quæ ib.
qui Nihil doceant α.20.A.a
Nutrimur iiſdem ex quibus conſtamus. γ.11. E.a
νῦστος θήλεια α.13.D.b
Ὄγκος σπερματικὸς α.7.B.a
Oleum cur denſetur α.9.E.b
Omnia fiunt, aut quia neceſſaria ſunt, aut quia melius eſt, ita eſſe α.15.B.b
Omnia fiunt, aut propter finem, aut propter materiæ neceſſitatem δ.10.D.b.
Oua duplicia α.2.B.b
Ouipara cur non ſint viuacia γ.16.C.a
Ouum quatenus ſit vnum τόδετι γ.3.B.b
Ouum fœcundum eſt ſemianimal β.5.E.a
Ou artes duæ γ.16.A.b
παιδίον β.9.D.b
παρασστάτας quis primus dixerit α.18. Eb.
Pars inanimata non eſt pars δ.10.A.b
Partes omnes in vtero ſimulne fiant an ſucceſſiue β.21.A.a.22.E.b.a
quis ſit ordo, vnde ſit diſcendum β.12. F.a.30.A.b
quomodo fiant poſt cor β.30.E.a
ſimilares fiunt ante diſſimilares ib.D.a
Partes ſpermaticas cur Gal. faciat ex ſemine. δ. 6.A.a
facit tamen ex ſanguine quoque γ.17. A.b
cur non renaſcantur γ.16.E.b
Partes genitales an eædem ſint in fœminis & viris. δ.8.E.b
cur adeo ſint diſſimiles δ.9.D.a
Pingues ſunt duum generum α.5.D.a
Pinguia cur denſentur, iterumque liqueſcant. α.9.E.b
Pituita cur ſit alba α.8.C.b
Plantæ quam actionem habeant α.2.D.b
cur non diſtinguantur in ſexus ibid. A.b

in Plan-

in Plantis vtrumque principium eſt coniunctum. α. 2.C.a.γ.14.A.a.16.E.a
poſſunt diſtingui γ.18.C.a
Plantarum ſemen qui differat ab animalium.α 2.C.a
conſtitutio γ.14.A.b
inſitio. ib.A.a
πληθῶρα α.20.A.a
Pluuia cur cadat δ.10.E.6
Potentia vbi eſt, ibi actus non eſt, & contra. β. 5.D.a
quædam eſt cum actu quodam β.3.A.b. 4.E.b
duplex, imo triplex. ib.C.b
Praxagoræ ſententia de ortu vaſorum. β. 27. D.b
Problemata Ariſtoteli adſcripta, quale ſcriptū α.9.C.a
Profluuium muliebre α.22.C.a
genitale ib.D.a
προστάτας an habeant fœminæ δ.24.E.a
πρῶτον γαλακτῶδες γ.14. B.a.16. C.b.B.a
Pullus fiatne ex albo, an ex luteo γ.16.B.a
Pullorum excludendorū varii modi γ. 20. D.a
Roſa α.22.A.a
ῥοῦς γυναικεῖος ib.B.a
Sancti Iobi locus explicatur γ.8.B.a
Sanguis quid ſit α.8.C.b
& ſemen ſpecie differunt γ.12.E.a
an ſit lentus γ.13. D.a
rubet in ſuperficie ibid. A.b
Sanguis menſtruus qui dicatur α.5.E.b.22. C.b.25.D.a
eſt crudus γ.13.C.b
cur ſit talis α.22.A.b.23.A.b
an ſit ſemen α.5.F.b
quale ſit ſemen ib.C.a.22.A.b
an diuidi poßit in purum & impurum ib.C.b
cur vacuetur ſingulis menſibus α.23.D.b
quo menſis tempore id fiat ib.B.a
cur hoc tempore menſis α.24.A.b
cur in muliere ſola appareat ib.B.a
cur anno 14. ib.D.b
è quibus vaſis ib.D.a
quot diebus duret 16.E.F.a
qua ſolutionis continui ſpecie ib.C.a
qua quantitate ſoleat ire ib.B.b
cur per hanc partem α.25.D.b
cur grauidis quibuſdam fluat α.24. E.b.β.10.C.a
quamdiu in his fiat innoxie β.10.E.a
an ſit venenum α.25.A.a.C.b
an ſit ad fœtum neceſſarius ib.A.b
Scaligeri libb.7.de ſemine δ.16.E.a
Scroti vſus α.17.E.b
Scytharum mos in ſecanda vena poſt aures α. 13.D.b.14.B.a
Sedigiti cur fiant δ.10.F.b
Semen quid ſit α.1.A.b
vtrumque an ſimul trahatur δ.23.A.a
quomodo differat in ſexu vtroq; α.5.C.a
& ſanguis differunt ſpecie γ.12.E.a
Semina plantarum vt differant ab animaliū. α.2.D.a
annua cur ſint ſterilia. ib.F.a
Semen maſculum quid α.b.F.a
proprie α.7.D.b
vt conſideretur ib.B.a
an ſit excrementum α.6.E.a
cuius coctionis ib.C.a
non eſt colliquamentum ib.B.b
an decidatur à toto α.12.A.b
quo reſpectu admitti id poßit ib. D.a 14.E.b
quatenus fiat à corde α.14.A.b
quatenus è cerebro poßit dici eſſe, & ſpinali medulla α.13.C.b.14.A.F.b
quatenus à partibus omnibus principibus α.14.E.b
an fiat in vaſis ſpermaticis α.15.C.a
an in teſtibus α.16.B.b.17.E.b.18.A.b
ſit ſine teſtibus α.18.B.a
laudabile, quod α.10.C.a
quatenus opus habeat ſuperioribus lationibus α.11.A.b
quatenus cœleſte β.1.B.a
requirit certum caloris gradum α.10. D.a.δ.15.A.b
quatenus ſit igneum α.10.F.b
quomodo ſit calidum α.9.A.a
eſt ſpuma α.8.E.b
eſt particula animæ β.1.A.a
cur ſit album α.8.C.b.D.a
an ſit animatum & quomodo β.3.D.a 4.A.b.5.B.b.6.D.b.γ.16.B.b
quomodo perfectum dici poßit γ.3.E. a.δ.15.C.a
an ſtatim in vterum eat δ.4.E.a
vbi eo venit, manet γ.13.B.a
quid ibi agat β.9.A.a
an ſe ipſum agere poßit γ.2.B.a.3.F.a
eſt ſimilare γ.18.E.b
quomodo ſit opifex γ.6.D.b
an ſit inſtrumentum β.8.D.a.15. C.b.16.D.b
quomodo ſit aptum omnibus partibus γ. 7.B.b
Cum coagulo comparatur & quatenus. β.13.D.b.17.C.b.18.D.a

cum

cum fermento ε.17.C.b.
quomodo nutriatur δ.18.E.a.
coquit ſanguinem menſtruum. α.22.C.
b.25.D.b.
non conſtituit vllam partem. β.13.E.a.
15.E.b.19.B.a.γ.2.B.a.6.E.b.7.D.
a.12.E.b.
ideo confert, non ad materiam, ſed ad formã. β.13.A.a.15.C.a.17.E.b.19.D.a
Seminis temperamentum. α.9.A.b.10.F.a.γ.
23.C.b.
vis qua in re conſiſtat. α.7.E.a.10.A.a.
11.B.b.
materia. α.8.F.a
emiſsio cur debilitet α.6.A.a.14.F.b
cum Semine etiam alia exeunt α.7.D.b
Semen fœminæ quod ſit. α.5.D.b.22.D.b.
eſt ſanguis menſtruus. ibid.
an ſit excrementum. α.23.D.a.C.b
cuius coctionis ib.D.a
quale excrementum α.25.F.b
vt conſideretur. α.22.D.b.23.F.a
cuius ſit temperamenti α.23.A.b
cur in tanta copia gignatur. ib.B.b
Semen fœminæ putatitium an omnibus ſit. δ.1.
D.a.
in quibus ſit ibid.E.a
an vterũ ingrediatur, & qua via δ.23.E.a
an potius extra feratur δ.25.F.a
an poſſit materiam dare partib. γ.5.C.a.
A.b
Seminis putatitii vſus ſex refutati. δ.12.B.b.18
E.a.19.E.a.20.A.b.21.B.a
verus eius vſus. δ.22.F.b.9.C.a.10.D.a
Vide Fœmina.
Senes cur ferè gignant fœminas α.3.E.b
Sexus cur diſtincti α.1.A.b.2.D.b.γ.18.D.a
differunt temperamento α.3.C.a
differunt etiam partibus. δ.8.C.a.9.A.a.
10.D.b
alteruter quando gignatur. α.3.D.b.δ.8.
E.a
Similia quotuplicia γ.4.F.a
Simile an agat in ſimile ib.C.a
in Similaribus totius & partis eadem eſt ratio.
γ.2.B.b
Similitudo filiorum cum parentib. δ.12.C.b
Species non miſcentur δ.16.E.a
σπέρμα α.7.B.b.γ.16.F.a
σπέρμα τῆς ψυχικῆς ἀρχῆς. α.7.C.a
Spermatica vaſa cur ita intorta α.16.D.a
Spermaticorum vaſorum in ſexu vtroq; differentia. δ.8.F.b.9.D.a.10.D.b.24.A.b
Spiritus vis quanta. α.10.C.b
gignitiuus α.12.F.a.14.F.b
Spuma vnde α.8.E.b
Steriles cur ſint quædam α.5.D.a
Sterilitatem an faciat ſectio venarum poſt aures α.14.B.a
Stoici quamdiu poſt Hipp. β.21.D.a
Stultitia eſt, negare quæ in ſenſus incurrunt.
δ.11.C.a
Subiectum aliud denominationis, aliud inhæſionis β.20.D.a.C.b
Suidæ locus corrigitur γ.16.C.b
συμφυὲς γ.3.D.b.18.F.a
σύμφυσις *in rebus compoſitis* α.1.B.a
συναπτὸν γ.18.F.a
τὸ συνειλημμένον τῇ ὕλῃ γ.15.F.b
σύστασις *quomodo fiat* β.9.B.a
vnde diſcatur β.12 F.a
quanto tempore fiat β.31.D.b
Tabes dorſalis α.13.B.a
Talpa an habeat oculos & quales. δ.10.B.a
ταὐτὸν. γ.18.F.b
Tempora α.22.F.b
τερατολογίαι α.20.A.a
Teſtes habent non omnia animalia α.15.B.b
an ſint in numero partium principum
α.19.B.b
in fœminis non agnoſcit Ariſtoteles. δ.1.
D.a
in iiſdem cur ſint δ.9.B.a.10.C.a
cur in quibuſdam propendeant α.16.D.
a.17.D.b.20.E.a
quatenus faciant ad generationem. α.15.
C.b.16.C.a.17.C.b
quatenus calefaciãt corpus α.4.A.b.D.a
quatenus mutent vocem α.20.A.a
quatenus ſint ſimiles textricum ponderibus. α.15.A.b.20.B.a
in fœtu intus ſunt α.18.D.a
Teſtium diſcrimen in animalibus, in quibus ſunt α.16.C.a.17.B.a
ratio huius diſcriminis α.16.B.b
differentia in vtroque ſexu. δ.9.
E.a.
per Teſtium ſubſtantiam an eant vaſa. α.18.
A.b.
ſine Teſtibus fit ſemen α.18.B.a
Teſtibus excisis cur adeò mutetur animal. α.4.
B.b.19.D.a
τόδ[ετι γ.2.A.a
Tradux an ſit de mente Ariſtot. β.2.
B.b
τεχγῶν α.20.E.b
Tribas, mulier α.4.B.a
Tubæ vteri deſcriptio δ.4.E.a
non eſt vas deferens δ.23.A.b.24.
C.b

Vaſa

INDEX.

Vaſa an generentur primum β.27.C.b.
Venæ iuueniles. α.13.E.a.
Venarum poſt aures ſectio. α.13.C.b.E.a. 14.B.a.
Venus Vrania α.13.D.b.
generationis Dea. α.8.E.b.
cur dicatur ἀφροδίτη ibid.
Veritatis ſignum, γ.17.B.b.δ.7.B.b.
Verum vero conſonat γ.17.B.b.
Viragines an facile concipiant δ.3.B.a.
Vis plaſtica quid ſit. β.1.C.b.
vbi ſit ib.A.a.2.B.a.9.B.a.
qualis ſit β.8.B.b.
an ſit diuina ϛ.1.A.b.B.a.
ad quam animæ facultatem pertineat. β.2.C.a.
Viſcera ſunt inſtar anchoræ. β.27.D.a
Vita plantæ in animalibus quid ſit β.25.F.a. 28.D.b.29.A.b
Vox cur mutetur in exſectis α.20.A.a
Vnum eſt ὁμώνυμον γ.3.C.b
quà vnum non agit in ſe γ.2.C.b
Voluptatis in συνουσίᾳ *cauſa* δ.22.C.b
Vterus trahit ſemen δ.4.A.b.23.C.b
quo ſenſu ſit cloaca corporis α.25.E.b
habet plurimas & grandiſſimas venas β.10.F.a
humanus differt à bouillo, ſuillo &c. δ.19.A.b
φαινόμενα β.12.B.a
χορίον β.26.F.a
ψίαθος γ.20.E.a

FINIS.

CASP. HOFMANNI
DE
FORMARVM ORIGINE
SECVNDVM ARISTOTELEM
SENTENTIA,

Pertinens ad libros de Generatione hominis.

AD DD.

ADRIANUM SPIGELIUM,
V. CL.

EXCELLENTISSIMO ET CLARISSIMO VIRO,

D. ADRIANO SPIGELIO, ANATOMIÆ ET CHIRURGIÆ IN ARCHIGYMNASIO PATAVINO Profeſſori primario, Domino & amico meo veteri, S. D.

CASP. HOFMAN.

ERgone dignus tibi viſus ſum repudio, mi SPIGELI? & in re tam leui, vt mihi perſuadeo! Equidem ſpe iam deuoraram Obſeruationes illas, videbarque mihi videre te ſtolatum, & more Anatomico cinctutum, ſtare ad cadauer Struthiocameli, animalis tam inſolentis, ordirique longum ſermonem de rebus iis, quarum non niſi guſtum præbuerat mihi SÜSSENBACHIUS *noſter: Cum tu me reiicis in annum fortè Platonicum. Hei mihi, quid ſpes ſunt? Reuera, ſomnia vigilantiũ. Sed faceſſant ioci. Laudo ego & dilaudo inſtitutũ tuũ, qui cupias nobis ſeorſim dare, quæcunque ſedulitas tua tibi parit quotidiè. Macte iſto animo, qui tantum præſtat noſtrorum hominum vulgarem* περπέρειαν*, quo longius abeſt à ſtudio niderulentæ illius crambes, quã toties illi reddunt igni. Scilicet charta, quamuis ſæpè ſceleratiſſima, miſerè magnam partem peritura erat, niſi ſic periret. Mihi aliud ſtudium eſt, ab hoc tamen non valdè diuerſum, ſi finem ſpectes. Quia enim Veteres, tam in Philoſophia, quam in Medicina plurima nobis reliquerunt, quæ vulgo non intelligimus, non aliam ob cauſam, quam quia vno duntaxat oculo oblique aſpicimus: ſtatui ego quædam horum in lucem protrahere. Ex vtraq; copia, quæ in me perquam exigua eſt (vt aliqua tamen eſſet, fateor me à puero elaboraſſe) ſunt illa, quæ hactenus dedi. E Philoſophia eſt, quod heic oſtendo. In qua licet ſat ſciam eſſe me infra quoque mediocritatem: tamen quia hæc materia ita ſub manus venit, volui eſſe* ἐπιφορὰν *ad libros de Generatione homi-*

nis. Atque vt diffiteri non debeo, ſupereſſe quaſdam difficultates, ad quas non ita prompta ſit reſponſio: ita mecum conſtitui, non ſatis cauſæ eſſe, cur relictis ſtudiis aliis huic vni incumberem. Ita enim cenſeo, Vera nihilominus eſſe hæc, ex veris quippe deducta principiis. Vt igitur Zenonem improbant magni viri, quod motum negaret, cum ad obiectiones quaſdam reſpondere non poſſet: ita improbandus ſim ego, ſi, poſtquam res conſtituta eſt, plus quam decet, occuper in iis, quæ ad ſolum nudumque eruditiorum contactum diſſultura ſunt. Huius rei experimentum capere iubeo lectorem, qui liber ſit animo. Sed nec illum repudio, qui ſectæ ſit deditus, ſi bonum afferat animum. Sat enim ſcio, inueniet, quæ ῥοπὴν illi dabunt in alteram partem, occaſionemq; ſuggerent detexendi dubia potius, quæ occurrunt, quam principia ſubuertendi. Præſuppono autem rectè inſtitutum eſſe, & noſſe, in re probabili probabilem ſufficere rationem, quando Mathematica certitudo in naturalibus locum non habet: quin hominem ſe eſſe iuxta mecum, vt, ſi non omnino falſa afferantur, iudicium peragatur ex æquo & bono. Sed neque prohibeo, quominus totum negotium ſub incudem reuocetur. Fortaſſis enim, vt cum Galen. loquar, vera ſunt, quæ attuli: fortaſſis non ita, vt veriùs quid inueniri poſſit. Te autem, Excellentiſſime Vir, quem eximia eruditio, coniuncta cum incredibili rerum experientia, ad id honoris faſtigium euexit, ad quod Germanorum nemo, à tot retro ſeculis, quibus Gymnaſium Patauinum floret, peruenit, nominatim compello, & rogo, Dicas ſincere, quid rei eſſe putes? Si enim ſpongia dignum iudicaueris, cauſæ non eſt, cur id non fiat. Benè vale, vir magne, & veterem amorem tuum mihi perenna. 25. Januar. 1620,

CASP,

CASP. HOFMANNI DE FORMARVM ORIGINE SECVNDVM ARISTOTELEM SENTENTIA.

NAſcenti mihi ſub manu opella de Generatione hominis, perquam ſæpè objiciebat ſe difficultas illa, Qua ratione, modoue formæ ſubſtantiales (ſi modo propria hæc eſt locutio) fierẽt? Noueram equidem, quid vulgo ſentiant Philoſophi penè omnes: veruntamen, tam non ſinebant me id credere illa, quæ tractabã, vt potius ad alia omnia me raperent. Quamuis autẽ negligere poteram totũ negotium, nimis quippe ſemotum à rebus meis: adeo tamen me vrgebat, tantumq; non propellebat naturale illud ſciendi deſiderium, vt cogerer πολυπραγμονεῖν. Ad Philoſophos ergo cum ventum eſſet, neq; tamen inuenirẽ, vbi pedẽ figerem: cœpi cogitata mea in chartam conjicere, & cum quibuſdam cõmunicare, ſi (quæ tarditas ingenii mei eſt) vel tãdem poſſem reperire portum, vbi ſiſterem nauiculam meam. Iactatus autem hincinde, concluſi tandem, Formas nõ educi è potentia materiæ, quod vulgo Ariſtotel. creditur voluiſſe: ſed in materiam induci, quod ipſum ſtatuiſſe Philoſophum, mox probabo. Ecce tibi autem, dũ puto, me à tempeſtatibus ſecurum eſſe, noua inſurgit procella, quæ me in pelagus rejicit longè turbulentiꝰ. Sin, ita eſt, an non neceſſarium eſt, aliquid formæ præexiſtere? Et erat id quidẽ procliue ex Ariſtotele deducere: ſed tam graues ſubito oriebãtur difficultates, vt multo incertior eſſem, quã antea. De quibus cum conſulerem primi ſubſellii Philoſophos: viſi ſunt apertè manꝰ dedere. Interim, ꝙ diſſimulare nou de-

A beo imperitis luctatoribus non diſſimiles, qui ne ſcitè quidẽ cadere didicerũt. Si enim ita eſt, vt dicis: cur dicis hoc, ꝙ è diametro pugnat cũ theſi tua? Sed hæc quidem poſteà videbimus: nunc illa videntur reſumenda, quæ formarum inductionem ſuadere mihi viſa ſunt.

Initio igitur, ſi rectè jubent Philoſophi, ex iis petendã eſſe cuiuſq; rei explicationem, q̃ in eo genere ſunt diſtinctiſ- I. ratio pro formarum inductione.
B ſima: vtiq; rectè fecerimus, ſi formarum originem ex iis venati fuerimus, q̃ ſexu diſtincta ſunt. Id autẽ quamobrẽ à Natura factum eſt? Hactenus aliam cauſam nõ inueni, q̃ eam, q̃ Ariſtoteles tradidit, Vt à mare quidem eſſet principium actiuum, à fœmina paſſiuum. Hinc ſunt illæ voces, toties jactatæ, Mas, qua mas, præbet initiũ motus, adeoq; formæ, Fœmi-
C na, qua fœmina, materiam. Si itaq; mas ideo eſt diſtinctus à fœmina, vt formã in fœminã inferat: ſequet̃, formã ante generationẽ eſſe diſtinctũ q̃d à materia, & formam inferri potius in materiam, q̃ ex illa efferri. Vt clariꝰ dicam, Cum homo non generetur, niſi vir ſemen ſuum conjungat cum ſanguine fœmineo: à ſemine autem ſit forma: profectò forma nõ debet dici præſtari à materia. Cum ouum
D non fiat fœcundum, niſi gallina à mare aliquid accipiat: dici etiam non debet, formam gallinę eſſe in materiã gallinæ. Si ibi non eſt: qui poteſt educi? Hoc tangit argumentum illud inuictum de vi efficiente ſeminis maſculi: Si ſanguis maternus habet formam, cur viſa nõ eſt vlla mulier cõcepiſſe abſq; viro? Scio, quid de mola dici poſſit: ſed ſcio etiam, Gal. ipſum negare. Neq; n. viuipara eò progredi poſſunt, vt μεχρὶ τινὸς pariant ſine

mare: quo ouipara progrediũntur. Quę igitur ratio eſt, cur ex ſemine humano & ſanguine humano in vtero humano fiat homo: ex ſemine & ſanguine in vtero equino, canino, aſinino, leonino, equus, canis, aſinis, leo? Vter⁹ cuiuſq; animalis, dicet Fabius Pacius. Quẽ ego ſubſequar, Quæ igitur ratio eſt, ſi ouũ gallinæ ſupponatur anati, aut anſeri, vt exeat tamẽ gallina? Imò, ſi ne aui quidẽ ſubjiciatur, ſed in ſinu Liuię foueatur, in fornace Ægyptia excoquatur? Oportet igitur, mi Paci, vniuerſalis effectus vniuerſalẽ des cauſã. Illa autẽ eſt, ſecundũ Ariſt., ſemẽ maſculũ. Mas igitur ꝗa ſola & vnica cauſa eſt, cur ex hâc materiâ gignatur hæc forma: non poſſum etiam credere, Materiam in ſuo ſinu habere formam.

II. Secundo loco cõfirmauit me principiũ illud omnib. conceſſiſſimũ, Omne, ꝙ mouet, eſt actu, At ſemẽ maſculũ mouet. Hinc Ariſtot. ſemini toties tribuit actũ, vt hominis ſit valdè imperiti, vrgere tãtùm loca illa, quib⁹ δυνάμει ait eſſe. Nimirum, vt explicui negotium 2. *Gen. hom.* 3. *& ſeq.* ἐνέργεια illa aut ſi mauis, ἐντελέχεια ſeminis eſt actus primus, non exiſtentię, vt Scholaſtici loquuntur, ſed eſſentiæ, ꝗ actus cũ potẽtiá formali eſt vn⁹ & idem. Habet igitur ſemen actum quendã, quo aptum eſt mouere materiã ſuã ad formã illam, à qua fluxit. Habet, inquam, ouũ gallinaceum aliquid formæ gallinaceæ: ideò pertinaciſſimè properat ad gallinã, quamuis gallina nõ incubet. Hic actus, hæc forma conſtituunt decantatiſſimũ illum λόγον σπερματικὸν, ſine quo ſemen eſt ſemen, vt oculus pictus eſt oculus. Hic actus eſt μόριον τοῦ ζώου, ὃ εὐθὺς ἐν τῷ σπέρματι ἐνυπάρχει, 2. *Gen.* 1. Hic actus eſt φύσις illa ἀνάλογος τῷ τῶν ἄστρων στοιχείῳ, 2. *Gen.* 3. Hic actus eſt τὸ σπέρμα τῆς ψυχικῆς ἀρχῆς, ibidẽ. Hic actus eſt θερμότης ψυχική, 3. *Gen.* 1. Hic actus eſt ἀρχὴ γενέσεως καὶ κινήσεως, 1. *Gen.* 2. *&* 21. Hic actus eſt ἀρχὴ τοῦ εἴδους, ἣ ἄγει τὰ καταμήνια εἰς τὸ ἴδιον εἶδος αὐτοῦ, 1. *Gen.* 20. 4. *Gen.* 1. Quia igitur ſemen maſculum habet in ſe formam, quã ſanguini mẽſtruo tribuit: cur de Ariſtotelis quoque ſenſu forma nõ potius inducitur in materiam, q̃ è materia educitur? Hoc nõ dicũt, ſed clamant illa, q̃ dixi, Semen agere ſanguinẽ in ꝓpriam formam: item, q̃ ſequuntur, Principium, ꝙ in ſemine eſt, poſſe in fœmina mouere, & concoquere vltimũ alimentum, quod ſanguis eſt: item illa 1. *Gen.* 1. *&* 3. Semẽ maris, in vtero receptũ, mouere ſanguinem eo motu, quo mouetur ipſum. Quod cum ita ſe habeat, quidni rectè dictum ſit ab eodem 1. *Part.* 1. τὸ ποιῆσαν πρότερον ὑπάρχειν, οὐ μόνον τῷ λόγῳ, ἀλλὰ καὶ χρόνῳ. Et ne tu dubites, ſubitò dicit, In ſemine eſſe ἀρχὴν, eſſe τὸ ποιητικὸν τοῦ ἐξ αὐτοῦ. Quę ſi alieno loco dicta eſſe cauſaris, accipe illa ex 4. *Gen.* 1. τὴν ἀρχὴν κινοῦσαν ἀεὶ πρότερον εἶναι ἀναγκαῖον, καὶ τῆς γενέσεως ἀρχήν. Quare ſi id de tempore nõ dicit expreſſe 1. *Gen.* 21., debet ſubintelligi. ἡ ἐν τῷ σπέρματι δύναμις ἐστιν ἡ ποιοῦσα. τὸ δὲ συνιστάμενον, καὶ λαμβάνον τὴν ἀρχὴν, τὸ τοῦ ἐν θήλει περιττώματος λοιπόν. Eodem penè modo loquitur 2. *Phyſ.* 1. *t.* 11. cum ait, Carnem & os, non eſſe carnem & os, πρὶν λάβοι τὸ εἶδος, τὸ κατὰ τὸν λόγον. A mare igitur quia eſt principium hoc; & actu eſt: quidni tribuamus illi ſuâ? Et materię cur demus, cui⁹ eſt λαμβάνειν? quæ perpetuo vocatur ὑποκείμενον?

Tertio loco ſtabiliuit me analogia, ꝑ q̃ Ariſtot. tã libenter docet. Quemadmodum (vult dicere) artifex in ſe habet formã, q̃ inducit operibus ſuis: ita ſemen maſculũ. Ἐκ τῆς ὕλης πολλὰ ποιοῦσιν, inquit 1. *Metap.* 6. *t.* 44. τὸ δὲ εἶδος ἅπαξ γεννᾷ μόνον. φαίνεται δὲ ἐκ μιᾶς ὕλης μία τράπεζα. ὁ δὲ τὸ εἶδος ἐπιφέρων, εἷς ὤν, πολλὰς ποιεῖ. ὁμοίως δ' ἔχει τὸ ἄρρεν πρὸς τὸ θῆλυ. τὸ μὲν γὰρ ὑπὸ μιᾶς πληροῦται ὀχείας. τὸ δὲ ἄρρεν πολλὰ πληροῖ. καὶ ταῦτα μιμήματα τῶν ἀρχῶν ἐκείνων ἐστί. *In his (ait) duo illa principia, ars & natura, ſe inuicem imitantur. Quemadmodum menſarius multas quidẽ facere poteſt menſas, ſed ex vno aſſere non niſi vnam: ita mas multas quidem fæminas implere poteſt, at vnã vno initu implet.* Quibus ego addo, Quemadmodũ menſarius infert formam menſæ: ita mas fœtui. Huc faciunt loca illa, quibus probat, Semẽ maſculum nõ præbere materiam vllis partibus: ſed habere ſe ad ſanguinem menſtruum, vt artifex ad opus ſuum, hac tamen differentia, quam tradit Gal. ipſe 2. *Fac. nat.* 3. *ex* 1. *Gen.* 22. III.

Quarto loco mouit me cõſenſus plerorumq; Theologorum & Philoſophorum, qui animas dicunt eſſe ex traduce, vt loquũtur. Quomodo n. anima huius indiuidui poſſit cõmunicari illi indiuiduo, niſi aliꝗd ex anima decerpat? Hinc veteres ſemen vocabant ἄρπαγμα ἢ ἀπόσπασμα τῆς ψυχῆς, *particulã animæ paternæ.* Hinc ſunt illa, quæ dudum ſcripſi, de ἀρ- IV.

χῆ

κῇ ψυχικῇ, de εἴδει, *de principio animali*; *de forma*, de aliis, quæ Ariſtoteles à generante in generatum transferri ait. Omnium autem clariſſime id oſtendunt verba de Reſp. 18. vbi generationem definit μέθεξιν τῆς θρεπτικῆς ψυχῆς, qua de re mox plura. Licet autem de homine dubitet, mentemq; θύραθεν ἐπεισιέναι dicat: ego tamen ſum eius ſententiæ cum Præceptoribus, hominem non debere eſſe deterioris conditionis, quam vel equus ſit, vel canis, vel alia bruta. Omnibus enim conceditur ſubſtantialis generatio: & adimatur illa ſoli homini? Et cum in paradiſo largiretur Deus opt. max brutis id, vt, ſine noua creatione, poſſet multiplicare genus ſuum: largitio illa nō attingat hominem quoq;? Scio, quid poſſit obiici, & fateor, me vix parē eſſe ſoluendis difficultatib.: ſcio tamen & hoc, creationi non minores obſtare difficultates, apud Theologos quoq; Qua de re alibi.

V. Huic cōtiguum fuit illud, ab omnib. Philoſophis hactenus datum Ariſtoteli, Cōpoſitū fieri ex Materia & Priuatione. Quod ita intelligunt, Materia & forma nō habēt ſe ad inuicem contingenter, vt Plato volebat: ſed eſt inter illa nex⁹ quidam eſſentialis, vt huius materiæ non ſit alia forma, quā hęc, huius formæ nō alia materia, quam hæc. Cum autem alia ſit conditio rerum factarum, alia fientium, qua de re iterum dicetur infra: quandoquidem materia nō poteſt prorſus destitui ſua forma, ſed ſemper retinet aliquid formale, in fientib. rationem formæ habet Priuatio. Hæc. n. facit vt ex ouo gallinaceo nō niſi gallina fiat. Priuatio hæc, cum non ſit (vt omnes fatentur) in pura negatione, ſeu potentia: ſed præſupponat actū quendam, fortaſſis inchoatum, cui à Natura hoc ineſt, vt abſque adiumento alio tendat ad ſuā pfectionē: planum fit, ab actu hoc inchoato eſſe actū perfectum, adeoq; formas induci in materiam, quia à materia reuera diuerſum quid ſunt.

VI. Tandem nō leue momentū mihi dabant illi met eductionis patroni, quando neq; obiectionib. ſatisfaciebāt, neq; rem ſuā ſine præſentia formæ tutari poterāt, illudentes interim nobis verbis. Quod ipſum videbim⁹ ſub finem particulatim.

VII. Quod ſi hoc quoq; valet quidquā, habebam pro me ſumum Philoſophū, ſtipatum magno numero teſtiū, Bonamicum, 2. Motu 29. quem conſulere licet.

A

Et hæc quidē digna mihi viſa ſunt, quæ pſuaderent, Formas educi: cū ſubito increpuit quidā, Ergo formæ ſunt, anteq̄ fiāt? Nodus vere Gordius, ſiquidē ita ꝓponas! Quæ cauſa eſt (niſi me decipio) cur, quē modo dixi, Bonamic⁹, inductionem quidē formarū ꝓbet, formarū præexſiſtentiam improbet, vt videre eſt l. 6. magni operis c. 26. Ego vero docebo, partim ex Bonamico, partim ex Ariſtotele, neceſſario cōcedendū eſſe aliquid in reb. fiētib. præeſſe formę. Ita loquor, qui ſcio, edoct⁹ ab Bonamico iuxta & Ariſtotele, aliud eſſe loqui de principiis rerū factarū, quę ſunt Materia & Forma: aliud de principiis rerū fientiū, quæ ſunt Materia & Priuatio. Quāobrem clara voce dico, Niſi in reb. fientibus præter materiæ propriæ diſpoſitionē & aptitudinē, ſit aliquid, quod adſtringat materiam ad hāc formam, nunquam fore hanc formam. Quid illud vero eſt?

B

Heic ſi quis dubitare vellet, Sitne id, q̄ prærequiritur, potētia, an actus? ille mihi neſcire videbitur, Materiā ab omnibus dici, & eſſe potentiā. Si igitur, quidquid fit, fit è potentia & actu: nō (credo) dubitabitur, vel actū eſſe, vel actu, (iā. n. nō diſtinguo) quod materię iūgitur ꝑ altero principio. Rurſus, non eſſe id actum quēuis, ſed hunc, nō, inq̄, formę cuiuſcūque abſentiā, ſed huius: qui actus, vt Pendaſi⁹ alicubi loquitur, cōuenit in eſſētia ꝓpria, in genere ꝓximo, cū forma futura, tanq̄ iā aliquo modo præſente. Quo autē, dicis: Quaten⁹ efficiēs eſt idē ſpecie cū forma, 2. Phys. t. 70. In ouo v. g. gallinaceo (vtemur autē hoc exēplo ſæpi⁹) quid eſt, q̄ facit, vt gallina fiat, q̄uis gallina nō incubet? Poſſibilitas materiæ, dicūt. Ex alia. n. materia q̄ gallinacea, gallina nō fit. Recte: ſed non ſatis. Cur. n. ex ouo ſubuentaneo pullus non fit? cur fœmina nō gignit ex ſe ſine copula viri? Ex quib. palā fit, conſiſtere naturā priuationis, non in materia, ſed in alia re. In qua autē? In actu illo, qui facit, vt ex materia gallinacea fiat gallinaceū quid, breuiter, in ſemine galli. Hoc igitur ſemē eſt priuatio formę gallinaceę, quo pręſēte, fit gallina, quo abſēte, nihil fit: Sed cur fit gallina? Quia priuatio eſt εἶδός πως, *quodāmodo forma*, 2. Phys. 1. t. 15. quia degenerat in formam. Nempe hæc priuatio eſt nō-gallina; ideo fit gallina. Si eſſet non-anſer,

Ariſt. doctrina de formæ præexiſtentia.

C

D

E

F

anſer, nõ anas, fieret anſer, fieret anas. Quare priuatio tendit ad ſuam formã, quamuis cauſa communis ſit alius generis, vt prædixi. Hinc 1. Phys. 7. t. 69. priuatio dicitur contraria τῷ λόγῳ, *formæ, quæ per definitionem eſſentialem exprimitur.* Sed cur hoc? οὐδὲν ἁπλῶς γίγνεται ἐκ μὴ ὄντος, inquit Philoſophus cap. 8 ſeq. t. 75. ὅμως μέντοι γίγνεται ἐκ μὴ ὄντος κατὰ συμβεβηκός. Ἐκ γὰρ τῆς στερήσεως, ὅ ἐστι καθ' αὑτὸ μὴ ὄν, οὐκ ἐνυπάρχοντος, γίγνεταί τι. *Quod eſt: Nihil fit ex ſimpliciter non ente; fieret enim ex nihilo: interim fit vnumquodque ex non ente per accidens. Ex priuatione enim, quæ eſt non ens (hoc) per ſe, non tamen vt ex materia, fit aliquid.* Priuatio v. g. formæ gallinaceæ in ouo, eſt ſimpliciter nõ ens, h.e. illud, quod natura intendit (quis .n. ſimpliciter nõ ens diceret, niſi qui ſimul principii vim illi adimere vellet?) fit autẽ ex illo ens hoc gallina, non tanq̃ ex materia, à qua differt eo modo, quo potentia & actus. Et iterum c. ſeq. t. 79. ἡ ὕλη ἐστὶν οὐκ ὄν, κατὰ συμβεβηκός. ἡ δὲ στέρησις, καθ' αὑτήν. Καὶ ἡ ὕλη μὲν ἐγγὺς καὶ οὐσία πως· ἡ δὲ στέρησις οὐδαμῶς, *Materia eſt non ens per accidens: priuatio per ſe. Materia .n. quodammodo eſt ſubſtantia, priuatio nullatenus.* Materia v.g. gallinę eſt non gallina ꝑ accidens: priuatio gallinę eſt non ens ꝑ ſe. Materia .n. oui quodamodo eſt ſubſtãtia, quia manet, & fit pars eſſẽtialis gallinæ: priuatio (reſpectu gallinæ factæ) nullo modo dici poteſt ſubſtãtia, quia accepta nouã φύσει quaſi perit, ſucceditque ei forma, quæ vere eſt ſubſtãtia. Et hoc ſenſu iã antea dixit, priuationem eſſe quodamodo formã. Cæterũ, perit priuatio fientiũ, quatenus in factis nõ conſtituit partem eſſentialem. Duæ .n. tantũ ſunt, materia & forma. At quatenus in factis conſtituit calidũ natiuũ, vt alibi docui: tam non perit, vt non ſolũ ſit fundamentum vnicum vitæ, ſed & ꝓmat ex ſe priuationem ad alterũ indiuiduum. Et hoc eſt, ꝗ Ariſtoteles dicit de Reſp. 18. vt nuper indicaui. γένεσίς ἐστιν ἡ πρώτη μέθεξις σὺν τῷ θερμῷ τῆς θρεπτικῆς ψυχῆς, *Generatio eſt prima cõmunicatio animæ nutritiuæ vna cũ calido natiuo.* Et hinc in ſeq. ſumetur ratio, quomodo cõcedi poſſit, aliquid formæ decedere, & manere tamen formã indiuidui integrã. Hinc intelligitur lis illa, Quo ꝑtineat priuatio? ad terminum à quo, an ad quem? Si cõſideres ipſã mutationem ſeu generationem ſucceſſiuam, quia à priuatione, tanquam à meta ſeu carceribus initium habet: pertinet ad terminum à quo. Sin generationem iam factam & completam: ad terminum ad quem. Nempe enim ſemen dicitur dupliciter, 1. Part. 1., & illius, cuius eſt, Socratis patris, & illius, quod fit, Sophroniſci filii: quare alio reſpectu huc, alio illuc referri poteſt. Niſi fallor, potiori ratione ad terminum ad quem refertur. Cum enim, vt ibidem docetur, ſemen, quod facit, ſit φύσει ταὐτόν, *natura idem*, cum eo, quod fit: manifeſtum eſt, quod dico.

Auſim aſſerere, Bonamicum ὑπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας ἀναγκαζόμενον, vt Ariſt. loquitur 1. Metaph. 3. t. 29. & ex eo Gal. 5. Sent. Hipp. 4. idemmet docuiſſe. Cauſæ, vult dicere 3. Motu 38. cõſiderantur, aut ſimpliciter, aut in indiuiduo. Cum ſimpliciter, forma præcedit potentiam. Formæ enim appetitu ducta materia cõtendit ꝑ priuationem in formam. Materia hoc agit, vt ꝑ acceſſum formæ conſumationẽ aſſequatur. Vltima forma eſt, quæ finis erat, antequã res eſſet: ſed eſt poſtea terminus omnis tranſmutationis. Ea enim præſente ceſſat motus. Vbi adeſt cũ materia, ſimul dat eſſe indiuiduo, ſimul eſt cauſa functionum, non illarum tantum, quæ ad indiuiduum pertinent, ſed & illarum, quæ ad ſpeciem. Quare in indiuiduo contra ſe habet, potentia præcedit formã. Cum .n. indiuiduum iam omnib. ſuis numeris eſt abſolutum; nõ poſſit æternũ peręnare eo modo, quo vult: cupit de ſe ꝓducere aliud indiuiduũ. Hoc fit, cõmunicando materiæ ſuã bonitatem, h.e. ſuã formã; vt altera ſimili forma, in illa materia ꝓducta, expleat deſiderium ſuũ. Ita fit, vt forma in altero ſit eius finis, à quo mouetur primo, eo ſcilicet modo, qui fini ipſi eſt ꝓprius. Eo ipſo quia facit ſibi ſimile, degenerat forma in efficiens. Hæc ille ad ſenſum: in quib. longe aliter illum accipere potẽtiã, q̃ alias in hoc diſcurſu accipimus, apertum eſt. Potentiã .n. vocat, cum cõpoſitum poteſt hoc vel hoc. Quãdo igitur poteſt generare indiuiduũ (docet) fertur in materiã, cui cõmunicat ſeipſã, vt expleat deſideriũ illud, omnib. reb. infixum & natiuum, quo tendunt ad ꝑfectionẽ ſuã, vt alibi loquitur. Vt in exẽplo ꝑſiſtamus. Gallus, dum vult ſibi ſimilẽ gallũ, ꝓperat ad gallinã, eiq; dat aliquid de forma ſua. Hoc in gallina conceptum, dicitur in ouo priuatio, vſque

Bonamici de eadem doctrina.

vſque dum gallus vel gallina prodeat. Si A hoc non eſt docere, formas eſſe, antequã ſint, adeoq; formas eſſe partibiles, vt cum aduerſariis loquar: neſcio equidem, quẽ alium ſenſum verba faciant! Sed pergamus. Lib. 4. eiuſdem operis c. 27. hæc tradit. Duplex eſt genus appetitus naturalis. Alterum actuoſum, quod eſt in efficiente ad communicandam illam formam, quã habet, non minus, quam in ꝓdigo ad erogandas pecunias. Alterum paſſiuũ, quod eſt in materia. Cui ego occurro ſic. Tam mas, quam fœmina cupit propagare ſpeciem ſuam. Et confert ad eam rem, mas quidem formam, fœmina autem materiam. Gallina v. g. confert ouum, quod ſubventaneum ſolemus dicere, ſi abſque galli ſemine exeat: Gallus confert album illud, abs quo nihil ex ouo fit. Sed & fit inde non alia auis, quam gallus vel gallina, quis alia auis incubet. Qui hoc docet, quomodo non docet, formas præeſſe? Qui fit autem, inquis, quod modo efficientem, modo formam dicit? Quia (ait l. 2. c. 29.) efficiens cum forma eſt idem numero, ſed differt ſpecie. Degenerat (inquit alibi) forma aliquando in finem, aliquando in efficientem. Forma eſt & dicitur, cum præſto eſt ſuę materiæ, ſuo indiuiduo. E quo cum promit aliquid, ꝙ ad aliud indiuiduum cudendum aptum ſit, efficiens dicitur, quia materiam ducit ad formam. Cum fertur ad ꝓpagandam ſpeciem, finis dicitur. Nam vt formæ, communicantis ſeipſam, officium eſt, ordinandi & explicandi: ita finis quoq;. Intelligitur ex his, Quomodo, quod ex Ariſt. dixi efficiens ſit idem ſpecie cum forma: & tamen ſecundum Bonamicum differant ſpecie? Reuera & in eſſentia eſt vnum quid, eiuſdemque ſpeciei, quia efficiens v. g. hominis eſt etiam forma hominis: at in ratione cauſalitatis videntur differre ſpecie, quia cauſę ipſę differunt ſpecie. Tu dicis, Quomodo fit communicatio illa? Per eſſentiamne, an per cõtactum ſeu materialiter? Hos enim duos modos nunc tantum conſidero. Bonamicus applicat ſe poſteriori. Ipſa enim forma, inquit, non diuiditur, ſed habet rationem F totius: dicitur autem diuidi ſecundum materiam ſeu gradus, quia ſeruatur eadẽ ſpecies. Vide l. 2. c. 14. 27. & 40. Hanc materialem diuiſionem, ipſomet interprete, intelligere oportet de ſucceſſiua partium generatione, quæ eſt generatio improprie dicta. Cum enim proprie dicta ſit, quę fit in momento illo, in quo Natura imponit operi vltimam manum, ſeu, vt Philoſophice loquar, cum eſt in termino ad quem: improprie eſt illa, quæ incipit ab ea hora, in qua ſemen in vterum coniectum eſt, & durat vſque ad tempus dictum, complectitur (inquam) totum illud B ſpatium, quo natura eſt in opere. Atque hoc eſt, quod Ariſt. docuit 2. Gen. 3. Animal primum viuere vitam plantæ, deinde animalis, tandem hominis. Ergone forma hominis eſt triplex, vt Gal. vult? Non eſt. Ab initio ſtatim adeſt tota anima, ſed format ſibi primo aggreſſu ea tantum inſtrumenta, quibus alimentum trahit, conficitque, ꝙ officium eſt plãtarum. His ſuccedunt ſenſus inſtrumenta. Tan- C dem rationis. Quare dici poteſt, formam humanam eſſe quidem diuiduam: ſed ſecundum materiam ſeu ſubiectum, in quo operatur. Tam enim operoſa moles ſimul & ſemel fieri non poteſt. Sed & Natura non facit ſaltum: quin potius in indiuiduis perfectioribus ſeruat eum inſtrumentorum ordinem, qui in vniuerſo eſt. Quamobrem dici quoq; poteſt, formam accedere per gradus, ſed eo ſenſu, D quo dixi. Hoc modo (inquam) Bonamicus ſe abſoluit: ego vero cupiam intelligere, Quomodo hæc quadrent ad ſuperiora? Non enim quærebatur de productione indiuidui, quomodo formæ partium ſibi inuicem ſuccedant, vſque dum forma ſit perfecta: ſed de propagatione indiuidui, quomodo ab indiuiduo ſeratur indiuiduum. Hoc autem cum dixerit fieri per communicationem eſſentię: cur E iam aliorſũ it? Sed & non intelligo, quomodo agens naturale dici poſſit communicaſſe alteri ſuam formam, ſi id non fiat per eſſentiam? Vt in exemplo maneam. Cupio ſcire, quid ſit illud, quod in ouo gallinaceo orditur motus naturales (ſic alicubi loquitur Gal.) ad gallinam, licet gallina non incubet? Exſpecto enim, vt dicas mihi, quomodo ſupra, aliquid eſſentiale galli. Tu vero dicis, formam gallinæ quodammodo eſſe diuiduam, ratione inſtrumentorum, quibus forma illa operatura eſt. Dic mihi, inquam ego, Quid inſtituit & ꝑficit ordinẽ illũ partiũ, adeoq; formã gallinæ cõplet? Profecto, ô bone amice, ſi priora bene ſe habent, non

potes

poteſaliter dicere, quam gallum comũ-
nicaſſe gallinæ aliquid formæ ſuæ, &cõ-
municaſſe ꝑ eſſentiã. Niſi.n.ſit, ꝙ materiã
gallinaceam adſtringat ad gallinã, gallina
nõ erit, ſi anas incubet, vt non ſemel dixi.

Bonamici reſpõſionum examen. Et hæc quidẽ fluctuatio eſt Bonami-
ci, manifeſtior futura, ſi hæc quoq; in cõ-
ſiderationẽ vocauerimus. I. Legimus, in-
I. quit, multos veniſſe in eiuſmodi ſentẽtiã,
aut ꝑpetuo, aut ꝓ ratione nouę formæ, a- B
liquid ipſius reſidere in materia, verẽtes,
ne forte acceſſio formæ nõ ſit generatio,
ſed creatio. Argumentum tale eſt, Si nihil
formæ præeſt, non generabitur, ſed crea-
bitur, Sed hoc abſurdũ eſt, Ergo oportet
aliquid formæ præfuiſſe. Hoc apud me
plane demonſtrat. Eſt enim id, ꝙ toties iã
vrſi, Cur ex ouo ſubuentaneo nihil fit?
Cur, niſi gallus inierit gallinã, gallina nõ
fit? Cur gallina fit, etiamſi alia auis incu C
bet? Dico enim, requiritur aliquid formæ
gallinaceæ. O, dicunt alii, non requiritur
forma, ſed efficiẽs. Dicite mihi, ô vos, lo-
quiminine de efficiente ꝓximo, an remo-
to? De remoto nõ puto vos audere, ne ſu-
bito confundamini. Proximum autem il-
lud, ꝙ eſt? Proculdubio dicetis, ſemẽ gal-
li. Nam à gallo in gallinam trãslatum, nõ
n. ſi gallinã facit. Eſt igitur efficiens, quã-
tenus facit, ſimpliciter: at quatenus galli- D
nã facit, eſt forma. Et hoc eſt, quod pridẽ
dictum eſt, Efficiens & formam eſſe nu-
mero idem, differre ſpecie. Quãdo igitur
efficiens, ꝙ vos dicitis, non aliter differt à
forma, q̃ ego vrgeo, quã homo ab homi-
ne, equus ab equo, 1. Top. 6: iam lis noſtra
deuenit ad quæſtionem, Quid nominis?
Sed quid Bonamicus reſpondet? Formæ
ſupponi materiam, in qua ſit, tanquam in
potentia patibili: eamque efficientis actu E
conſiſtere. Aut non intelligo, aut repu-
gnantia loquitur. Si enim materia ſimul
eſt in potentia, & ſimul in actu, materia &
potentia eſt & actu. Quod ſi ꝑ τὸ Eam in-
telligit, non materiam, ſed formam: ſei-
pſũ cædit. Iam.n. ex ipſomet audiuimus,
Formam & efficientem eſſe idem nume-
ro. Si itaque propterea creatio non eſt,
quia efficiens materiam ducit in actum;
efficiens autem & forma non differunt: F
concludere licet ex ipſomet Bonamico
II. contra Bonamicum. II. Niſi generatio fiat
à principio interno, non poterit dici na-
turalis, Hoc principium, aut forma eſt,
aut materia. Non materia, quia paſſio tã-
tum ei competit, Ergo forma. Hoc ite-
rum apud me plane demonſtrat, ſiquidẽ
per formam intelligunt priuationem for-
mæ. Hæc. n. niſi poſitiuum quid eſt, qua
fronte habetur inter principia naturalia?
Quid igitur Bonamicus? Niſi fallor, du-
plicem molitur reſponſionem. 1. Ait, nul-
lam argumẽti neceſſitatem eſſe, quod ad
cõſtitutionem motus naturalis ſufficiat,
ſi principium tantum paſſiuũ ſit naturale.
Miror, ſi ex animo loquitur! Sed poſſit di-
ci: quid fit de re ipſa, per motum genita?
Niſi .n. forma eius ſit æque naturalis, na-
turalis ipſa non erit. 2. Ait, nullam neceſ-
ſitatem eſſe, quãdoquidem Ariſt. ſemper
docuerit, nihil poſſe generare ſeipſum, ne
idem ſimul actu ſit & potentia. Si recte iu-
dico, tangit principium illud, Vnum, qua
vnum, non poteſt ſimul agere & pati, qua
de aliquammulta dixi 3. Gen. hom 3. fere
ex hoc noſtro l. 8. Motũ c. 41. & 42. Id ve-
ro quomodo facit huc? Illi (ſi mentem, nõ
verba ſequaris) aiebant, Nihil fit, niſi ex
ſubiecto & priuatione conſiſtat, quæ pri-
uatio eſt præſens forma illius, quod alio
tendit, v.g. oui, cum vult fieri gallina. Tu
dicis, Vnum, qua vnum, non agit in ſe, niſi
ſuperueniat illi extrinſecum. Ergone, di-
cam ego, ſemen galli ſuperueniens ma-
teriæ gallinaceæ, eſt extrinſecum quid? â
natura eius alienum? Hoc enim vult heic
loci τὸ Extrinſecum. Sed dic age prius, Ex-
trinſecum illud, eſtne remotum, an pro-
ximum? De remoto facile tibi dabo, eſſe
extrinſecum: at de eo heic non agitur.
De proximo non dabo: ſed volam ſcire,
Ouum eſtne vnum reuera? συμφυές τι? Nõ
puto, niſi negare voles, quod ruſticæ di-
cunt, & in quod ſolicite inquirunt. O-
mnino conſtat ex duobus, adeoque eſt
συναπτόν τι, ceu docui loco citato, vt
poſſit in ſe agere, ſi efficiens extrinſe-
cum illi ſuperuenerit. Ergo priua-
tio ſeu ſemen galli eſt principium illud
internum, quod neceſſario præcedit.
Quid illud vero eſt, quod ait Bonamicus,
Patibilis principii propenſionem non eſ-
ſe ſine certa forma, eaque contraria, in
qua ſit priuatio formæ futuræ? Quid,
quod ait, ſe libentiſſime concedere, hoc
futurę formę in materia prędecedere? Hoc
.n. planiſſime ad ſenſũ meũ eſt, ſi hoc ſolũ
demas, ꝙ priuationẽ facit partẽ materiæ.
Priuatio.n., vt dixi, actus eſt, materia pri-
uatio. Quod niſi eſſet, nihil fieret. III. A- III.
riſt. hæc ſententia eſt 7. Metaph. 9. t. 31.
cum ait, τὸ σπέρμα δυνάμει ἔχειν εἶδος, καὶ
ἀφ'

ἀφ᾽ οὗ τὸ σπέρμα εἶναι πως ὁμώνυμον, *Semen potentia habere in ſe formam, quæ quodammodo idem habeat nomẽ cum illa, à qua deciſa fuerat.* τὸ μὲν γὰρ σπέρμα λέγειν, καὶ ἀφ᾽ οὗ τὸ σπέρμα, οὐδὲν διαφέρει, *Nihil refert, ſemen dicas, an id, à quo ſemen*, 2. Gen. 1. Quia, vt pater actu concurrit, ita ſemen. Nimirum, vt alibi docui, Potentia illa, de qua in Metaph. loquitur, formalis eſt, & non differt ab actu primo, de quo in de Gen. Et poſſent nõ pauci loci alii addi, niſi ſuperuacuum eſſet in re tam clara diu verſari. Quid igitur Bonamicus ad locum illũ in Metaph.? Forma ibi nullo pacto intelligitur eſſentia, aut eſſentiæ pars, ſed vis ab efficiente impreſſa, quâ mouetur, ac ſi præſens eſſet efficiens ipſum. At tibi quidem, ô Bonamice, cum hoc efficiens dixeris eſſe idem numero cum forma; forma autem ſit eſſentiæ pars: licet concluſionem facere, quam voles.

Bonamici obiectionum examen.

Reſtat, vt videamus, Quomodo Bonamicus ſtabiliat ſententiam ſuam. Mihi ea quoq; res ſuſpecta eſt, quod rem tantùm ad abſurda ducit! Si admiſerimus, vult dicere, formã præeſſe, duo maxima ſequẽtur abſurda, quorum alterum erit, Plura erunt principia rerum naturalium, quam tria, à Peripateticis approbata: alterum, Forma erit partibilis.

I. Primum incurrit in diſtinctionem, ab ipſo Bonamico traditam, alia eſſe principia rei fientis, alia factæ. Forma enim, quæ in re fiente dicitur eſse, nam tam eſt forma, quam priuatio: erit autem forma in re facta. In ouo v. g. priuatio ad gallinam eſt formã futuræ gallinæ. Hãc de re operæ pretium fuerit audire ipſum, l. 2. c. 27. ita differentem. Illud, quod dicitur fiens (eſt enim illud, quod conſtat ex ſubiecto & priuatione) aut eſt compoſitum per accidens, ſi præſentem formam reſpicias, aut ſi, vt eſt compoſitum per ſe, huiuſmodi ſolum eſt ſecundum rationem, non autem ſecundum rem, nihil in materia ponente priuatione, ex qua conſtat, præter alicuius formę notam, hoc eſt, habitudinem ad formam abſentem. Vt in trito exemplo perſiſtamus. Ouum, quia eſt fiens aliquid, non eſt compoſitum verè, ſeu ſecundum rem, quia non conſtat ex materia & forma. Ouum igitur eſt compoſitum per accidens, ſi præſentem formam (nota) reſpicias. Quando igitur per Bonamicum quoque priuatio in ouo

A eſt forma, ſed per accidens, quia forma fieri poteſt; priuatio autẽ præeſt: vbi jam eſt abſurdum tuum? Nec quidquam obeſt, quod poſtea dicit, eſse notam formæ, eſse habitudinem ad formam abſentem: niſi enim ſit aliquid actu formale, forma gallinæ nunquam erit. Nihil enim mouet, quod non ſit actu, 9. Metaph. 8. t. 13. 1. Gen. 22. 2. Gen. 1. Alterum eſt formidabile illud, quod apud pleroſq; tantũ poteſt, II.

B quantum Achilles ad Trojam. Si enim (dicunt) cõmunicatio eſt eſsẽtialis, quomodo poſſumus effugere, ne dicam, Formas eſſe partibiles? Hoc verò iterũ maxima ſequentur abſurda, 1. Vltimã materiã nõ eſſe eandẽ cum vltima forma, h. e. eſſe aliquam formæ partem extra ſuam materiam, ſeu, aliquam materiæ partem eſſe informẽ. Illa enim formæ pars, quæ abſceſſit, deſeruit materiam ſuam. 2. Formas in vnò & eodem indiuiduo recipere

C magis & minus. Ante enim ſeminis emiſſionem magis erat forma: poſt emiſſionem eſt minus, quia deceſſit illi aliquid. 3. Formas eſſe in perpetuo fluxu, opusque habere perpetua ſurrogatione, ne tandem materia deſeratur prorſus à forma. Hæc & alia coegerunt Bonamicum, vt communicationem tantum materialem concederet, ceu vidimus ſupra, &

D videre eſt amplius apud ipſum l. 2. c. 40. Ego vero, non tam propriam oris confeſſionem vrgeo, quam rem ipſam, Vnde habet ouum, v. g. gallinaceum, vt non niſi in gallinam tendat? A forma gallinacea, dico ego. Illi vero: Non à forma, ſed à materia. Quibus ego rurſum, Ergo materia ſimul eſt & actus & potentia. Atque hoc fortaſſis eſt maius abſurdum, quam formas eſſe partibiles, ſi

E recte intelligas. Intellectus autem eſt, ne tu putes, aliquid abradi à forma galli, cum ſemen profundit, ſed à calido ipſius natiuo, quod proxima eſt ſedes formæ, vt iam ſupra oſtendi ex Ariſtotele. Hanc rem, quia magni momenti eſt, ita porro deduco. Natura, æternitatis ſtudioſa, cum per materiæ malitiam perpetuare ipſum indiuiduum non poſſet, voluit per cõtinuationem indiuiduo-

F rũ facere. Excogitauit igitur varios perẽnationis modos, inter quos communior, pfectiorq; eſt, qui fit per ſemẽ. Hoc ſemẽ, vt oſtendi in veſtibulo lib. de Gen. hõ., in plantis quidem coniunctum habet vtrũque

que principium,actiuum,dico,&paſſiuũ,
adeoq; eſt ab vno & ſolo indiuiduo :in a-
nimalib.autem,ſexu diſtinctis, diſiuncta
ſunt,&alterũ quidem,(actiuum)eſtà ma-
re alterũ autẽ(paſſiuum)à fęmina.Quare
poſtquã cõiuncta fuerint,v.g.in ouo gal-
linaceo, dici poterit, & dicit Theop. *1*.
Caus.7.ſemina plantarũ ſimilia eſſe ouo.
Ruſ⁹, quia ouum reuera eſt πρῶτον μῖγμα
ἐκ τοῦ ἄῤῥενος καὶ θήλεος;huic autẽ ꝓportio-
ne reſpõdet,ꝙ κύημα ſolet vocare Ariſto-
teles:iam licet hęc tria inter ſe cõponere,
ſemẽ plantarum,ouum ouiparorũ, κύημα
viuiparorum. De his vniuerſum quæro,
Quid ſint,&quomodo conſiderentur?Si
Bonamicũ conſulas,negabit is, dici poſſe
compoſita ꝑ ſe quod non conſtẽt ex ma-
teria & forma: dicet autẽ compoſita dici
per accidens quod conſtent ex mate-
ria & priuatione. Mihi dicendum vide-
tur,eſſe mediũ quid inter ſimplicia &cõ-
poſita corpora.Cum ſimplicib.n.conue-
niunt in eo, ꝙ non ſint organica:cum cõ-
poſitis, quod proximam potentiam ha-
beant ad corpus organicum. At quia vi-
vunt,cõpoſitis viciniora ſunt. Quæ cauſa
videtur eſſe, cur Gal. l. de Maraſmo c. 2.
triplicem viuentium ordinem cõſtituat,
Plantarum,animalium, & vtrorumq; ſe-
mina.Cur.n.ſeorſim ponit ſemina? Quia
viuunt:ſed ſuo quodã modo, actu primo,
ſeu potentia formali,vt iã toties dixi. Sed
cur Natura medium hoc inſtituit? Quia
non facit ſaltum, ſed ſemꝑ ab imperfecto
tendit ad perfectũ.Fortaſſis alia nõ pauca
obſtabant illi, de quib. hoc loco dicendũ
non eſt.Sed quando hoc facit? Profecto,
non omni plantæ, animaliſue ætate, ſed
tum tantum, cum in ἀκμῇ eſt. Quo ergo
nomine appellabitur,Pars,an opus ſeu ef-
fectus plantæ, animaliſue? Non neſcio,
partem dici poſſe ex Ariſt.2.Gen.1. vt ſu-
pra innui:ſed non niſi imꝓprie, quatenus
eſt eiuſdem naturæ cum eo, à quo venit.
At ꝓprie partem dici,non credo fore qui
dicturus ſit.Sequetur.n.,plantas eo tẽpo-
re,quo fructus non ferunt, deſtitui parte
quadam, adeoque formas illarum eſſe
mutilas.Sequetur etiam,illas, quæ ſemi-
na non ferunt,deſtitui parte quadam, cũ
potius in illis ſit tantum, quod fœminæ
reſpondet,vt erudite Scaliger Com.in *1*.
de Plãtis. Ita in animalib. multa ſunt ſte-
rilia,quæ carere parte quadã nemo dicit,
imꝑfecta eſſe omnes cõcedũt. Sunt igitur
ſemina plãtarũ, oua ouiparorum, κύημα

A viuiparorum opus quoddam, quod indi-
cat ſummam illorum ꝑfectionem, q̃ eſt,
generare ſibi ſimile. Quando igitur mas
eò perfectionis venit,vt ſemen habeat γό-
νιμον;fœmina,vt ſanguinem, cõſtitutioni
fœtus aptum: viſne dicere,accreuiſſe illis
partem quandam? viſne arguere, dece-
dere aliquid formę illorum,cum ꝑfectio-
nis ſuæ ſpecimen edunt?viſne contende-
B re, materiam vltimam jam nõ eſse eandẽ
cum forma? materię vltimę partẽ quan-
dam conſiſtere ſine forma? formam reci-
pere magis& minus? formam eſse in per-
petuo fluxu?Profecto, niſi me omnia de-
cipiunt, nata ſunt hæc abſurda iis, qui rẽ
non ſatis diligenter penſitarunt. Quod ſi
mea qualicunq; diligentia nihil aſsecutus
ſum,ſatis mihi ſit,ſudaſse, vt in re pleriſq;
obſcura veriſimile quid afferrẽ, nec alio-
C rum more vacuis manibus cederem diffi-
cultatibus. Nam, ne erres, nihil ego de-
termino, ſed, quod ajebat ille, γνώμην εἰς
βουλὴν εἰσφέρω. Interim, dum aliquid cer-
tius determinetur ab eruditorum conci-
lio,ſi in hac opinione ſtem,propter illa, q̃
ſuperius jacta ſunt fundamenta, p̃cipuè,
propter autoritatem ſacræ paginæ,quam
ſolam ferè in hac diſputatione vrget Era-
ſtus l. de Occult.prop.c.15.& qui eum ſe-
D quitur in θ. de formarum origine Petræ-
us non ægre id ferent boni ſpero. Vt e-
nim dum in his, quæ ex veris fundamen-
tis vere deducta ſunt, libenter perma-
neo, nec moleſtus ſum cuiquam conſu-
lendo, quæ perſuadere non poſſim : ita
ſperem mecum actum iri. Sed accidat
etiam ſequius,vt accidit fere ſemper hoc
ſeculo, & accidit etiam prioribus: non
ob id digitũ porrexerim, quæ Chryſippi
E parœmia fuit. Quemadmodum (pergo)
quod ex Arato ait D. Paulus, τοῦ γὰρ γένος
ἐσμέν, *ſumus aliquid Dei*,ſed ita, vt ex Deo
nihil ſit ſumtum, in quem modum Scali-
ger l. c loquitur:ita forma illa, ouo galli-
naceo communicata, eſt aliquid formæ
gallinaceæ. Nõ eſt tamen ita, vt gall⁹ iam
ſit minus gallus, aut etiam ꝓrſus non ſit
gallus:ſed eſt ἐπιγεννηματικόν τι, *aliquid po-
ſterum ſeu conſequens, vt cum Cic. 3. de Fin.*
F *loquar.* Hoc declarat Rumbaumius Ex-
erc.30.de Gen.fætus. Quẽadmodũ (vult
dicere) homo viuit beneficio ſpiritus,
quẽ Deus inſufflauit in faciẽ τοῦ πρωτοπλάστου,
à quo tota Eua fuit deſumta, conſtans
(inquam) ex anima & corpore, vt non o-
pus haberet noua inſufflatione: ita homo
totus

totus generat totum hominem, deſumtâ animæ particulâ, tanquam igne ab igne, & lumine à lumine. Quò pulcrè facit ſimile, quo idem vtitur Ex. 18. ſi modò per ſemen fœmineum intelligas ſanguinem menſtruum, Maſculum ſemen eſſe ſimile ſcintillæ, fœmineum fomiti; quod ignem ſuſcipit. Nam & Bonamicum in li. de Gen. hom: audiuimus comparare τὸν συνδυασμὸν cum actione illâ, quâ ignis excitatur. In hoc quæ præſtant animalia? Conſenſus omnium eſt, tantò libidinoſiora eſſe animalia; quò melius eſt Calidum natiuum. Quare non ſine cauſa ſuprà dixi; Semen eſſe particulam Calidi natiui. Vt enim plantæ feraciores citò emoriuntur, Theoph. 1. Cauſ. 1. & 15: ita animalia laſciuiora breuioris eſſe vitæ; quotidiana docet experientia. Quare vt pyraſtro inſita pyrus facit, vt pyra iam non ſint auſtera & ingrata, ſed mitia; & ea quidem eius generis, cuius inſita pyrus erat, idque ob calidum proprium: ita ſemen maſculum, additum ſemini fœmineo, facit, vt fœtus ſit talis. Nempè enim; materia ex ſe & ſuâ naturâ eſt ἀόριστος, *incircumſcripta*: ideo opus habet formâ, quę alliget illam huic rei. Cur enim cum gallina initur à columbo (vidit hoc Aldrouandus) non fit gallina? Cur canis fœmina inita à vulpe, non dat vulpem? Non adeſt id, quod determinat. Id verò forma eſt, aut certè formale quid, vt Pendaſius mauult loqui. Hæc cum doceo, videbor quibuſdam noua dicere, cum ea ſint pervetera. Vt enim non dicam de tergemino Ariſtotele, cuius mens ex ſuperioribus ſatis clara eſt; huc eunt Alcmæonis Crotoniatæ illa apud Ariſtotelem, Menſium in fœminis apparitionem eſſe florem, ſanguinem ipſum fructum. Iam enim natura quaſi digito oſtendit, quòd apta ſit ferendis frugibus. Hoc ad mares quoque transferri poſſe, neſcio an quis negaturus ſit. Et ducunt nos eò illi, qui, vt ſuprà ex lib. de Gen. hom. notaui, ſemen maſculum vocant ἀπόσπασμα ἢ ἄρπαγμα τῆς ψυχῆς. Dici a. ab Hipp. quoq; Calidum natiuum ψυχὴν, tam facile eſt probatu, quam facile vulpes pyrum cõeſt, vt cum Comico loquar. Hoc ex recentioribus docuit illuſtris Scaliger, Exerc. 6. ſ. 11. Canis enim (quo exemplo ibi vtitur.) multas producit animas caninas, non quod plenus ſit animarum, ſed

A quod habeat vnam, quæ ſufficit plurium generationi. Anima quippe, forma ἔνυλος, proximè in Calido natiuo ſtabulans, cur ad materiæ ſuæ diuiſionem non quodammodo diuidatur? Neq; enim (quod Pendaſius modò laudatus vrget.) formæ ἔνυλοι ſunt actus prorſus puri, defæcatiq; quales ἄϋλοι: ſed redolẽt multam fæcem, cui, tanquam domus fundamento, inſident. Ideò Ægyptii materiam vocabant
B ὑποστάθμην. Cum materiâ igitur aliquid formæ abire, eoque vti naturam ad æternitatem ſpeciei: eſtne res tã aliena à ſenſu communi? fortaſſis, à penetralib. quoque Philoſophiæ? Certè, Scholaſtici quoque DD. admittunt; cum formas à materiâ pendere dicunt, non in eſſe tantùm & operari, ſed & in fieri. Si in fieri pendent à materia: vtique aliquid illarũ de indiuiduo in indiuiduũ transferetur,
C quòd ſit principium generationis ſucceſſiuę. Quid n. eſt, quod fingit cor gallinaceum? hepar? cerebrum? alias partes conſequenter, vſque ad illud νῦν, in quo forma gallinæ eſt integra? Nihil profectò aliud, quam particula formæ gallinaceę. Ea res fit mihi veriſimilior ex dogmate D. Thomæ, aliorumq;, quod eſt, Formã in indiuiduis eſſe communicabilem. Dũ enim loco materiæ diſſipatæ reponit ali-
D am, eamq; induit ſuâ perfectione; communicat certè ſeipſam. In auctione res eſt manifeſtior. Dum n. plus alimenti capit, quàm opus erat pro conſeruatione, cõmunicat certè alimento ſeipſam. Quę cauſa eſt, cur & nutritionem & auctionẽ quidam appellent generationem particularem. Quid igitur obſtat, quominus forma v. g. humana communicari poſſit materiæ humanæ? ex mare, inquam, in
E fœminam influere? Quidquid ſit in re ipſâ; hæc eſt ſententia mea; quam explicui occaſione reſponſionum & obiectionum Bonamici. Vnde clarum fit, non tãtùm nihil profeciſſe illum contra veritatem; ſed & victum ab eâ; vt prædixi, inuitum dediſſe illi teſtimonium. Quod ipſum cum facilimũ ſit demonſtratu de omnibus, vt puto, qui eductionem quidem formarum docent, diuiſionem a.
F earundem ſuperciliosè negant; & verò putidum ſit omnes refutare: ſumam mihi eius ſentẽtiæ patronos principes tãtũ, oſtendamq; quã verè ſit dictũ à veterib., ἡ ἀλήθεια πανδαμάτωρ! Vt initium faciã à

Conimbricenſium examen.

Conimbricenſibus, qui hodiè magnæ ſunt autoritatis apud pleroſq; , videntur illi mihi rẽ tanti momenti valdè frigidè egiſſe. Locus eſt Com. in 1. Phyſ. 9. qu. 12. Nã ne dicã, eos multa miſcere non Phyſica, diſtinctiones comminiſcuntur tantũ non ineptas, conditiones ponũt alieno loco, difficultates maximas ne extremoquidẽ digitulo attingunt, breuiter, rẽ implicant, non explicant. Nam quomodo eductioni formarum conueniunt voces illæ, *Induci? Inferri? Inuehi?* Quomodo verò illa, *Rectè & propriè è materia cenſeri educi illas formas, quarum priuatio cum diſpoſitionib. in materia præfuerit?* Qua n. fronte materiam cum priuatione miſcent? cum priuatio ſit actu, materia potentiâ? Quâ diſtinctione habitâ, dicam, In materiam benè diſpoſitam induci à priuatione formam illam, cuius priuatio erat. Si in exẽplo vis, Semen galli inducere in materiã gallinaceam formam gallinæ. Hæc verò an non vis eſt veritatis, quam Adraſteas legem à Gal. vocari dixi in Com. de Vſ. part.? An ab hâc victi iidẽ Com. in 1. Gen. & Cor. 1. q. 13. docent, In homine quoq; (quem aliàs excipiunt) dari actionẽ generãtis, qua forma in materiã inducitur, & q̃ forma inducta re idem ſit cũ animâ?

Petri Fonſecæ

Fonſeca, Com. in 5. Metaph. 2. q. 4. non multò felicior eſt. Vt n. de aliis non dicam, Cum formas de potentiâ materiæ educi, aſſerit idem eſſe, ac ſi dicam, Eas fieri dependẽter à materiâ, ſeu ſubiecto; cum poſteà explicat, Formas educi, nihil aliud eſſe, quam factum eſſe, vt ea forma, quæ prius non erat actu in materiâ, ſed potentiâ tantùm, iam ſit actu in illâ: quâ in re differt à nobis, niſi ſono verborum? Hoc n. dicimus, Tum formas eſſe completas, cum id formæ, quod prius erat in potentiâ formali, iam actu eſt. Nimirum, niſi concedat, Eſſe eſſentiæ ſeu aptitudinale, eſſe potentiam formalem: nunquã illud mutabitur in eſſe exſiſtentiæ, ſeu actuale. Ex nihilo n. nihil fit. Si reſtitare volet, & dicere, Formas in materiâ præeſſe in potentiâ tantũ paſſibili, vt loquuntur: dicam iterum, Vnde ergò actus ille, ſi nihil actûs præceſſit? Nam, vt modò dixi, Ex nihilo nihil fit. Quid obſtat verò, quò minus ex ſuperiorib. hoc repetatur? Vt forma certa educatur (. iam n. ita loqui me nihil prohibet.) è certâ materiâ, opus eſt certo & limitato efficiente. Remotum n. & non limitatum nihil huc facere, oſtendit (vt toties dixi) quod idem calor eiuſdem animalis, aut etiam quiuis alius moderatus, eodem actu, ſimul & ſemel ex ouo gallinaceo extundit gallinã, ex anſerino anſerẽ, ex ſerpẽtino ſerpẽtẽ. Hoc efficiens proximũ niſi actu ſit, nihil faciet. Nihil n. mouet, niſi ſit actu, quod principium eſt indubitatum. Actu igitur quia eſt, quomodo non realiter à materia differt? Ex quo conuincitur, præter materiæ diſpoſitionem paſſiuam, requiri priuationem, quæ alliget diſpoſitiones illas certæ formæ, vt cum Conimbricenſib. loquar. Et hanc priuationem Fonſeca heic vocat *Potentiam.* Quam niſi patietur adſtringi ad actiuam, quæq; differat reapſe à paſsiua materiæ, nihil ille extundet. Quod n. iam ſuprà quoq; dixi, comprobatq; res ipſa, Ex ouo ſubuentaneo, quamuis ſit materia diſpoſita ad gallinã, nihil fit. Ex ſanguine humano, quamuis ſit materia diſpoſita ad hominẽ, nihil fit, ne mola quidem, vt ex Gal. oſtẽdi alibi. Differre hanc Fonſecæ potentiã à potẽtia materię, ꝓbo ex eo. Concedit, formas ἐνύλους etiam in fieri pendere à materia: ergò antequam forma perfecta eſſet, aliquid formæ præerat. Quod validè ſtringit illos, qui dicunt, formæ vbi vbi ſunt, perfectæ ſunt. Nego enim id ita eſſe in fientibus. In his autẽ eſſe aliquid formæ, ſatis (ni fallor) probaui. At hoc modo forma erit alibi, q̃ in materia ſua? Iam ſuprà id explicui, & nunc dico, In ſexu diſtinctis, ante cõſtitutionem oui, ſeu κυήματος, forma eſt alibi, quam in materia ſua, ſi illam ad nouum indiuiduũ referas. Alioquin forma galli ſemper eſt in gallo, non in alio animali: at verò, cum vult cudere alium galliculum, profert eius aliquid, & dat materiæ gallinaceæ, vt duobus his iunctis fiat gallina. Ergò ad minimũ, antequam ouum fiat fœcũdum, forma eſt per ſe ſola, & extra materiam ſuam? Eſt: ſed eo ſenſu, quo dixi. Reuera autẽ nunquam eſt ſola. Quia in gallo eſt, ante συνδυασμὸν: in gallina poſt συνδυασμὸν. Quod ſi contingat aberrare à ianua, diſperit, & fit illud, quod in Ponticum iocatur Martialis. Sed & ſic forma & materia aliquando ſunt res diuerſæ: Eo ſenſu, quo dixi, in reb. inquam, fientibus, & quidem ante conſtitutionem oui, ſeu κυήματος, non in factis. Quo interuallo mas à fœmina diſtat, eo forma maris futuri diſtat à materia maris futuri. Mas

enim

enim dat hoc, fœmina illud. Vtroq; coniuncto, ſeu, poſtquam priuatio congreſſa eſt cum ſubiecto ſuo, tũ incipit fieri compoſitũ, in quo materia & forma non diſſociantur, quãdiu cõpoſitum eſt. Et quid formæ ſolitudinem tã odioſè vrgemus, cum de materiâ ſit eadem ratio? Sanguinem n. menſtruũ quis vnquam negauit eſſe materiam humanam? Hanc tamen ſine formâ humanâ cõſiderari poſſe, quis omnium non concedit? reſpectu, inquã, indiuidui futuri? Quemadmodum igitur fœminam communicare aliquid de ſuâ materiâ, vt tamen materia non deferat formã ſuam, abſurdũ non eſt: ita abſurdũ non eſt, marem aliquid erogare de formâ ſua, ſaluâ interim formâ humanâ. Vt n. planta dat fructum ſine damno ſuo: ita animal ſemen. Sed huc quidem orationis ſequela me duxit: quod vnicũ in Fonſecâ miror, eſt. Vult perſuadere, Ariſtotelem quoq; *1*. Phyſ. 4. t. 33. ita eſſe locutũ, Formas educi de poteſtate materiæ. At verò Philoſophus agit ibi contra πανσπερμείαν Anaxagoræ, quæ quantum abeſt à ſentẽtiâ noſtra, quæ eadẽ Ariſtotelis fuit! Non omnia eſſe in omnib., neq; quiduis fieri ex quouis, ſed certum ex certo. Quamobrem illi eſſe poterunt æquiores in poſterum, qui huic formarum præexiſtentiæ neſcio quot entitates, quas formarũ pugnas, &c. obiiciũt. Qui poſthos ſcripſit

Francisci Suarez

Suarez, 12. Meta. diſp. ſect. 1. & 2. poſtquam probauit dari formas ſubſtãtiales, tale proponit dilemna. Forma ſubſtantialis cum ſit reuera à materia diſtincta, aut fuit ante generationem aliquid, aut nihil fuit. Si aliquid fuit, tota (eſt n. impartibilis) fuit. Hoc v. tollit generationem ſubſtantialem. Si nihil fuit, pariter tollitur generatio. Ex nihilo n. nihil fit. Erit igitur creatio. Qui vidit ſuperiora, intelligit poſterius quidem cornu eſſe argumentum illud, quod Bonamicus primo loco refutare volebat: poſterius a. eſſe alterum eiuſdem argumentum. Idem igitur quia intelligit, Quid ſit reſpondendum? fortaſſis ſuperſedere poſſim labori! Videtur tamen aliquid dicendum eſſe & propter viri autoritatẽ, & verò quia videri vult paraſſe noua fulcra. Creationem (quæ eſt altera pars argumenti) auertit, cum ait, Non dici debere formas eas de nouo creari, quæ ex potentia præiacentis materiæ educuntur. Sed quia dici poterat, manere tamen hoc, Si nihil formæ præfuit, ergò creata iam eſt: diſtinguit, & ait, Ex nihilo fieri, habere duplicem ſenſum. Propriè enim & preſſè illa dicuntur ex nihilo fieri, quæ abſolutè & ſimpliciter fiunt. Hoc v. modo formæ non fiunt: quia confiunt potius, ſeu comproducũtur, h. e. idem eſt progreſſus materiæ, qui & formæ, fitque adeò compoſitum ex materia & forma, non a. vel forma, vel materia. Verùm; quia, ipſomet iudice, reſponſio hæc in verbis & modo loquẽdi conſiſtit, ad impropriam & latam ſignificationem conuerſus, inquit, Duo requiri, vt aliquid dicatur ex nihilo fieri, alterum, vt materia, ad compoſitum cõcurrens, nullam habeat habitudinem componendi: alterum, vt eadem materia nullam habeat habitudinem cauſandi. Iam v. materiam, de qua heic agimus, habere habitudinem cauſandi formam: ideoque ex nihilo non eſſe formam. Hæc ille: quæ eiuſmodi eſſe, vt iis relictis meliora & veriora inquirenda ſint, fatebitur is, qui ſtimuli, iam toties proiecti, meminit. Quid enim? ſi ſufficit materiæ habitudo, quid cauſæ eſt, cur fœmina, ex ſe non gignat? cur ouum ſubuentaneum ſit ſterile? Ia, deeſt efficiens? Sed illud efficiens numero eſt idem cum forma, quia non niſi hoc facit. Quoniam igitur præter materiæ humanæ habitudinem, præter materiæ gallinaceæ habitudinem, vt fiat homo, gallus; aliquid aliud, & à materia diſtinctum, idque actu agens requiritur: quamdiu illud non datur, tamdiu creationem potius eſſe dicam, quam generationem. Sed ita (. hæc iam eſt altera pars argumenti.) non tantùm tolletur generatio, ſed & formæ in materia repugnantes erunt. Reſponſum ad hoc quoque abundè eſt. Ad repugnantiam quidem formarum, Anaxagoræ eſse illam metuendam, non Ariſtoteli: ad præexiſtentiam autem, eſse id potius formale quid, ſi ſapientiam in verbis quæris, quam formam. Cum enim ſermo nobis ſit de rebus fientibus: quid aliud in illis deſideres, quam priuationem, quæ quodammodo eſt forma, quia forma erit? Quamobrem non iniuria forte dixeris, Suarez peruertiſse ſtatum controuerſię, cum ſermonem ait eſse, de eſse ſeu entitate actuali extra cauſas ſuas. Sermo nobis eſt de rebus fientibus, quæ pendent

N 2 à ſuis

à ſuis cauſis. Quare etiam abſurdum non eſt, ſi dicam, formam hanc, de quâ quæritur, eſſe in eſſe imperfecto, inchoato, confuſo, & ſi qui ſunt ſimiles loquendi modi. Vnde nihil virium habet, quod infert. Quod in materiâ præcedit, diſtinctum à materiâ, aut accidens eſt, aut ſubſtantia. Non eſt accidens: nam neq; ipſi tam inepti ſunt. Ergò ſubſtantia eſt. Si ſubſtantia eſt, aut eſt forma, aut eſt materia, aut eſt compoſitum. Præter enim hæc tria nihil datur. At nihil horum eſt, Ergò fruſtrà de illo ſoliciti ſumus. Hoc, inquam, nihil virium habet: quia dico, eſt forma imperfecta, ſeu potius priuatio formæ, quam ens reale eſſe, ſuprà oſtendi ex Pendaſio, non autem rationis, vt Suarez contendit diſp. 50. Et hæc priuatio, ò vir reuerende, eſt illa forma, quam tu ipſe diſp. 12. dixeras eſſe principium generationis. Quod ſi igitur per te forma alio modo eſt principium generationis, alio rei genitæ: quæ tanta abſurditas eſt, dicere, formæ aliquid ad generationem requiri? Parum igitur virium habebit illud quoq;, Forma imperfecta, aut per intenſionem perficitur, aut per tranſmutationem vnius in aliud. Non per intenſionem: 1. quia forma non recipit magis & minus, 2. quia in vnâ materia non niſi vna eſt forma, 3. quia non poteſt dari ratio, quæ imperfectioni illi finē imponat. Non per transmutationem vnius formæ in aliam: 1. quia pariter ſequeretur, in vnâ materiâ plures eſſe formas, ſeu entitates, 2. quia ſequeretur abſurdum de formarum creatione, quod vitare ſtuduimus, 3. quia fruſtrà introducerentur formæ, quę ſubitò iterum deleri deberent. Heic quis non modeſtè rideat congeriem tot impertinentium rerum! Dico enim, Forma illa imperfecta, ſeu organis ſuis deſtituta, perficitur ſucceſſiuè generatis tot organis, quot opus habet. Quib. omnibus abſolutis, eo ipſo momento dicitur eſſe perfecta, & eſt, vt iam nō ſemel dixi. Forma igitur in re factâ non recipit magis & minus: at dum fit, iam quidem eſt planta, iam animal, iam homo. Forma in re fiente eſt vna tantùm, quemadmodū in facta quoque. Forma in re fiente terminū ſibi habet ab opifice præſcriptum, quem non egreditur. Forma in re fiente ſucceſſiuè inducitur, ſuperadditis ſēper aliis atq; aliis partib., non a. deletis priorib. Quare etiam nulla repugnantia eſt, quin ſuauis omnium in eundem finem conſpiratio. Huc faciunt Pendaſii verba, Aliæ formæ inſunt (inquit) non tanquam termini, materiam prorſus continentes & determinantes: ſed cum indetermina-tione quadam, tanquā materiam ipſam ſolutam adhuc relinquentes, diſponentesque ipſam verius, quam terminantes. Et tunc materia poteſt ex potentia variis modis actu fieri, & in his magis & minus nihil aliud eſt, quam expletio, actuatio, laxior aut arctior potentiæ cohibitio ac determinatio, poſita in meliori formę ad materiā habitudine, ex meliori modo, quo ſeſe ad materiam forma habet, proueniente. Quibus ex verbis interpretari fas eſt illa, quæ Bonamicus habet l. 2. c. 23. In generatione ſubſtantiali inſumi tēpus, propter repugnantiā, non diuerſarū formarū, ſed materiæ quæ nō ſubitò eſt, quod eſſe debet. Hæc enim beneficio alterationis ſemper proficit magis & minus in actu, tā diu, vſq; dū amittit omnē potentiam ſuam, & tota conuertitur in actum Hoc fit acceſſu formæ, quo ipſo acceſſu generatio completur. Sic ergò explicare oportet, quòd inexplicabile eſt Suarez, Quomodo forma imperfecta tendat ad perfectionē? Per intermedias transmutationes, inquā, quas Fonſeca ēt admittit, & de quib. ſuprà in generatione impropriè dictâ. Iā illud mihi ſub mentē venit, ꝙ dicebatur, Tolli generationem ſubſtantialem, procul dubio, propter definitionē generationis 1. Gen. & Cor. 4. t. 23. Generatio eſt mutatio totius, nullo re-manente ſenſili, vt ſubiecto eodē. Ego v. dico 1. cū Bonamico l. 6. c. 27. definitionem illam pertinere ad corpora ſimplicia tantùm. 2. nego definitionem eſſe, ſed deſcriptionem tantùm, oppoſitam alterationi. 3. Sed pertineat huc, ſitq; adeò optima definitio: quod ſenſile remanet, ſi ex ouo generetur gallina? Ex ſubiecto igitur gallinaceo & priuatione formæ gallinaceæ quia fit gallina; ex nō-gallinâ gallina: quomodo non eſt generatio potius, quam manifeſtatio latentis formæ? proptereane tolletur generatio? Hoc n. modò explicata manifeſtatio verè eſt generatio ſubſtātialis, quia, ceu dixi, ex-nō gallinâ prodit in mediū gallina. Eadē ratio eſt inchoatæ formæ. Licet n. dicam, illam eſſe in ouo: tamen per generationē fit aliquid ex ouo prorſus nouum, quod anteà non fuit. Hoc vt ſpecie differat ab

ouo

ouo quis poſtulet? Ouum enim eſt ſemē quoddam. At ſemen dicas, an id à quo ſemen nihil refert, 2. Gen. 1. Numero igitur differunt, 7. Metaph. 8. t. 28. Sed ita erit alteratio tantùm? Res non abſurda. Vide Nobiliū in 1. Gen. & Cor. 1. quæſt. 3. Fortaſſis autem falſa? Non putem, ſi bene intelligantur ſuperiora, quibus doctum eſt, alteratis aliis, & ſucceſsiuè inductis formis per tempus benè longum, fieri vt præſtò ſit forma in inſtanti. Tandem, quia videbat Suarez obſtare ſibi locum Ariſtotelis, quem ſuprà quoque cum Bonamico expendimus, ex 7. Metaph., conatur ibi quoq; elabi, dum ait, Philoſophum ipſam aptitudinem materiæ ad formam vocare partem rei efficiendæ. Sed cadit cauſa, dum hanc ipſam partem cum Thoma & Scoto virtutem vocat, quæ aliquando eſt in materiâ ad inchoandam actionem, quin virtutem ſeminalem actiuam, quæ eſt quaſi pars materiæ, vt patet in ſemine, inquit, & grano tritici. Cum enim virtutem hanc ait eſſe in materiâ, profectò diſtinguit à materiâ. Cum eandem vocat actiuam, profectò ſegregat à potentiâ paſsiuâ materiæ. Cum explicat exemplo ſeminis & grani tritici, oſtendit ſe nôſſe, quod tanto ſtudio diſsimulat. Quod ſi quis dicere volet, illum virtutem hanc ſeminalem facere partē materiæ: illum cogam dicere, inconſultò feciſſe, confundendo actiuum cum paſsiuo. A crimine tamen hoc abſoluunt illum ſequētia, quibus diſtinguit partem potentiæ paſsiuæ à parte potentiæ actiuæ: item, quib. potentiæ paſsiuæ naturali ait ſemper reſpondere potentiam actiuam naturalem: item, quibus formam in materiâ contineri ait in potentiâ, & in cauſa, poſteà actu, & extra cauſam: item, quib. cauſalitatem ſeu vim cauſandi ait continere materiam in ſuâ potentiâ: item, quibus materiam ait importare formam in ſuo genere, &c. quibus omnib. veritati neſcius ſuā tribuit laudem. Poſt Suarez

Antonii Ruuio.

Ruuio ſcripſiſſe, non ipſus tantùm dicit, ſed & ex modo tractandi apparet. Locus eſt Com. in 1. Phyſ. tract. 2. qu. 1. Vbi cùm pariter probâſſet, dari formam ſubſtantialē: poſtq̄ definitionē, diuiſionē, & varia ipſius nomina propoſuiſſet: controuerſiæ difficultatem eodem dilemmate ſignificat. Forma ſubſtantialis, quæ

A eſt diſtinctum quid à materiâ, aut fuit aliquid ante generationem, aut nihil fuit. Vtrum accipias, vapulabis abſurditatib. Si fuit, tollitur generatio. Per hanc enim fit forma ſubſtantialis. Si non fuit, tollitur pariter generatio, & ſtatuitur creatio. Quid igitur conatur Ruuio? Si rectè video, diuidit negotium in tres partes. In primâ refutat eos, qui volebant, aliquid formæ præeſſe. B In alterâ illos, qui admittebant creationem. In tertiâ amplectitur mediam, &, vt ipſe putat, Ariſtotelis ſententiam, quam ait eſſe, Neq; eſſe formas, antequā fiunt, neque induci per creationem: ſed educi è potentiâ materiæ. Qui meminit ſuperiorum, pariter meminit reſponſionum ad ſingula: ſed age reſumamus quædam. Quocunq; modo, inquit, formæ dicantur præexiſtere, C tollitur ſubſtantialis generatio. Quod enim ante generationem actu eſt, non poteſt per generationem actu fieri. O Ruui, nimis tu præceps es in iudicando! Omnes enim præexiſtendi modos vocas varios illos loquendi modos, qui reuerà vnum duntaxat modum reſpiciunt, & quem tu non attingis. Qui enim occulta formarum ſemina in materia deſiderabant; qui confuſum formarum D habitum in materia ponebant; qui formas in materia eſſe ſecundum eſſe potentiale, habituale, confuſum dicebant; qui formas præeſſe ſecundùm inchoationem quandam aiebant; qui formas latere in materia, fieri a. per generationem manifeſtas, aſſerebant; qui formas præexſiſtere ſecundum eſse imperfectum, conſtitui autem in eſse perfecto per generationem aſseuerabant, qui for- E mas adeſſe ſecundùm partem, perfici autem ſeu completè produci per generationem contendebant; qui formas in materiâ eſſe ſecundùm quaſdam poſsibilitates aut potētionalitates, aut inchoationes non manentes è quib. poſsibilitatib. moxemergerent, volebāt: qui formas præſupponi ſecundum eſſe eſsentiæ, fieri autem ineſse exſiſtētiæ, docebant: qui formas præeſse ſecundum eſsentiā poſ- F ſibilem, quam etiam potentiam obiectiuam vocant, vrgebant: hi omnes, inquā, quia diſtinctum quid à materia quærebant, omninò tale, quod materiam ſeu ſubiectum adſtringeret ad hanc formā, ſiquidem Philoſophicè loqui tibi placet, quid

quid aliud voluiſſe putas, quam Priuationem? Hæc autem cum ſit, vt toties iã dictum eſt, quodammodo forma, cur tã ægrè fers, illos vocâſſe formam? Hanc formam quia conſiderabant in ouo, in re fiente: cur tu illos adigere vis ad formam gallinæ? Præeſt igitur hæc forma gallinæ in ouo, ſed actu primo, illo, inquam, qui idem eſt cum potentiâ formali: ab hoc actu eſſentiæ, vt cum Scholaſticis loquar, proficiſcitur ad actum exſiſtentiæ, h.e. ex non-gallinâ fit gallina. Atque hoc volebant illi, quâ in re conſenſum habent, non Ariſtotelis tantùm, ſed ipſius Veritatis, niſi omnia me fallunt. Non autem volebant, quod tu illis imponis, Aliquid gallinę, ſeu formæ gallinæ factæ adeſſe, quod deinde perficiatur, fiatque gallina integra. Multò minus defendebant Anaxagoræ opinionẽ, de quâ pridem egi contra Fonſecam. Sed non voluerint, quod ego puto illos voluiſſe: de propriâ ſententiâ dico, Non tollitur generatio, ſi formale quid præfuiſſe dicam, v.g. non-gallina. Hæc n. neceſſariò eſt in ouo, & hâc pereunte fit gallina. Ouum igitur quia nõ eſt gallina ſimpliciter: ſi ex illo fiat gallina; cur generatio ſubſtãtialis dici non poſſit? Quod n. heic dicendum eſt, Priuatio non eſt ſimpliciter non ens, h.e. pura puta negatio: ſed eſt non-hoc ens, v. g. non-gallina, è quâ fit gallina, non alia quæcunque auis. Dicis: Sed & ita concedere cogeris, formam alicubi extra ſuam materiam eſſe, eamq; non totam, ſeu perfectam, quòd abſurdum eſt. Reſpondeo. In rebus factis ita eſt, non autem in fientibus. Gallina v.g. aut gallinæ forma, vbi vbi eſt, integra eſt, & differt hæc ab illâ numerò, vt nuper dixi: at ouum à gallinâ gradu tantùm differt, quia in gallinam ordinatum eſt. Sed ita generatio (eadem eſt ratio formæ) fiet per partes? Nihil abſurdi, ſi modò de generatione impropriè dictâ loquaris, vt toties diſtinxi. In hâc enim eſſe medium inter contradictoria, hoc eſt, vt aliquid partim ſit, partim non ſit: abſurdum non eſt. Quod ſi apud Philoſophos generatio ſeu forma nõ dicitur fieri ſucceſſiuè, ſeu per partes, h.e. vt aliquid ſit partim in termino à quo, partim in termino ad quẽ, ſed tota dicitur eſſe, & tota dicitur nõ eſſe, vt omnia impartibilia: eſt id ex eorum cenſu, quæ indigent explicatione. Aliud n. eſt docere, quando forma perfectè ſit abſoluta, & Natura in termino ſuo conſtituta: aliud eſt exponere, quid fiat in illo itinere ad perfectionem, dum Natura ad terminum properat, ſeu, vt Simplicius alicubi loquitur, dum materia paullatim *οὐσιοῦται, ſubſtantiatur, vt ſic dicam*. Licet igitur cũ Natura fecit punctum illud ſaliens, vt Plinius vocat, quod cor eſt, cum ſuperaddidit illi hepar, cum alia atq; alia per nouem illos menſes aggeſſit, quæ ad integrum ornatum ſtatuæ illius Polycleti pertinẽt, non dicatur propriè generatio eſſe: non eſt id tamen ita ſtricte intelligendum, quin imò cum Naturâ retrogrediendum eſt ad principia, conſiderandumq; quomodo illa ſe habeant. Quod ſi inuenerimus, illam ex ouo facere gallinã, non ſubitò, ſed ſpacio 24. dierum: non debemus etiam exclamare, Ergò forma & eſſentia gallinæ eſt partibilis! Hoc enim effatum de rebus factis eſt, non de fientibus. Ibi res in puncto eſt, neque poteſt illi vel tantillum adimi: heic non eſt, ſed erit, ſi nihil impediat. Quamobrem concedendum eſt Philoſophis, vt præuias illas diſpoſitiones omnes referant ad materiam, vt certum quid, definitumque doceri poſſit de formâ: ſi modò non negent, reuerà eſſe formas quaſdam & rationes, vt ferè loquitur Pendaſius. Huc, ni fallor, tendunt illa Piccolhominei, Com. in 2. Phyſ. t. 15. Formam eſſe duplicem, principalem, & ei oppoſitam. Per principalem enim intelligo, quæ ſimpliciter dicitur forma: per ei oppoſitam, omnes formas antecedentes, ipſam etiam priuationem, omnia, inquã, illa, quæ præcedunt formã perfectam in materiâ. Et hoc ſenſu, priuatio relata ad generationem, eſt principium per ſe, vt idem Piccolhominéus docet; cum relata ad rem genitam ſit principium per accidens. Eſt enim, vt toties dixi, rei fientis, non factæ. Et ſic quidem oſtendi Ruuio, Quomodo aliquid formæ præeſſe poſsit, ita tamen, vt generatio non tollatur. Sequitur alterum, An, ſi Ruuio nihil formæ præmittat, poſsit vllo modo effugere creationem? Et principio quidem non leuiter exſultat, ignorantiam obiiciens illis, qui in his formis quærant creationem. Sed quia priores duæ rationes verbis tantùm differunt à duobus

ſigni-

ſignificatibus ꝗ *Fieri*, de quo cū Suarez; tertia vero nihil novi dicit : poſſumus fortè quieti eſſe. Nimirum cum deberet homo rationem dicere, Cur creatio non ſit, ſi nihil formæ præſit? ille alio conuerſus, tres rationes cōminiſcitur, Cur formæ ἔνυλοι non poſſint per creationem eſſe? Sed tamen hæc res non peſſimè cecidit. Si enim non poſſunt creationi ſubiici: reſtat vt generationi ſubiiciantur. In generatione autem cum ſemper aliquid ſit, ex quo generatio perficitur (ex nihilo enim nihil fit) dicendum fuerit, Aliquid formæ præfuiſſe. Hanc in rem tria parat argumenta; quorum primum & vltimum ſunt illa duo, quibus Bonamicus ſatisfacere conabatur; tertium ille addit. Prius munit bene longo proſyllogiſmo quo probat, & rectè; Materiam non habere aliam vim; quam ſubiectiuam, ſeu paſſiuam: quibus addit; Si ita ſe res habet, ſequitur formam fieri ex nihilo ſui, atque adeo creari, admiſcebiturque creatio cunctis naturæ operibus, quod eſt incidere in ſecundum extremū iam impugnatum. Hoc quomodo declinare velit, quæſo videamus. Oportet, inquit, diſtinguere eſſe formæ reale, à virtuali: illud eſt diſtinctum à materia, hoc nō eſt. Materia enim eſt forma ipſa, in quantum in ſuo genere cauſę concurrere poteſt cum agente ad formam educendam, & quaſi producendam in eſſe reale & actuale. Quid videtur vobis, viri Philoſophi? Eſtne materia forma? Eſtne potentia actus? Materia certe apud omnes dicit potentiam: quomodo ergo ſimul actum? Et actus ſeu forma quomodo nō realiter poteſt eſſe diſtincta à potentia ſeu materia? Sed, inquit, quatenus in ſuo genere cauſari poteſt. Inquam ego, Hoc ipſum tollit prius. Materia enim, qua materia, habet tantum potentiam ad hoc, ad illud, ſicut aſſer ad menſam, ſcamnum, lecticam. Quo igitur modo poteſt ſimul habere actum menſæ, ſcamni, lecticæ? Vt neceſſarium planè ſit, ſiquidem Ruvio velit expedire ſe è laqueo; quem ſibi ipſi nexuit, vt concedat actum quendam, licet imperfectum, è quo Natura pergat ad perfectū. Et concedit, cum potentiæ paſſiuæ materiæ, adiungit vim actiuam agentis, cui nobiliorem agendi modum tribuit, quā materiæ. Quod vero eſt illud agēs? Nihil

A formido, Priuatio, ſeu ſemen galli. Sed cur non agenti potius tribuitur vis actiua? Quia (inquit) agens, propter perfectiorem modum cauſandi, potius dicitur per virtutem ſuam educere effectū de potentia ad actum. Miror, ſi quiſquā bonus probare poteſt tales affanias! Agens enim ſeu efficiens non niſi numero differt à forma; vt ſæpicule iam dictum eſt. Alterum argumentum eſt, Si ſufficit
B ſola materię habilitas mens quoque humana educetur ex illa. Hoc vero Scholaſticorum nemo admittit. Reſpondet per diſtinctionem; Aliud eſt fieri in materia, aliud ex materia. Reliquæ quidem formæ ſeu animæ brutorū fiunt ex materia: at humana in materia. Et quemadmodum illæ habent dependentiam à materia: ita hæc non habet. Hac ratione an vim concluſionis eneruarit, iudicent
C illi, ad quos propius ea res ſpectat. Tertium eſt, Niſi ab intrinſeco aliquo fiat generatio, fiet ab extrinſeco, ſeu violento, quod abſurdum eſt. Intrinſecum autem nihil aliud eſſe poteſt; quam forma. Reſpondet cum Conimbricēſibus, Stricto quidem loquendi modo generationem ſeu quemcunq; alium motum velle & actiuum & paſſivum principium: ſed extenſiori ſatis eſſe paſſivum. Pulcre!
D Pulcrius verò; quod ad explicationem loci Ariſtotelici ex 7. Metaph., de quo iam tertia vice ago, Philoſophū per partem intelligere virtutem, in ſubiecto reſidentem! Pulcerrime omnium, quod ad rationes ſeminarias Auguſtini; aut potius Platonis! Fuit enim Auguſtinus Platonicus. Quare fortaſſis iam credere incipiemus, Ruvio bene (ſi Diis placet) ſe geſſiſſe in refutandis aduerſariis! ſed
E qualem ſe gerit in ſtabilienda ſententia propria? Ego ab initio ſcire perquam velim duo. Alterum, Vbi Ariſtoteles hoc docuerit; quod ipſe de eductione formarum ex materia nuda profitetur? Alterum, Cur mediam (fortean autoritate Conimbricenſium) eſſe velit inter duas dictas? Quid enim interiacet inter Aliquid & Nihil? Sed ſit ſane: de re ipſa quæro, Quomodo, ſi educitur forma de
F potentia materiæ, non præfuit aliquid formæ? & quidem diſtinctum à materia? Potentia enim & actus nunquam coincidunt, his quidem terminis. Et rurſus, Si nihil præfuit, quomodo non dicendū fuerit,

fuerit, per creationem eductam fuiſſe? Viderat fortaſſis difficultatem: ideo prę-requiri ait agens naturale & proximum. Et rectè quidem ille proximum deſiderat, vt cauſam dare poſſit, cur ex ovo gallinaceo fiat gallina, quamuis gallina non incubet. Sed quod eſt illud? Poſtquam multa dixit de potentiis, quæ Delio natatore opus habent, tandem explicat modum eductionis formarum, & quidem verbis D. Thomæ, dicentis, Actum extrahi de potentia materiæ, nihil eſt aliud, quam fieri aliquid actu, quod prius erat potentia. Quę ipſa cum explicuit latiuſcule, ait, Formas ſubſtantiales præexſiſtere in potentia materiæ, & de ea extrahi, & per generationem ſuo modo fieri. Et poſt alia: Formas nòn præcedere actu in materia, nec ex nihilo fieri, ſed ante generationem eſſe in potentia materiæ, à qua intrinſece dependent, & per eandem generationem, qua fit compoſitum, educi de potentia eius. Heic ego

Quo teneam, vultus mutantē, Protea nodo?

Non ita pridē peculiari ſyllogiſmo probauit, Materiæ potentiam non niſi paſſivam eſſe. Vnde irrefragabiliter infertur, ſi actiuum quid illi accedit, eſſe id vltra materiæ naturam. Formas autem cum dicat heic eſſe in materia; eæ vero proculdubio actum quendam dicant: habeo, quod volo. Quid autem: Negat formas præexſiſtere actu, ſed potentia. Dico ego quoq; vtrumque, ſed alio ſenſu. Ille negat actu eſſe perfecto, quo ſunt in compoſito. Hoc quis ſomniauit autem? Ego enim dico, Actu primo eſſe, eo ſcilicet, quo priuatio eſt, quo forma principali oppoſita, vt cum Piccollomineo loquar. Ille ait, Potentia eſſe, ſed paſſiua: nam de actiua modo non eſt ſermo, inquit. Ego quęro, quomodo forma, quæ eſt actus, dici poſſit potentia? eo, inquam, ſenſu, quo ipſe ſe explicat? Revera, eſt potentia, ſed formalis, vt loquuntur, quam priuationem dicunt Philoſophi. Et hæc potentia formalis eſt agens illud proximum, quod Ruvio ipſe quærit. Sed ſatis de hoc quoque.

Benedicti Pererii. Pererius, qui eſt vetuſtior omnibus iam dictis, l. 5. Communium princip. c. 21. multum profeciſſe ſe putat, ſi diſtinguat duplicem materię potentiam, quarum altera conuenit primæ, & indiſtincta eſt, indefinita, indeterminata, vniuerſalis, confuſa, remota, &c. altera ſecundæ, & diſtincta eſt, definita, determinata, particularis, propinqua, &c. Licet enim verum ſit, nos agere de materia ſecunda, quæ iam adſtricta eſt certæ formæ: tamen & hoc verum eſt, illam non agere, niſi præſente efficiente proximo, quod ipſum formale quid in ſe habet. Ovum gallinaceū eſt determinata materia ad gallinam: ſed tamen gallina inde non fit, niſi acceſſerit ſemen galli. Neq; hilum proficit triplicis potentiæ declaratione. Materia enim non habet aliam potentiam, quam ſubiectiuam; & in ea conſiſtit formalitas ipſius, non in alio. Tantundem facit diſtinctio inter potētiam, & poſſibilitatem. Nam & poſſibilitas materiæ nihil aliud eſt, quam poſſe fieri hoc & hoc. Quin, prodit totum negotium, ad inſtar omnium conſecraneorum, cum potentiam quidem ſubiectivam materiæ dicit eſſe eſſentialem, formalem, accidentalē. Ita enim planè docet, quod ego, Opus, inquam, eſſe pręter materiæ diſpoſitionem alio, à quo res in actum deducatur. Hoc ſi vis ipſiuſmet etiam verbis, cape, quæ dicit cap. ſeq. cum exponit, Quid ſit educi de potentia materiæ? Ait enim, Tales formas non poſſe gigni, niſi intra materiam, eiq; penitus copulatas eſſe, verumtamen non gigni in materia per ſe, ſed extrinſecus aduenire, & adiungi materię. Quandoquidem igitur ex Hiſpania nihil nobis ſubſidii eſt, vnde vel maximè ſperabamus: age luſtremus obiter Italiam quoque, permiſſuri aliis, vt Galliam addant, Germaniam, totam adeo Europam.

Francisci Vicomercati. Vicomercatus 2. Princip. Natural. 9. cum propoſuiſſet ſententiam, quam heic ſequimur, Leuem & parum conſideratam vocat, qua nihil inſulſius, nihil à vero alienius dici poſſit. Quare aſſeclas ipſius leves, parumque conſideratos vocat. Poterat quidem, & debebat negligi, ob conuicia, q̄ dicit immerentibus, quippe, quos nunquā intellexit: tamen ne triūphet de quiſquiliis, libet parumper inſpicere. Vnumquodq; (inquit) ex actu primo dicitur, quo vnumquodlibet eſt, quidquid eſt, At ſi ſemen canis iā eſt canis, quorſum dicitur gigni canis? Gignitur enim, quod non eſt. Riſum tenete, amici! Ne vero diutius, quam par eſt,

inſultet nobis, porrigatur illi Simplicii locus, Com. in 2. de Anima, c.1.t.6., vbi docetur, Animam dici corporis organici actum dupliciter. Altero, quatenus tale organum ſit, quo anima poſtea vtetur. Altero, quatenus iam vtitur organo illo. Hinc ita infero, Si ſemen canis habet animam caninam, adeoque eſt canis, quatenus fabricat ſibi corpus, canis moribus aptum: quæ tanta abſurditas eſt, ſi ſemen canis dicam canem? Dico enim; non pingui illo modo, quo ille capit: ſed actu primo illo, qui idem eſt cum potentia formali, quo actu; & qua potentia ſemen eſſe animatum, tot locis dixit Ariſtoteles; quot neſciri poſſunt: Hic actus primus eſt illud *aliquid formarum*, quod ad generationem requiri, dicebat ipſemet paucis antè lineis, quandoquidem formæ hæ ἔνυλοι ſine ſua materia conſiſtere non poſſunt. Hic actus primus eſt neceſſitas particularis agentis, abſque quo nihil gignitur, vt iterum loquitur. Nempe enim hoc agens non forma, differt à ſpecie, ſed numero. Quin tu fateris, ô vir magne, cum ais, Semen maſculum habere in ſe potentiam actiuam, qua poteſt formam è materia educere. Tenebræ igitur in te ſunt, qui actum primum, de quo nos loquimur, alio trahis. Non loquimur, ô bone, de actu illo, quo vnumquodque eſt in ſua perfectione, adeoque tale, vt operari poſſit, quod iam dicitur actus ſecundus: ſed loquimur de eo actu primo, qui ſupponitur, vt aliquid ad perfectionẽ ſuam peruenire poſſit. Hunc tu (vt oſtendi) vocas agens particulare, potentiam actiuam, aliquid formale. Non loquimur de eo actu primo, quo canis eſt canis: ſed de illo, qui (te non diffitente) eſt in ſemine canis ad canem. Quamobrem dici etiã non poteſt, gigni id, quod genitum iam eſt: imò, quod eſt in actu primo, in potentia formali, fit in actu ſimpliciter; quod, inquam, organis ſuis deſtitutum eſt, inſtruitur illis, vt operari poſſit. Et hoc eſt, quod ſupra toties docui, Aliud eſt, loqui de rebus factis, aliud de fientibus. Ibi, actus primus eſt ipſa eſſentia: ſecundus operationes, quæ inde fluunt. Et hi duo actus nõ magis inter ſe differunt, quam homo otioſus à laborante. Heic actus primus eſt potentia proxima ad actum, ad exſiſtentiam: ſecundus eſt ipſa

A exſiſtentia. Hi ergo duo actus maximè
inter ſe differunt, ita tamen, vt actui primo conueniat quoque definitio illa, quę
actus ſecundi eſt. Cum enim actu primo
adſit ὁ λόγος τὸ τί ἦν εἶναι: ſemen canis dici
poteſt canis. Hinc tamen non ſequitur,
fieri id, quod anteà erat. Cur enim definitio canis cõpetit ſemini canino? Quia
facere poteſt tale corpus; diceret Simplicius, quale ſibi aptum eſt. Quare et-
B iam cadunt abſurda, quæ de ſemine canino porro colligit Vicomercatus, vel
ideo; quia Ariſtoteles planiſſime hoc
docuit, Semen eſſe animatum porentia
formali, quæ longiſſime differt à potentia materiæ paſſiva. Et hæc potentia formalis eſt vis ſeminis efficiens, quam Vicomercatus appellat, abſque qua ſi eſſet,
materia poterat quieſſe in æternũ. Quare compoſito præfuit forma quædam,
C ſed non præfuit in materia; (tantum enim differunt, quantum actus & potentia, quantum eſſe & non eſſe) verum ab
agente cauſa extrinſecus inducta, à cane
v. g. maſculo in ſanguinem caninum, à
gallo in ovum, quale gallina facere ex ſe
poteſt. Hanc adeo ob cauſam dicere mihi fas eſt, formas induci, non educi.
Pendaſius, cuius ſupra quoq; memi- Friderici Pendaſii.
ni, in Examine princip. Ariſtotelicorum,
D part. 26: Certum eſt, inquit, Ariſtotelis
dogma hoc eſſe, generationem fieri per
eductionem formæ ex materia, non per
inductionem imaginum, à formis ſeparatis proficiſcentem, ſicut docuit Plato.
Quibus in verbis hoc primum noto, Eductionem dici Ariſtotelicam, quatenus
opponitur inductioni Platonicæ, quę fit
per ideas. At verò, ſicut certum eſt, inductionem hanc alieniſſimã eſſe à ſcho-
E la Peripatetica: ita eductionem hanc ex
Ariſtotele nondum probatam eſſe, certum apud me eſt. Nulla enim ſequela
eſt, Non fit per inductionem illam, ergo
fit per eductionem hanc. Tanto minus,
quod formas in materia latere Ariſtoteles nuſpiam docuit. Quin ſi veram cauſam attulit diſtincti ſexus in animalibus,
debent formę in materiam inferri, adeoque extrinſecus ſuperuenire materiæ.
F Vnde alterum quoq; obſeruandum venit, Quæ ſit differentia inter ſententiam
Ariſtotelicam & Platonicam, cum vterque dicit, formas extrinſecus eſſe? Plato
enim ab ideis capiebat eas: Ariſtoteles
ex ipſa

ex ipſa natura. Plato non niſi contingen-ter ſociabat materiæ formam: Ariſtoteles inter materiam & formam affinitatẽ & familiaritatem quandam eſſentialem ponebat. Hæc affinitas & familiaritas conſiſtit in priuatione cuiuſque rei, quæ non eſt in mera negatione formæ: immò priuatio eſt actus quidam, vt ſupra Pendaſius nos docuit, eſt forma ſubſtantialis, vt Zabarella vocat 1. de Mat. primâ 7. Quamobrem dici non poteſt, generationem eſſe congregationem tantum, & advocationem, vt contra Platonẽ docet Pendaſi⁹ noſter ex Auerroe. 8. Metaph. t5.12. Met. 18. Hinc elicietur verus ſenſus verborũ Ariſtotelis 7. Metaph. t. 15. Quæ cauſa eſt, inquit, quæ id, quod potentia eſt, producit in actum, præter id, quod agit ſeu efficit in iis, in quibus generatio eſt? Nulla. Nimirum, paulò antè dixerat, Materiam eſſe potentia, formam actu. Vnde ſic infero. Si materia eſt potentia, non eſt ſimul actus. Hæc enim contradictoria ſunt. At materia eſt potentia, ſecundum Ariſtotelem: quomodo igitur ſimul poteſt eſſe actus? Vt igitur fiat cõpoſitum, quandoquidem neceſſariò aliquid actu præſupponitur: quod eſt illud? τὸ ποιῆσαν, inquit. Quo quid manifeſtius dici poſſit, quam actum, qui poſtea fit forma compoſiti, non eſſe quærendum in materia, atque ideo ex illa non educi: ſed preſtari ab efficiente, quem cum forma eſſe numero eundem, toties dixi, vt penè pigeat. Hinc lucem accipient illa quoque, quæ t. 16. ſeq. dicuntur. Vltima materia & forma idem ſunt, & hæc quidem potentia, illa actu. Quare nulla alia vnionis cauſa eſt, quam τὸ κινῆσαν. Heic quia τὸ κινῆσαν proculdubio eſt idem cum illo ποιῆσαν: quomodo defendemus eductionem formæ ex materia, in qua nunquam fuit? nec per rerum naturam eſſe poteſt? Ita igitur ex materiâ & formâ fit vnum, cum efficiens, materiæ idoneæ ſuperueniens, mouet illam eo motu, quo ipſum mouetur, vt ex 2. Gen. 4. loqui licet. Peracto hoc motu, efficiens mutat habitũ, & iam dicitur forma: quia quod corpus anteà fabricabat, id iã informat, cui dabat actũ primũ, vt eſſet, illi modò dat actum ſecundũ, vt operari poſſit. Et hoc voluit Auerroes, cum in Com. dixit, Eſt vnũ in generatione, quod primò eſt in potentiâ, & pòſt transfertur de potẽ-

A tia in actum. Materia enim eſt illud vnũ, quod in merâ potentiâ eſt, è quâ transfertur in actum: à quo? ἀπὸ τοῦ ποιήσαντος ἢ κινήσαντος. Puta, non ſecus ac artifex ex cupro, quod meram habet potentiam ad ſphęram, facit ſphæram actu. Hoc tamen intereſt. Cauſam efficientem non opus eſt, vt cum Platone aduocemus è longinquo, quemadmodum aliquando artificem ad faciendam ſphæram: ſed eſt

B illa in mundo hoc inferiori, & ſuapte ſponte fertur ad materiam, ob deſideriũ illud natiuum, ob familiaritatem illam eſſentialem, quæ cum materia ei intercedit. Vnde clariora fient, quæ in ſeq. dicuntur ab Auerroe: Quod nonnulli circa vnitatem decepti ſunt, &c. Intelligit enim Platonem; qui formam ſeu actum alius generis eſſe volebat. Quod autem ſubiicit, Exitum formæ de potentiâ ma-

C teriæ, &c. id iam non ab Ariſtotele habet, ſed à ſeipſo. Vt prorſus conſentiam Bonamico & aliis, qui eductionem formarũ de materia Auerroi transſcribunt, non Ariſtoteli. Quã in re confirmant me Philoponus & Alexander, qui docent: Quærere, quomodo ex materia & forma fiat vnum, eſſe idem, ac ſi quæras, quomodo ex ære & rotundo fiat poculum? Vt enim artifex mouet æs, quõ fiat

D rotundum: ita efficiens in natura mouet materiam, vt fiat v.g. homo. Et heic eductionis οὐδ' ὄναρ. Nec alium ſenſum habent illa Auerrois 12. Metaph. 18. Agens, non eſt congregans inter duo diuerſa (tu intellige, vt Plato volebat) ſed extrahẽs de potentia in actum, hoc eſt, faciens, vt materia, quæ habebat potentiam (paſſiuam) ad hominem, accipiat formam hominis. Hoc ex eodem Auerroe in 7. Me-

E taph. t. 31. tam clarum euadit, quam clarum hoc eſt mane. Cum enim, ceu ſuprà vidimus, comparet Ariſtoteles ibi artificialia cum naturalibus, & de ſemine, quod eſt efficiens, dicat, quod faciat: ait Auerroes, Semen generat per potentiã, quam habet ſimilẽ artifici. Quia (addit) forma generati eſt in ſemine in potentia, & id, ex quo eſt ſemen, conuenit nomine & ratione cum eo, quod fit ex ſe-

F mine quoquomodo. Et mox. In rerum generatarum materia eſt potentia, vt ex eis generetur aliquod ſimile per potentiam, quæ eſt in ſemine. Quo quid clarius dici poſſit (de mente Ariſtotelis,

quam

quam exponit Arabs) cauſam efficientẽ generationis eſſe formam in ſemine cõtentam? Requiri verò ad generationem etiam amplius aliquid, quam potentiam materiæ? Hinc igitur lucem accipere debet illud 2. Phyſ. 2. t. 26. Alius materiæ alia forma. Cum enim, vt nuper dixi, materia & forma non habeant ſe ad invicem, vt contingentia, ſed vt illa, inter quæ eſt eſſentialis nexus : non quævis forma ex quâvis materiâ facit hoc, ſed neceſſe eſt, vt iungatur hęc materia huic formæ. Propterea ſubiicit, ἄνθρωπος ἄνθρωπον γεννᾷ ἐν ὕλῃ εἶδος, *homo generat hominem, formam hanc in hac materia.* Vide Accoramb. in d. l. ſi quid novi videtur tibi afferre hæc lectio. Hoc planiſſimè ſonant illa 2. de Anima 2. t. 26. ἑκάστου ἡ ἐντελέχεια ἐν τῷ δυνάμει ὑπάρχοντι, καὶ ἐν τῇ οἰκείᾳ ὕλῃ πέφυκε γίνεσθαι. Non enim (inquit Themiſtius in Paraphr.) omnis anima eſt forma omnis corporis, ſed illius, quod benè ad illam organiſatum eſt, & commode ſe habet ad animæ illius facultates. Ex quibus qui non vult intelligere, & Ariſtotelem & Interp. eius, præter materiæ diſpoſitionem, requirere formale aliquid:

A cum illo amplius mihi res non eſt. Porrò, cum Pendaſius loco nobis propoſito validè demonſtraſſet, Materiam nunquam eſſe ſine aliqua forma, ſed ſemper cum aliqua communicante : explicans vnitatem hanc Ariſtotelicam ſic παραφράζει. Si cupis cernere veram rationem vnitatis, cõſidera, quid ſibi velint, quidve ſignificent hi duo modi, ſecundum

B quos dicimus aliquid eſſe vel potentia vel actu. Nil enim aliud dicimus, quam eandem rem, vt primum quidem nondum verè & propriè eſt, deinde verò, vt iam propriè & ſimpliciter eſt. Et quia materia & forma ſunt ipſamet rerum ſubſtantialis potentia & actus: erunt vna ſubſtantia, primum quidem, vt inchoata tantum, non ſimpliciter exſiſtens, deinde autem, vt propriè perfecteq; iam exſi-

C ſtens, omninoque ſe habens, vt intermi-natum quid ad proprium & eſſentialem terminum, &c. quæ vide, ſimulque diſpice, An hæc vnitatis ratio quidquam concludat pro eductione formarum? & videbis, An eductio illa tam certa ſit, quam certam putabat eſſe Pendaſius?

FINIS.

ST. MARY'S HOSPITAL
RADFORD LIBRARY
MANCHESTER.

1246